sube radicẽ nõ sunt vnus: sed q̄ʒtũ ad viã p̄cessus sic. decla/
rãt h̄ per simile. Si. n. in eodẽ loco vt in vna camera ponã/
tur due candele accense: quarum vna sit cerea ⁊ alia seposa ex
ambabus his vnus idẽ erit p̄cessus luminis vel caloris in
camera: in suba tñ radicis earum sunt duo: q͞ʒ vnus habet p̄
radice candelã cereã ⁊ alter seposam. ¶ Alij võ dixerunt
in q̄busdaʒ febriũ generib⁹ ex illis duob⁹ calorib⁹ fieri vnũ
per cõpõnẽ vt in putrida ⁊ effimera: q͞ʒuis marie in putrida
⁊ in alio gñe vt in ethica non fieri vnũ per cõpõnẽ q͞ʒuis per
cõtiguitatẽ: in essentia tñ remanere diuersos. p̃mũ dictoruʒ
declarãt in effimera quidẽ per id q̄ sp̃us alterat ⁊ actuat cõ
p̃lonẽ inatã vt sit bona pro operationibus vite. ⁊ hoc facit:
p̄pterea q̄ alius est sp̃us in quo permanet calor nãlis oĩo
incõpositus a sp̃u in quo p̄manet calor febrilis. de putrida
vero declarant per hoc q̄ cũ eius ex̃neitas sit maxima non
fierẽt cũ ea opa vite: nisi esset calitas nãlis a qua fierent ab
illa distincta. nec hñt p̄ inconuenienti q̄ in mẽbro sit simul
calitas nãlis ⁊ calitas extranea: q͞ʒ nõ opponũtur: nisi sicut
extremũ medio: vel etiã si sint vẽ ↄtraria adhuc possunt si/
mul inesse subiecto saltẽ in esse remisso: ⁊ ad tẽpus in quo
inter eos currat pugna: sicut in mixtione elemẽtorum stant ele
menta simul mixta manifeste. Ita cõsilr̃ in eodẽ corpore seu
mẽbro calor nãlis ⁊ innãlis durante inter eos pugna simul
stare possunt: q͞ʒuis finaliter vnus eorum vincat alterum: puta
nãlis extraneũ ⁊ sanet̃ patiens: aut ecõtra vincat nãlem ex/
traneus ⁊ moriatur. Et dixerũt q̄ ad hanc distinctionẽ esse
tie calorũ aspiciens A. dixit. q̄ febris est calor extraneus:
eo q̄ calor nãlis nõ predicat̃ de morbo. 3^m võ p̄dictorũ de/
clarãt in ethica dicentes in ea ex nãli ⁊ inãli calore fieri vnũ
per essentiã: q̄m si sic nõ foret tunc isti duo calores essent in
ea: sicut duo agentia distincta: quorũ vnũ esset potens corrũ
pere aliud: sicut in putrida ⁊ effimera: ⁊ tũc sequeret̃ q̄ ethi
ca posset ab intrinseco corrũpi: q̃d videt̃ esse cõtra mentem
oĩum auctorum. Et dicũt q̄ ad istã vnionẽ caloris aduertens

Auer. colliget 3° dixit. q̄ caliditas febrilis est cõposita ex
nãli ⁊ p̃ter nãm. ¶ Sunt aũt ⁊ alij dicentes in omni genere
febris hos duos calores esse abinuicẽ diuersos ⁊ nõ facere
vnũ nisi p̄ cõtiguitatẽ: differũt eni hi duo calores suba ⁊ si/
tu. ⁊ maxime cũ sint sicut duo agentia ↄtraria: quorum vnum
corrũpit aliud. Dixit eniʒ Aui. p̃ᶜ 2°. cap̄ de signis cõplonũ.
calor nãlis est nature instr̃m quo caloris extranei aduenië/
tis nocumenta depellit: ⁊ q̄ differant suba apparet: q͞ʒ calor
nãlis est vapor calidus ⁊ humidus tactu suauis constricti/
uus ⁊ viuificus. Calor vero innãlis est vapor calid⁹ ⁊ sicc⁹
horribilis tactu igneus cõsumptiuus: quare ex his duobus
nunq͞ʒ posset fieri vnus ſm essentiã: quos etiã esse alios ab/
inuicẽ differẽtes declarãt effect⁹ diuersi in quolibet febriẽ/
te euenientes: bone. s. operationes ⁊ male: declarãt etiã eos eẽ
diuersos apud medicũ diuersa. s. intẽtio circa ipsos. Inten/
dit. n. in quolibet febriẽte medicus nãlẽ ↄseruare calorem
extraneũ võ expellere ⁊ destruere. Et hui⁹ intentionis fuit
Ar. p̃ᵃ p̄bleu. p̄bleumate 56°. vbi ponens regimẽ febrium
interpolatarum apte voluit calorẽ nãlẽ ⁊ inãlẽ esse distinctos:
cum docuit multiplicare calorẽ innatũ: vt extinguat febrilẽ
sicut maior ignis extinguit minorẽ. ¶ Medicus tñ inq͞ʒtũ
medicus de hac ambiguitate curare nõ habet: ⁊ cũ nihil ei
p̄ficiat in curatione febriũ: habet tñ tenere q̄ calor febrilis
sit calor diuersificatus: tñ cum cõparat̃ calor vnius febris
ad alium alterius febris: p̄pter q̃d 8° ter. dixit Gal. q̄ calor
febrilis alius est leuis ⁊ facilis: quasi calor solis. Alius for
tissimus ⁊ q̄si igneus incẽsiuus: sup. ⁊ alius inter ipsos me/
dius. Et Dam. dixit in suis asso. Oĩum febrium calor extra
nãm est: sed differũt inter fortẽ ⁊ debilẽ ⁊ hʒ medicus tene/
re q̄ calor febrilis sit additus calori nãli: nõ tñ q̄ per eius
additionẽ sit necessariũ in febriẽte calorẽ intẽsiorem esse q͞ʒ
fuerit in eo ante. s. t̄pe sanitatis: cũ oĩs calor febrilis de nãli
multũ resoluat ⁊ resoluẽdo minuat. Et q̃d dixit Auer. collʒ.
7°. q̄ calor extraneus rarificatur a nãli ⁊ mensurat̃ mensu/
ra eius: sicut etiã innuit Ipo. p̃mo asso. in asso. Qui crescũt
dũ dixit. Et febres senibus nõ sunt similiter acute: frigiduʒ
enim habẽt corpus. hoc aũt dictũ est sic intelligendũ: q̄ ſm
q̄ calor nãlis est fortior vl̃ debilior in corpore ſm hoc plus
vel minus debilitatis preter nãm poterit tolerare: vñ robu
stũ corpus multũ habens de calitate nãli intensiorẽ poterit
sustinere febrem q͞ʒ corpus debile: ⁊ non intelligimus q̄ in
robusto corpore sit semper calitas p̃ter nãm fortior q͞ʒ in de
biliori. Ideoq͞ʒ concedit̃ q̄ corpori in esse in hyeme maiorẽ
calitatem p̃ter nãm posse sustinere q͞ʒ insit ei in estate: nõ tñ
q̄ in hyeme p̄ducatur intensior calitas preter nãm in cor/
pore q͞ʒ in estate. Et similiter dĩ q̄ iuuenis plus põt pati ca/
lorẽ extraneũ q͞ʒ senex: dicũt tñ q̄ calor extraneus in febriẽ/
te semp maior est suo calore nãli: ⁊ hoc vel in comparatio/
ne ad humidũ ipsius corporis vel in comparatiõe ad id q̃d
erat in eo de calore naturali tempore sanitatis.

¶ De subiecto febris. Ca. iiij.

Duplex posuerũt sapiẽtes febrem habere
subiectum. primũ est primũ ⁊ im/
mediatũ siue principale ⁊ p̄pinquũ. vñ. Gal.
2° de accidenti ⁊ morbo: ⁊ ponitur in 16° con/
tiñ. dixit. Febris est morbus de mala cõplone:
⁊ hec mala complexio sit quotiens in corde inducitur cali/
ditas egrediens cursum nature: si aũtẽ calitas fuerit in ali-
quo vno mẽbro. s. preter cor. nõ sequitur consuetudo appel
lare eam febrẽ: sed erit morbus in ipso mẽbro: ⁊ si dictum
fuerit q̄ in ipso membro sit febris erit magis incongruum:
quare bene dicitur q̄ febris est mala cõplo cordis differẽs
a mala complone cordis calida. de qua. A. determinat xiᵃ
tertij. sicut species a genere. vt supra dictũ est. Unde x° de in
genio sanitatis dixit Gal. a stõ calido ⁊ siccore ab epate ca/
lefacto procedit aliquando calor preter naturã in totũ cor/
pus: ⁊ tamẽ tunc febris nõ est: sed est morbus similis febri:

est tñ deniq; hic calor ꝑter nām: sed nondū febrē esse dicim⁹ nisi cū caluerit cor. Est nēpe quāq; radix vel minera a q̄ ꝓcedit febris extra cor: sed nondū est febris nisi ꝓcedat ad cor. ¶ Scdm subiectū febris est mediatum ⁊ secundarium: ⁊ hoc est totū corpus in qd̄ febris a ꝑncipali ⁊ immediato subiecto. s. corde defert. Et hoc qdem subiectū ẜm subiectum extensiue adequatum febris appellant. vnde Gal. 2°. de accidenti ⁊ morbo: nihil aliud videtur esse febris nisi calor nimius in toto corpore extensus vel expansus. Et 7° tera. dixit Illud qd̄ est calida dispositio ẜm venterē hoc est febris ẜʒ vniuersuʒ corpus. Et Haly. 8° theorice dixit febris est morbus ex mala complōne calida toti adueniens corpori. Sanitas nāq; ⁊ egritudo calor naturalis ⁊ innālis circa idem subiectū versant: ⁊ cuius eni tēperies est sanitas ipsius intēperies est morbus: ⁊ cui primo attribuit sanitas siue tēperies ei primo attribuit intēperies illi opposita. mō ita est ꝙ calor nālis siue ꝯplō nālis que est principale ⁊ imediatum instrm perfectiuū operationū toti⁹: primo ⁊ imediate attribuitur cordi: ⁊ cū ipsa possit distemperari distēperantia calida lesiua operationū toti⁹ que est febris: ideo est ꝙ febris primo ⁊ imediate attribuitur cordi: ꝓceditq; postea ab eo in totū corpus. ¶ Apparet autē ex dictis febrē esse ꝓpriuʒ morbum cordis: ⁊ nō solū in suo esse incōpleto: sed etiaʒ in suo esse cōpleto ⁊ perfecto vt Gal. voluit ꝑmo de differentijs febriū. Cum ergo dicūt ꝙ febris est ꝓpria passio cordis nō intelligūt ꝙ ista forma licet accidentalis sit ꝓcedat ex ꝑncipijs subiecti eius siue cordis nisi receptiue que accidentalis forma vt febrilis calor ita determinat sibi principaliter cor in quo primo recipitur: ꝙ nullum aliud mēbrum sicut sinitas determinat sibi nasum: ⁊ nō aliqd̄ aliud mēbruʒ: ⁊ in ipso solo naso recipitur. Sic ergo patet ꝙ calor febrilis accensus in corde: etiam anteq̄ʒ ad totum corpus spargatur realiter est febris: ⁊ eius dñs realiter febrē patitur. Et Aui. hoc expresse voluit cum ca° de febre effimera ex calore solis dixit cum calefit aer ⁊ peruenit ad cor: ⁊ fit febris: deinde spargitur ⁊c̄. Nā licet tūc nondū habeat febris totū suū esse extensiuū: habet tñ totū suū essentiale. Voluit eni Gal. ꝑmo de interioribus. ꝙ morbus quilibet in sui initio totuʒ suū essentiale esse habeat: sed nō sic est econuerso. s. ꝙ calor extraneus primo accēsus in suo subto febris q̄ʒtum ad vnū vel plura vel oīa mēbra fit realiter febris neq; eius dñs febrem pati dicit nisi caluerit cor. tunc enim illico facta est febris: ⁊ etiā anteq̄ʒ cor illā extraneam calidicatē in totum corpus expanserit. Et fortasse est hoc: q2 denolatio ōbet fieri a forma principij ⁊ non a forma principiatorū. Et q̄ʒuis calor accēsus in corde sit febris ante expansioneʒ eius in corpus: ⁊ nō tamen est post expansionē eius in corpus vna ⁊ alia febris: sed ex calitate cordis: ⁊ ex calitate expansa in corpus fit vna calitas que est vna febris. ¶ Dixit quoq; Gal. in li. de malitia complōnis diuerse ꝙ parū moratur calitas extranea in toto vel in aliquo mēbro principali vel nobili vicino cordi quin ꝑueniat sinister ventriculus cordis ad finē calitatis idest ad caliditatē extraneā febrilē. Dixit autem de sinistro vētriculo: q2 est calidior ⁊ est magis aptus inflāmari. Et coadiuuat ad hoc dixit Ga. ꝙ sanguis eius est subtilior ⁊ nāe spūs vicinior ⁊ mouetur motu ꝯtinuo. ¶ Et q̄ʒuis ad esse febris requiratur calitatē extraneā esse in corde accensam: nō tamē necessariū est eā semp esse accensam in oībus partibus simul ꝓut accensum dicit calefactuʒ esse: sed sufficit: vt sic alterā tñ partiū cordis esse accēsam vel subam ei⁹ humorē vel spūm vel aliud ꝓportionabile his. Semper tñ requirit oēs partes cordis esse accensas ꝓut accensuʒ dicit calefactū esse vel calefieri. Dixit Gal. ꝑmo de differētijs febriū. necesse est aliquā partē cordis esse in calefacto eē alijs exñtibus solum in calefieri ad hoc vt sit febris. Contingēs tamē est oēs dictas tres partes cordis esse in calefacto esse vel duas ex eis: sicut pʒ in febribus compositis ex diuersis generibus febriū. In simplicib⁹. n. solū vna pars cordis est in calefacto esse ⁊ relique due in calefieri quas partes sic se habere contingit ex varia dispōne ipsarū. Cōtingens. n. aliquam vel aliquas ptes cordis sic esse dispositas ꝙ resistant receptioni calefacti esse in se. Aliam vero sic esse dispositam ꝙ nō resistat: ⁊ sed erit habilis ad recipiendū calefactū esse ⁊ ipsum in se recipiet siue agens illā calliditatē sit extrinsecum siue intrinsecū: q2 ꝓpter pōt est subam cordis ex sui dispōne esse aptā poni ab agente calō in calefacto esse humore ⁊ spū non positis ab illo agente in calefacto esse propter eorū inhabilitatē ⁊ resistentiā quā facere pñt agenti: q̄ʒuis de se humor ⁊ spūs sint habiliores ad recipiendū calefactū esse ⁊ ꝑcipue spūs. Si enim sic non cōtingeret: tunc oīs febris esset cōposita ⁊ nulla simplex qd̄ est contra intentionē oīum auctorū. ¶ Sunt autē qui iꝓprie assignāt febri 3ᵐ subm: ⁊ est mēbrū illud vel mēbra a quo vel a quibus causa febris prius manifestatur: vel est tanq̄ʒ in minera. ver. g. in effimera ex sole caput. In putrida ex sanguie aliqñ epar. In flegmatica stōus. In mela splen vel aliqd̄ de mēbris occultis vel manifestis.

¶ De delatione caloris febrilis in totum corpus ⁊ de deferētibus ipsum. Ca. v.

Calore extraneo ad cor accedente. Dixit Isaac febriū ꝑmo. nālis a ꝯpamento egreditur. s. tā innatus q̄ʒ influēs. Calor enim extraneus qualitas exñs horribilis ⁊ cordi improportionalis cū cordi imprimit calorē eius nālē a sua nāli dispōne permutat: ⁊ ad calim distēperat. Tal autē influit sup mēbra calor nālis qualis in ipso corde est. Est autē in ipso extraneatus ad calitatē febrilē: quare ⁊ qui influitur calor i mēbra extraneatus ad calitatē mittitur ⁊ in mēbra ⁊ talis influxus ea versus suā dispōnē disponit ⁊ alterat: ⁊ sic ad calitatē extraneā que est febris: quare ⁊ sic in eis febrē ponit: vnde ꝓcedēs in mēbra cā est febris. Et calor ex eius ꝓcessu in mēbris derelictus est ipsa febris. vnde Ga. in li. de sōmia: ⁊ scribitur 16° cōtiñ. Sicut calitas nālis ꝓcedit in totū corpus de corde ita calitas egrediens modū nāe nō ꝓcedit in totuʒ corpus nisi ꝓcedat prius ad cor. ipsa enim perueniēte ad cor leuiter fit calefactio. Iste tamē processus vt ex dictis. ē. pʒ: non est necessarius ad esse febris: pōt. n. esse febris sine ipso: ⁊ tñ ponitur in diffōne febris: q2 nō stat febris sine illo tpe aliq̄ notabilr sensato: sicut neq; stat vita in mēbris tpe consili corde nō influēte super eis. Et sicut calor nālis a corde de se est delabilis ad oīa mēbra corporis nisi aliquo ipediēte ꝓhibeat: ita ⁊ febrilis calor de se est etiā delabilis in totū corpus: ⁊ ⁊ oīa eius mēbra nisi sit qd̄ prohibeat. Inest ergo de se oī febri in oīa mēbra corpis deferri: ⁊ ⁊ totū corpus habere ꝓ suo subto extēsiuo: ⁊ si ꝓpter aliqd̄ ꝓhibēs non semp oīs febris ⁊ saltē nō omni eius tēpore in totū deferat corpus. Unde Auic. c° de lipparia febre. mouēs hanc dubitationē in solōne sua dixit. ꝙ in terminis. i. diffōnibus rerū nālium in quibus diffō datur per aliquos effectus siue accñā opʒ ad eius v̄ificationē vt vna cōsideret cōditio que est vt non sit qd̄ ꝓhibeat: vnde diffinit aqua ꝙ est corpus frigidū: ⁊ tñ reperitur aqua calā. nā illa diffō verificatur cū aqua dimissa fuerit ẜm nām suam ⁊ nō sit ꝙ ꝓhibeat. Et similiter dixit de diffōne grauis quod est illud qd̄ descendit inferius: q2 verificatur cū dimissum fuerit in sui natura: ⁊ non sit ꝙ ꝓhibeat: ⁊ simile est in diffōne febris: nam de se in omnibus diffunditur mēbris nisi fuerit prohibēs. Accidit autē febrē ꝓhiberi spādi ad aliqua mēbra corporis aliqñ propter cām intrinsecā vt opilōneʒ vel humorē frigidissimū in illis mēbris exñtem: ⁊ aliquādo ꝓpter cām extrinsecā: vt propter strictură vehementē supra illa mēbra factā aut appōnem rerum frigidissimarum sicut niuis vel pluuie super eis factā. ¶ Quāuis tamē in febrēte calidites febrilis ad aliqua mēbra expandi ꝓhibeatur: ⁊

Febris est morbus cordis

Quāuis cor sit subiectū primū febr. nō tamē est necesse for. esse accensaʒ in oībus partibus cordis simul.

illa tn̄ mēbra nō sunt sana:sȝ egra qd̄ indicauit. A. cū vbi.ā.
dixit:nocu^m carū.s.febrilū actu necessariū est esse in omni-
bus ꝑtibus.i.mēbris. Quo autē morbo egrotēt illa mēbra
diuersimode sensere sapientes:dixerunt eni quidā illa mem
bra febrē pati:q̄m quousq̄ viuūt aliquē calorē a corde reci
piunt:sed nō aliū q̄z habeat:habet aūt febrilē:vnde ⁊ febri-
lem recipiūt:⁊ sic febrē patiunt̄:q̄uis febrilis calor in eis
non sentiat̄:q2 in eis valde remissus est:tn̄ cū hoc stat ꝙ in
eis sit morbus calidus:q2 calor ille cōparatiue cōsideratus
in respectu caloris nālis in ipsis mēbris:tūc existentis qui
fere mortificatus est dici pōt intensus:⁊ q̄libet mēsura calo
ris innālis exn̄s in mēbro excedēs mēsuram caloris nālis
ipsius mēbri pōt dici ⁊ est morb⁹ calid⁹ in ipso mēbro etiā:
⁊ si dici pōt alio re^a in ipsis mēbris quo ad sensum fridissi-
mis fridissimū esse morbū ꝓpter ꝑuationē maximā caloris
nālis in eis. Et hoc dictū intellexit Aui.cū dixit ꝙ febris de
fertur in totū corpus nisi sit ꝓhibēs q̄tum ad caloris febri-
lis intensionē tn̄. Alij vero dixerūt ꝙ in mēbris frigidis.
febrientiū ad que caliditas febrilis ꝓhibet̄ peruenire si fri-
giditas coꝝ fuerit ꝑuatiua ꝓueniens ex paucitate spirituū
in ipsis quacūq̄ causa cā fuerit est febris ⁊ morbus calid⁹
sicut ꝑdicti dixerunt. Si vero illa frigiditas fuerit positiua
in illis mēbris ab agente infrigidante intrinseco vel extrin-
seco actu posita:dicūt ꝙ si febris fuerit simplicis caloris:vt
ethica ⁊ effimera tunc magno exn̄te frigore in aliquib⁹ mē-
bris illius sic febrientis in illis mēbris nō est febris:imo ⁊ si
ante ipsorū infrigidationē in eis erat febris per superuentum
illius frigiditatis sublata est ⁊ corrupta que intentior cali-
tate febrili priori esse ꝑsupponit̄:nec est dīa a quouis agē-
te illa intensior friditas in illis mēbris inducat̄ in intrinse-
co vel extrinseco. Si ꝟo febris non simplicis fuerit caloris
vt putrida:dicūt ꝙ si me^te vapore putrido a corde calor fe-
brilis expādat̄ in mēbra tūc cū frigiditate etiā magna reꝑ-
ta in aliquibus mēbris in ipsis est febris cū nō ꝓhibeat nec
ꝓhibere possit frigiditas coꝝ vaporē illum putridū venire
ad ipsa sm̄ totū:veniēs autē est cā febris in eis. Si ꝟo in dī-
Nō semp est necessarium in febre putrida calorē ad mēbra expādi cū vapore putrido. cta febre expansio caloris fiat sine vapore putrido ad ipsa
mēbra frigida:tunc in illis febrē nō esse dicūt:sicut etiā in
febribus simplicis caloris dixerūt. ❡ Propter predicta sci-
re debes ꝙ nō semp est necessariū i febre putrida calorē fe-
brilē expandi ad mēbra cū vapore putrido ꝓpter tres cau
sas quas sapiētes assignauerūt. Prima est:q2 sola facta al-
teratione in corde a vapore putrido est febris putrida:⁊ si
nūq̄ expanderetur:⁊ cū hoc etiam pōt expandi sine vapo-
re illo putrido:influit.n.cor mēbris sm̄ febris deferens
plus q̄z causam febris. 2^a est:q2 posset vapor putridus cor
alterans esse pauce q̄titatis:ita ꝙ per anhelitū totus pote-
rit extra corpus emitti preter ꝙ ex eo aliquid expāditur in
mēbra. 3^a causa est:q2 posset esse cā febris putride aliq̄ ma-
teria ꝓpinqua cordi pauce q̄titatis:sed pessime qualitatis
vt aliqua mala cōplō que nō grā q̄titatis sue:sed cā alicui⁹
sue magne malitie causabit febrem putridā:cuius vapor rō
ne sue pue q̄titatis nō esset delabilis per corpus vel nō sal-
tem ad oīa mēbra corporis. Itaq̄ febrilis calor a corde in
totū corpus expanditur remoto ꝓhibēte:sed nō equaliter
ad oīa expandit̄ mēbra:nec eodē mōnec etiā in oībus fe-
bribus ipsius expansio est equalis neq̄ simul.imo per ꝑus
expandit̄ vel pōt expandi ad vnū mēbroꝝ q̄z ad aliud: Et rē
plū posbile Rabi auctoritate. Gal. in li. de tabe in febre ethi
ca a causa extrinseca generata cū dixit. ꝑ^m mēbroꝝ qd̄ cale
fit in hmōi febribus ethicis est cor:⁊ post ipsū calefit epar
Primū mēbroꝝ qd̄ calefit in febrib⁹ ethicis ē cor. ⁊ stōus ⁊ post stōm mēbra alia. ❡ In febre quoq̄ que est
mala cōplō calida equalis ⁊ facta vt ethica calor febrilis to-
ti ⁊ cuilibet eius parti tam formali q̄z m̄ali equaliter ꝓpor-
tionatus cōicatur:intelligendo per cōicationē equaliter ꝓ-
portionatam q̄n mēbra siue quelibet partes seruāt inter se
in dīferātia febrili eandē ꝓportionē caloris:quā seruabant
de calore nāli tpe sanitatis:cū quadā tn̄ latitudine:sicut cō-
siderauit Gal. in li. de malitia cōplonis diuerse. In febre ve
ro que est mala cōplō diuersa ⁊ fiens nō equaliter ꝓportio-
nata q̄n quibusdā partibus plus:quibusdā ꝟo minus de ipso
calore febrili cōicatur. ❡ Sūt autē qui dicūt calorē febri-
lē nō semp actu expandi ad oīa mēbra:ita ꝙ in eis actu per
cipiatur ad tactū:sed quātū ad effectū ei⁹ que est lesio ope-
rationū bene semp expanditur ad totū corpus:vt in sequē-
ti patebit ca^o. ❡ Fit autē febrilis caloris expansio in corp⁹
dixerunt sapientes:mediāte sanguine ⁊ spū per arterias ⁊
venas:eisdē.n.deferentibus calor preter nāz portabitur in
mēbra quibus ⁊ nālis influit̄. Cū ergo de tribus cordis par
tibus pars mēbrana nō sit delabilis:humoralis aūt ⁊ spūa
lis:sic restat ꝙ mediante sanguine ⁊ spū fiat delatio:sitq̄ de
latio tā innālis caloris q̄z nālis sanguine ⁊ spū pariter ⁊ nō
vno sine alio.nā ⁊ q̄uis agens extrinsecū a corde siue sit ex
trinsecū siue intrinsecū posset alterare sanguinē eius sine spi
ritu ⁊ spūm sine sanguine:vt.ā.dictū est:eo ꝙ nō hȝ ordinē
siue dependentiā sanguis ⁊ spūs cordis ad aliud agēs:cor
tn̄ vnū absq̄ altero alterare nō pōt ꝓpter ordinem ⁊ depen-
dentiā quā habet ad ipsum:ig̅r vtroruq̄ simul sit aliorum
calorū in corpus delatio. Et si forte sit posse dicere ꝙ pro
aliquo ꝑuo tpe nō cōsiderabili a medico posset esse facta de
latio mediante spū ⁊ non adhuc mediante sanguine cū spūs
velocius fluens citius ad mēbra ꝑueniat q̄z sanguis:medi-
cus tn̄ delationē factā in mēbra actu nō inueniet nisi postq̄
per sanguinē delata fuerit neq̄ quidē ambobus equaliter
fit ꝑdicta delatio:sed ꝑncipalius fit per spm̄ q̄z sanguinē ca-
loris delatio tam nālis in sanitate q̄z extranei in febre:eo ꝙ
sit spiritus sanguine mobilior ⁊ impressionū magis recepti
uus. Et cū hoc toto in febre humorali fit delatio caloris fe-
brilis sanguine plusq̄z in ethica ⁊ effimera. Et in effimera fit
plus spū mediante q̄z eodē mediāte fiat in humorali ⁊ ethi-
ca:⁊ in ethi^a fit minus mediāte sanguine q̄z in ethica in qua
fit delatio per sanguinē equalr̄ ad delationē spūs ipsaȝ pro
portionalr̄ cōparando. ❡ Deferunt autē sanguis ⁊ spūs ꝑ-
dictos calores in mēbra per arterias ⁊ venas:q̄uis ꝑ arte-
rias magis ⁊ ꝑncipalius q̄z per venas ꝓpter q̄titatē spūū
⁊ sanguinis subtilitatē in eis cōtentoꝝ maiorē existere q̄z in
venis per illas deferunt̄ ad totū corpus:nō tn̄ imediate ad
qualibȝ partē eius:cum nō ad oēm corporis ꝑticulā perue
niāt arterie ⁊ vene. Sed ad quasdam corporis ꝑticulas ꝑ-
ueniūt sanguis ⁊ spūs per arterias ⁊ venas mediate. Ad
quasdā itaq̄ defertur calor febrilis cum ꝑticis corpulentie
sanguinis ⁊ spūs.ad alias autē ꝑuenit febrilis caliditas per
simplicē alterationē alterando ꝑtē post partē. In ꝑ^a itaq̄ de
latione caloris febrilis in mēbra dicūt in eis esse accensam
febrē:⁊ per sequentes delationes dicunt in eis fieri febris
additionē aut cōseruationē:neq̄ tn̄ oīs febris cōseruatio ꝑ
dictas delationes eodē modo fit. Nā ethice ɔseruatio fit so
la ɔseruatione gnāli q̄ est in ordine mēbroꝝ ad cor in depē-
dere neq̄ per hāc depēdētiā febris ethica ɔ dici depēdēte
sed ꝟe facta ⁊ indepēdēs:ita ꝙ nō est in eis in fieri ⁊ altera-
ri ⁊ ꝓduci:⁊ tn̄ in eis per transmissionē sanguinis ⁊ spūs
ɔseruatur cū habeāt oīa mēbra ordinē ⁊ colligantiā ad vnū
ꝑn^m quod est cor. Ita ꝙ calor ethice in mēbris habituatus
⁊ factus exn̄s ⁊ indepēdēs in eis:nec in eis amplius exn̄s
in ꝓduci ꝓ sui ɔseruatione requirit transmissionē sanguinis
⁊ spūs ad mēbra in qb⁹ est:nullū.n.mēbrū q̄tūcūq̄ hēret
calidū factū siue nāle siue innāle remanet calīm sublat̄ ab eo
totalr̄ sanguine ⁊ spū:sȝ vita ꝑuaret̄ ⁊ mors cū frigiditate
possideret illud. In febribus ꝟo que sunt mala cōplexio di-
uersa non solū fit ꝑdicta ɔseruatio:sed etiā ɔseruatio spālis
a qua habet depēdētiā in ɔseruari:ita ꝙ ea remota ⁊ subla- Cor ē cā febris in alijs mēbris ꝑ accidens.
ta cā nō amplius ꝑmaneret. ❡ Et si bn̄ ɔsiderant̄ que dicta
sunt cor causat febrilē distēpantiā in mēbris nō per se:sicut cāe
cāntes ipsam in eo faciūt:sed per accn̄s indirectū ꝓpter eius

disterasiã accidit sanguinẽ ⁊ spm̃ calefieri:⁊ sic alteratos ad mẽbra ꝓcedere:vñ accidit ea mẽbra alterari ⁊ ꝑter nãm fieri. Et q̃zuis accidat sanguinẽ ⁊ spm̃ deferentes alterari ad calitatez:nũq̃ tñ ad tm̃ gradũ calitatis ꝑueniũt in q̃to gradu est calitas illius ptis cordis in q̃ est calitas in facto esse. nã agens q̃ ꝑncipalr̃ transmutat aliqd ad aliquã q̃litatem mediante agẽte organico debz potẽtius in se hẽre illã q̃litatẽ quã hẽat eius agẽs organicũ. Nec obstat huic dicto:qḋ dixit Ar. ac etiã Aũ. 3° coll'z. q̃ parua mutatio facta i pn° est magna in ꝑncipiatis:qm̃ intellexerũt re° sue ꝓportionis ⁊ nõ re° di° qḋ est in pn°: qm̃ mutatio in pn° facta in se est semꝑ maior mutatiõe facta in ꝑncipiatꝫ ꝓpter illã:q̃zuis respectu ꝓportionis principiatorũ mutatio in eis possit dici maior ea que est in principio respectu sue ꝓportionis.

¶ De lesione quã infert febris dominijs suis. Ca. 6.

Sicut calor nãlis per se stãs in suo tpamento est pn̄m ꝑfectiuũ opationũ omniuz cordis ⁊ totius corpis. Ita febrilis calor in corde stãs ⁊ ab eo ꝓcedẽs in corpus est p se pn̄m lesiuũ oium opationũ cordis ⁊ corpis. Vñ Aui. dixit. q̃ nocet opationibus nãlibus .i. omnib⁹ operationibus q̃ nãliter nobis insunt vitalibus .s. aialibus ⁊ nãlibus:sicut voluit Gal. 8° ter. Dixit. n. Gal. febrẽ hoiez cõtristare ⁊ actionibus eius nocere sumẽdo actiones etiaz ꝓ passionibus. Q si nil boꝝ fecerit q̃zuis calor factus fuerit nõdũ eũ febrilẽ dicem⁹. Illud idẽ declarauit Ysaac febriũ ꝑmo dicẽs. Cũ nãles actiões dicim⁹ intelligenda sunt cibi appetitus somn⁹ ⁊ vigilia sedere ambulare ⁊ oia alia silia. H. n. oia mutant ꝓpter calorẽ febrilẽ:ꝑncipalius tñ ꝑ ꝑplus inmutant opationes cordis vitales deinde nãles:⁊ 3° aiales Expresserũt aũt sapiẽtes de opationibus nãlibus plus: q2 ipse semꝑ in oibus febrib⁹ magis apparenter ledũtur. Alie autẽ licz ledant:⁊ in qbusdã etiã febrib⁹ multũ apparẽter:non tñ sic apparenter ledant in oibus febrib⁹. Et quidẽ lesio oiuz dictaꝝ opationũ est lesio diminuta vl' corruptiua:nũq̃ autẽ destructiua. nam ⁊ si q̃rũdã opõnũ calor febrilis possit aliquãdo destructiuus esse:sicut. ver. g. appetitus vel visus:tñ oium tñ opõnũ destructor esse nõ põt vita stãte. Dixit Ysaac vbi. s. Actio nãlis nũq̃ destruitur .s. ꝑm totalitatez in toto nisi cũ fit separatio aie a corpore. Et hoc idẽ innuit. A. cũ dixit q̃ nocet opationibus nãlibus:ita vt retineant .s. ⁊ non destruant. ⁊ dici põt ꝯsiderato pn° oium operationũ ⁊ tpamẽto ꝓ eis oibus reqsito a quo distẽperamẽtũ febrile ita eq̃lr distat q̃ oẽs opationes eq̃liter ledant. Verũtñ ꝯsiderato ꝑticulari tẽperamẽto cuiuscũq̃ opationis per se ad ipsam reqsito a quo distẽperamẽtũ febrile nõ eq̃lr:sed ineq̃lr valde distat cũ illa tẽperamẽta sint valde varia ⁊ diuersa nõ solũ in generib⁹ opationũ:sz etiã in spẽbus generũ. Est enim aliud tẽperamẽtum reqsitũ ꝓ aialibus opationib⁹ exercẽdis:⁊ aliud ab illo diuersum ꝓ opationibus nãlib⁹:⁊ aliḋ est qḋ est reqsitũ ꝓ digõne fienda ⁊ aliud ꝓ retentione siue attractione:⁊ in aliis ꝯsilr:qḋ rõnabiliter ⁊ de facto est.

Opatiões nõ eq̃liter ledũtur.

¶ Q nõ oẽs opationes nec in gñe nec in spẽ equaliter leduntur nec eodẽ gradu lesionis nec etiã alia lesionis spẽ:sz aliqua plus ⁊ altera minus:⁊ aliqua etiã minuit ⁊ aliq̃ corrũpitur ⁊ destruit:⁊ est hoc ꝯtingens ⁊ in generib⁹ ⁊ in spẽbus opationũ:q̃zuis ad hanc varietatẽ lesionũ cõcurrat seu ꝯcurrere possit etiã alia causa sumpta ex parte patiẽtiũ febres ꝓ diuersitate reperta in mẽbris coꝝ tã ꝑncipalibus q̃ nõ ꝑncipalibus in facilitate ⁊ difficultate patiẽdi. Sunt. n. quidã parati ledi faciliter in aliquo mẽbroꝝ suorũ:puta capite vel stõ:⁊ aliqui difficulter:vt plerũq̃ sensus demõstrat.

Opatiões pñt ledi duplr: s. p se ⁊ per accidens.

¶ Et sicut vt Gal. dixit 4° de accñti ⁊ morbo. ledi possunt operationes duplr. s. per se ⁊ per accñs: ꝯsilr ⁊ leduntur a calore febrili. per se quidẽ qñ distẽperat tẽperamẽtũ mẽbri huius vel illius q̃ tẽperamentũ erat ꝑfectiuũ operationũ ipsius mẽbri ⁊ distẽperamentũ non est ipsarum perfectiuũ per accidens vero sicut nõ distẽperat tẽperamẽtũ illius mẽbri:cuius leditur operatio:sed alterius superioris:cuius tẽperamentũ ꝑsupponit' vel requiritur ad hoc vt operatiões mẽbri inferioris perficiantur: ver. g. febrile distẽperamentũ aliqñ ledit opationẽ que est sanguinis gñio distẽperando tẽperamẽtum epatis:cuius sanguinis gñio operatio existit:⁊ sic ledit istã opationẽ per se:⁊ aliqñ ledit eandem operationẽ distemperando tẽperamẽtũ stomaci quo distẽperato nõ ꝑparat stomacus epati mãm ꝯuenientẽ pro generatione sanguinis:⁊ sic ledit istã opationẽ per accidẽs. Dixit tñ Ga. 3° de interioribus. q̃ põt ledi operatio alicuius mẽbri preter q̃ in ipso mẽbro fiat immutatio in suo proprio temperamẽto:sicut cum fit immutatio in membro mittente vel preparante aut deferente illi mẽbro spm̃ vel virtutem:⁊ sic patet q̃ a febrili distẽperamento possunt ledi operatiões alicui⁹ mẽbri ad qḋ illud distẽperamẽtũ nõ peruenit:⁊ siue febris per se siue per accidens ledat operationes huius vel illius membri per se:tamẽ semper est apta ledere operatiões oẽs totius nisi sit ꝓhibens:⁊ saltem oẽs operationes totius in febriente sic leduntur q̃ oẽs ⁊ quelibet earũ per se in eo nõ febriente perfectius fierent. ¶ Cõtingens quoq̃ est qñq̃ ꝑ accidens aliquã operationẽ iuuari a febre:sicut cũ digestioni stomaci auxiliatur in eo qḋ habuerit humores frigidos in stomaco suo digestionẽ eius impedientes:auxiliatur. n. isti per accidens ad digerendũ calefaciendo ⁊ cõsumendo illos frigidos humores. Cũ autẽ dixit Gal. 6° de accidenti ⁊ morbo. q̃ virtus frenetici augetur:q2 quidam eorũ saliũt ad parietes:non intellexit absolute:sed cõparauit calidam frenesim ad frigidã que est litargia. dixit enim. frenesis calida ⁊ sicca egritudo corp⁹ in actiua operatiõe forte efficit: frigida vero frenesis mẽbra congelat. ⁊ non voluit:vt quidam putauerant iam q̃ virtus motiua in frenetico fortior sit q̃z in eo sano existente. Similiter aliqñ contingit q̃ quis febriẽs qui se mouere non põt insultatus ab inimico surgit currit velociter ⁊ fugit:⁊ similiter etiam reperiretur in operationibus naturalibus:sicut qñ in febriente contingit orina bona ⁊ egestio laudabilis. De tamẽ omnes operatiões:q̃zuis in febrientibus bone fiant:perfectius tamẽ ⁊ diutius perseuerantes fierent ipsis nõ febrientibus:sed sanis existẽtibus. Si. n. sanus ꝓ saliendo ad parietes vltimũ suum conatum faceret:sicut freneticus facit propter corruptionem imaginationis sue fortius eo saltaret ad parietẽ ⁊ diutius in sic saltãdo ꝑseueraret. Similiter ⁊ sanus insultatus ab inimico velocius curreret fugiendo q̃ febriens. ¶ Dixit quoq̃ Gal. in ꝯ° pulsuũ lib. 4. q̃ ṽtutes nãles .i. oẽs que nãliter nobis insunt necessitatẽ aliquã assumẽtes vehementius operantur. Vbi in exẽplo posuit Gal. Q senes etiam defecti ꝓpter egritudinem necessitate aliqua coacti faciunt morũ aliquẽ nõ minus iuuenibus:sed fortius tamẽ necessitate coacti. Cũ itaq̃ calor nãlis influens ab epate super toto vel a cerebro non sit pn̄m ꝑfectiuũ per se oium operationũ totius similiter neq̃ calor innãlis:ab illis etiã influens mẽbris vel eoꝝ altero super toto nõ erit per se pn̄m lesiuum oiuz operationũ corporis. Et si aliqñ oẽs ledat per accidẽs erit illa lesio:sicut ꝓpter calorẽ innãlem epatis mẽbris delatum distẽperatur pn̄m ꝑmũ:⁊ per se operationum vitaliũ vt cor vel aialiũ vt cerebrũ. Et ideo ille innãlis calor ab epate vel cerebro toti delat⁹ nõ est febris:põt tñ bene esse causa eius:vt cũ posuerit aliquã partiũ cordis in calefacto esse.

Operatio aliq̃ qñq̃ per accñs iuuatur a febre.

¶ De diuisione febris in ei⁹ subaltes diuas. Ca. 7.

Galenus dixit ꝑmo de differẽtijs febriũ Diie febrium quedam secũdũ substantiam earũ sunt. Alie vero ꝑm accidẽtia. sic. n. ⁊ quecũq̃ res alie abinuicẽ differũt:tam ꝑ substantialia:tam per accñtalia. Et sicut diie superiorũ a subalib⁹ rerũ sunt maxi' ⁊ ꝓprie diie ꝑ q̃s vna res ꝓprie ⁊ maxi' dĩt ab alia:silr erit etiã in febrib⁹:dixit enim ibidẽ

Gal. maxime quidē ꝛ ꝓprie ꝛ principalissime sunt que ſm
ſubam per quas vna febris ab alia potissime ꝛ maxie dif/
fert. Nosce tñ ꝙ cum febris sit calor qui est qlitas: ꝛ sit me/
rū accñs ꝙ dr̃ie eius etiā subales nō sunt ꝓprie ꝛ vere dr̃ie
specifice p qs ꝛ ꝓprie ꝛ specifice vna febris differt ab alia:
sicut nec aliorum accñtium ꝓprie sunt specifice dr̃ie propter
qd̄ neq ꝓprie diffiniunt: dicunt itaq dr̃ie febris specifice
qntum accidēti pertinet. ❡ Dupl'r quidem sumūtur dr̃ie spe
cifice ꝛ subales febris. vno quidē modo a suba siue essentia
caloris febrilis quō potest dici dr̃ia febris sumpta a causa
formali eius. Alio modo a causa eius mãli: ꝛ qz accidēs est
nō habet mãm ex qua: sed mãm in qua: ꝛ sic dicitur sumpta
a subiecto in quo ipse calor febrilis fundatur. ❡ Dr̃ie autē
subales febris sumpte ab essentia ipsius caloris febrilis du:
pliciter sumunt. vno modo a magnitudine ꝛ paruitate siue
ab intensione ꝛ remissione ipsius caloris febrilis. Alio mo
do a modo ipressionis ipsius caloris in tactū tangentis. vñ
Gal. pmo de differētijs febriū dixit. essentiales dr̃ie febrium
sunt que ab ipso calore pater nãm sumuntur: qm̄ suba fe/
briū in genere est caloris pter nãm: qui dr̃ias habet in ma/
gis ꝛ minus: vnde dicimus febrē paruā ꝛ magnā nō qdē
ꝓprie in qualitate nomē qntitatis inferentes: huius etiā dif/
ferentie. s. sumpte ſm modū ipressionis caloris in tactū sūt
plurime. vnde febriū quedā sunt pungentes manū tangen/
tis quedā tactu suaues: quedā nō pungentes in prima im/
missione manus superaddentes autē postea. Alie quidem
acute. s. in pma imissione manus: sed victe a manu tangen/
tis. Alie vero ardentes cōfestiz. Alie imbecilles semp sicce.
Alie vero insite. Magnitudo autē febris ꝛ ipsius parui/
tas siue intensio ꝛ remissio. dixit. A. 4ª pª. cap de significa/
tionibus accidentium febriū: considerant qm̄ insequuntur
quātitatem caloris ꝛ ipsius qlitatē. Quantitatē quidē con/
sideramus in subito ipsius caloris ſm ꝙ magnitudo febris
cōsistit in multo subito. s. in multitudine vaporū calefactoꝝ
ꝛ febris paruitas in illoꝝ vaporū paucitate. Qualitatem
vero cōsideramus per gradū ipsius caloris ita vt magnitu/
do febris cōsistat in gradu ipsius caloris intenso ꝛ puitas
in remisso: hee dr̃ie nō sṫ vere specifice. nō. n. diuersificāt spēz
maius ꝛ minus physicorū. 5°. dicūtur tamē dr̃ie substātia/
les inquātū sunt sumpte a sba febris. Et ſm hanc diuisionē
febris sumit de ea distinctio talis. Febriū alia magna siue
intensa alia parua siue remissa alia inter eas mediocris.

Febriū tā magnarū ꝙ puarū triplex est modus.

❡ Magnarū quoq febriū ꝛ paruaruz triplex est modus.
vnus est ſm quē similis febris hz intēsionē in quantitate ꝛ
qualitate caloris sui: ꝛ iste modus vere dr̃ ꝛ est febris ma/
gna sicut tertiana ꝯtinua ꝛ stitica ō state salso aut eꝯ° simul
habet remissionē in qntitate ꝛ qlitate caloris sicut effimera: ꝛ
ꝛ ſm hūc modū vere dr̃ ꝛ est febris parua. Scd̄s modus est
ſm quē febris magna habet intensionē in qntitate caloris
sui ꝛ nō in qlitate sicut sinocha inflatiua. Tertius modus
est ſm quē febris magna hz intensionē in qlitate sui caloris
ꝛ nō in qntitate sicut causon ꝛ ecōtra pua. Et scias ꝙ ad ma
gnitudinē ꝛ puitatē febris reqritur perseuerātia sue di/
spōnis: vt illa febris dicatur magna que cū sua magnitudi/
ne perseuerat toto tēpore: aut ſm plm sue durabilitatis ꝛ
ecōtra pua que cū sua puitate similiter pseuerat. ❡ Medio
critas vero inter magnas ꝛ puas febrium duplex est modus

Febrium mediocrium est duplex modus.

vnus. ſm quē febris ꝓ aliquo tpe hz calitatē magnā ꝛ pro
alio tpe paruā: ꝛ hoc tam in quātitate qz in qlitate caloris
ꝛ in vtrisq sil'. Alius est ſm quē febris ſm totū tp̄s aut ſm
plm sue durationis hz calitatē mediā inter magnā ꝛ puam
tā in quātitate, qz in qlitate caloris ꝛ h̄ est verus modus me
diocritatis ei⁹. Et qdā assignāt modū 3ᵐ lz magis ꝯtineuz
ſm quē febris hz mediū in qntitate caloris ꝛ nō i qlitate aut
eꝯ i qlitate ꝛ nō in quātitate. Et qdā addunt modū aliū ma
gnitudinis ꝛ puitatis febris q sumit hz accñs q̄ iprimit fe/
bris in patiētē. Vñ dixit Zoar. qñ audis a me febrē magnam

aut puā intelligas p magnā magnitudinē rei patiētis in ho
ra molestie ꝛ per puā. sup. puitatē ꝛ per mediocrē mediocri
tatē molestie. ❡ Quidā dixerūt ꝙ qntitas febris pōt atten/
di penes distantiā calitatis pter nãz a caliditate nãli: ꝛ hoc
pōt esse duob⁹ modis: qz vel penes tātā distantiā absolute
vel penes tātā distātiā ꝓportionabilr. V. g. si seni supra cali

Febris qntitas penes quid attēdi debeat.

tatē suā nãlē addaṫ vnus gradus ꝛ iuueni ꝯsilr: tūc distan/
tia erit absolute eqlis. Si vō addatur seni vna calitas pter
nãm tm̄ excedēs calitatē suā qntū vna calitas pter nãm ad/
dita iuueni excedit calitatē iuuenis: tūc est distātia ꝓportio
nalis. 2°. attēditur quātitas febris penes qntitatē lesiōis cor
poris patiētis ꝛ penes appropinquationē ad mortē vel re/
motionē ab ea. Et 3° attendiṫ penes intēsionē qlitatis ifor/
mātis corpus patiētis febrē tactu vel alio sensu pceptibili.
tūc dicūt ꝙ tanta intēsa febris pōt accidere seni qnta iuueni
penes pᵐ modū diffōnis qntitatis febris pdictū: qntus non
qntūcūq accidere pōt iuueni 2° mō possit ꝛ seni. Et dicūt ꝙ
ista ꝓpositio nō est p se qntū ad pmā ptē: ꝛ quātū ad scd̄am
ptē declarant sic. Calitas nãlis senis debilior est calitate nã/
li iuuenis. mō Vtus fortior plis pōt ꝯrij substinere vtute de/
biliori. notū est. n. ꝙ calitas pater nãm se hñs in aliq ꝓpor/
tione reᵈ calitatis nãlis in sene plus debilitat ipsum pauci/
ficando spūm ꝛ humidū nãle qz calitas ſm tātā ꝓportionē
ꝯbilitet iuuenē. an aūt ꝯbilitas sit ꝓportionalr vel nō: nō cu/
rāt. ꝛ dicūt ꝙ qntacūq febris pōt 2ᶜᶜ pncipali accidē iuue/
ni tāta pōt ꝛ seni. ꝛ eꝯ. qz qntūcūq iuuenis lesibilis sit i suis
operationib⁹ ex febre: tm̄ ꝛ senex ꝛ eꝯ. vtrūq enim ex febre
mori cōtingit. Licet aliquāta febris mō tertio cōtingibilis
iuueni accidere possit seni. nō tñ qntūcūq accidere pōt iuue/
ni ꝛ seni. Et prima ps huius ꝓpōnis nota est. Incurrere. n.
pōt febrē tertianā senex vbi iuuenis incurrit effimerā leuē:
ita ꝙ tactis vtrisq senex erit eqlis intēsionis iuueni. ꝛ scd̄a
pars per se etiā nota est ꝛ experiētia eā demonstrat. Ex ista
ꝓpōne inferṫ intellectus auctoꝝ dicentiū. ꝙ senibus nō fiūt
febres silr acute iuuenibus: qz nō ad tantam deueniūt senes
intēsionē ad quātā iuuenes. sunt enim corpora senum frigi/
diora etatiue: vnde nō cōtingūt eis febres similiter acute vt
iuuenibus ꝛ ex eo etiā dicūt patere itellm Auer. cū 7° collig
dixit. ꝙ calitas pter naturaz remificatur a calitate natura/
li: quia ſm ꝙ fortior vel debilior aut nãliter intensior sit cū
ea plus poterit stare calitatis pter nãm. Et dicūt qdā ꝙ ca/
liditas pter nãm pōt aduenire cuicūq qntitati caloris nãlis
etiā qntūcūq pue solū ꝙ cū illa possit stare vita. ❡ Differē/
tie sūpte a sba caloris febrilis. scd̄o°. s. a mō impressiōis ei⁹
in tactū sunt vt iā supra patuit per Gal. ꝙ alia est mordax

Febrium differētie a mō impressiōis earum in tactum.

acuta siue austera alia mitis siue suauis ꝛ alia inter eas me/
dia. Quāuis enim vt voluit Gal. oīs calor febrilis sit mor/
dax ꝛ acutus. s. reᵈ caloris nãlis. alius tñ est valde mordax
alius pauce q dicitˢ mitis ꝛ alius mediocriter. Febris mor/
dax est febris magna magnitudine qualitatis caloris tan/
tū: lz possit aliqñ coniungi cum ea magnitudo quantitatis
eius que imprimit in manū tangentis mordacitatem leden
tem ꝛ cōtristantem ipsum aut toto tpe aut ſm plm sue du/
rabilitatis siue ex qua manus tangētis pcipit calitatē acu/
tā mordentē siue ledentē quotiēscūq tetigerit patiētē febrē
ꝛ febris mitis est febris parua paruitate qualitatis caloris
ipsius siue sit cū multitudine quantitatis siue cum ipsius
paucitate que imprimit in manū tangentis suauitatem ca/
loris nullā tristiciā inferentis ſm totū tp̄s. aut ſm plm du/
rabilitatis sue siue ex qua man⁹ tangētis pcipit caliditatem
mitē non mordentē quotienscūq tetigerit febrientem.
❡ Aui. quoq has tangens febres dixit de febribus sunt
quarū calitas est humida. i. vaporosa. sup. ꝛ p hoc suauiter
iprimit in sensum ꝛ de eis sunt qrū calitas est sicca paucorū
vapoꝝ ꝛ p hoc mordaciter imprimit in sensuz. Et de febrib⁹

Tres sūt modi febriū mordacium.

mordacib⁹ posuit tres modos: qm̄ aliq est q̄ est mordicati/
ua vehementer a pn⁹ sue inuasiōis vsq ad finē vt causon ꝛ

iste est primus mod⁹ febris austere: e de eis est q̄ mordicat
in primis: deinde in ꝓcessu minuit̄ mordicatio eius ⁊ leni/
tur ꝓpter resolonē māe: ⁊ hoc maxime est qñ febris est de
mā mixta cuius subtile in primis iprimit postea resoluto
subtili ⁊ remanente grosso nō iprimit acuitatē: aut qñ est de
mā pauce q̄ẜtitatis: esto ꝙ sit homogenea que in primis est
potēs iprimere: sed in ꝓcessu ea paucificata nō pōt iprime/
re. ⁊ de eis sunt: dixit Aui. que mordicāt. s. in ꝓcessu: in pri/
mis aut nō ꝓpter oppositas cās: dixit. Gal. p̄ de diūs febriū
ꝙ calitas ethice in p̄mis est pauce mordicatiōis: s3 in pro/
cessu efficit̄ mordicatiua. In putrida aūt nō est sic. nō enim
efficit̄ mordicatiua in ꝓcessu. Aui v̄o inuit. ꝙ aliqua putri
da in p̄mis nō est mordicatiua: sed in ꝓcessu sic: ꝓpter q̄ ad/
uertūt. ꝙ in oi ethica in ꝓcessu auget̄ mordicatio: sed in oi
putrida in ꝓcessu nō puenit mordacitas ad gradū mordaci
tatis ethice. nā ⁊ si putridaꝝ aliqua in ꝓcessu efficiat̄ mor/
dax cōparatiōe mordacitatis ethice mordicatio illius putri
de est parua. ⁊ sic intellexit Gal. cōparauit eni in mordacita
te putridā ad ethicā. ℂ Febri aūt medie inter p̄dictas tri/
plex modus assignat̄. vnus s̄m quē manus tāgentis simul
⁊ sel' sub diuersis tn̄ ptibus man⁹: aut in diuersis corporis
ptibus mordacitatē pcipit ⁊ suauitatē. scd̄s modus est s̄m
quē manus tāgētis in eodē tactu diuerso tn̄ tēpore pcipit ca
liditatē mordētē ⁊ mitē: sicut cū in p̄n° appositiōis manus
pcipit calitatē mitē ⁊ in ꝓcessu acutā aut ecōuerso in p̄nci°
acutā ⁊ in ꝓcessu mitē: ⁊ tertius est s̄m quē manus tāgen/
tis in toto vno tpe vl' febris quotiēscūq3 tetigerit febrientē
pcipit mordacitatē ⁊ in alio aliquo vno tpe vl' vel pluribus
quotiēscūq3 tetigerit pcipit suauitatē. ℂ Et hec diuisio fe/
bris l3 sit s̄m essentiā febris: q2 s̄m calorē: in se ipsa ꝯsidera/
ta tn̄ a mā febris ⁊ a dispōne sui subi siue cāe mālis febris
depēdet. voluit tn̄ Gal. ꝙ eadē calitas in diuersis appñēsa
subis differētibus in duritie ⁊ mollitie seu siccitate ⁊ humi
ditate diuersa tāgētibus sensibilit̄ appareat. In duro enim
⁊ sicco subito acuta sensatur. In molli v̄o ⁊ humido suauis:
⁊ in mediocri mediocris. huic tn̄ dicto. Ga. Auer. colli3 2°
aduersari videtur dicēs Ax. voluisse. ꝙ propria forma pro
priam reqrit māmi: qd̄ dictū in nālibus formis h3 veritatē:
in accidētalib⁹ v̄o in qbus p̄dictus sermo Gal. attēdit̄ nō
verificat̄: ppterea de febre in hoc est s̄m ꝙ Gal. sensit. Et
sunt q addūt febri mediocri 4m modū ⁊ est modus magis
ꝓprius ⁊ est s̄m quē manus tāgentis quotiēscūq3 tetigerit
febriētē pcipit dispōnē mediā inter mitē ⁊ austerā. ℂ Et pre
dicte ambe diīe facte de febre nō sunt vere specifice: nō eni3
diuersificat spēm maius ⁊ minus: neq3 etiā modus ipressio/
nis caloris cū sit accñs variat spēm. verū tn̄ q2 sumpte sunt
a subā caloris febrilis: ideo posite sunt diīe specifice s̄m ꝙ
in accñtibus poni pñt. ℂ Et scias. ꝙ febris que tenet me/
diū inter extrema tam p̄mi modi q̄3 scd̄i dictarū spērū suba/
liū tenet illud cū latitudine magna cum qua appropinquat
aliqñ plus vel minus ad latus alterius extremoꝝ. ℂ Diīa
vero febris sumpta ab eius subiecto siue mā duob⁹ modis:
dr̄ vel dici pōt diīa essentialis febris: vno mō inq̄ẜtū subia fe
briū sunt facientia ⁊ cōstituētia hanc diuersitatē specificatā
in febribus nō q2 sunt de essentia febriū. scd̄o° inq̄ẜtū medi/
cus calorē febrilē cōsiderat nō absolute: sed vt est remoui/
bilis a subto per suū actū curatiuū qui sumit̄ potius diuer/
sificatus in spēm a subto febris q̄3 ab ipsa febre. nā omni fe
bri vt calor est: vnus tn̄ debetur actus curatiuus qui est in/
frigidatio sed nō omni febri ꝓut est calor in tali vel in tali
subiecto vnus tn̄ debet̄ actus curatiuus: imo specifice val/
de diuersus vt notū est inspicienti curas earū. Hic tn̄ modus
sumēdi specificas diīas febris a subiecto siue cā māli eius
respectu p̄moꝝ duorū modorū dictorū qui sumunt̄ a cā for
mali eius est multū iproprius ⁊ maxie re" p̄mi modi: q re"
scd̄i est magis ꝓprius: ꝓpter quā cām: dixit Aui. ꝙ hec di/
uisio febris est per modū ꝓpinquū diuisioni cōuenienti s̄m

Febrium differētie ex pte subiecti sūpte.

diīas. s. ꝓprias: ⁊ nō dixit. ꝙ sit s̄m modū primarū diīarū.
Unde Gilibertus dixit: febris formalis est morbus s̄m se ⁊
specialissima: ⁊ s̄m ꝙ est calor accēsus in corde nō est diui/
sibilis in species: sed prout est calor excedēs supra membra
acquisitus a vaporibus vel humoribus ꝯculcatis ⁊ a mo/
tu spūum diuiditur s̄m suā māmi in qua est vel ex qua pro/
cedit. nā vt sic est morbus mālis: ⁊ s̄m cōpationē ad māmi
diuidit̄ febris. ℂ Predictos tres modos s̄baliū diīaru3 fe/
bris tetigit Gal. p̄ de diīs febriū auctoritate Ipo. in 6° epi/
di. q̄ẜuis culpa translatoris hoc nō habeamus. Et mimiru3
Ipo. optime faciēte hanc diuisionē in 6° epidi. habet aute3
series ita febres hee qdē mordaces manui: quedā v̄o mites:
Alie qdē nō mordaces: sed qdē sup addentes. Alie quide3.
acute ⁊ victe a manu. Alie v̄o ardētes cōfestim. s. s̄m totū
cꝑs. Alie v̄o imbecilles semꝑ sicce. Alie vero infixe visu v̄a/
sute. Alie v̄o ad manū humide. Alie vero rubicunde. Alie
vero liuide. Alie pallide: ⁊ alia talia. Et h̄ est series textus
Ipo. ⁊ subdit Gal. diīe quidē febrilis caloris hee sunt. hee
quidē que a magis ⁊ minus. s. sumūtur: ⁊ hee quidē a mā
in qua est hoc p̄ter nām calm: ⁊ hee qdē sunt a mō mot⁹ ca/
loris s̄m quē. s. iprimit in tactū sūpte: quas vniuersas cum
mō dignotionis eaꝝ. Ipo. in supradicto li. scripsit.
ℂ Primas duas diīas etiā febriū p̄dictas auctoritate Ipo.
tetigit Cōstantinus in pātegni: tertiā vero que a subiecto fe
bris est sūpta ipse ⁊ fere oēs tangūt auctores: q̄ẜuis plimi
eorū auctorū eas p̄mas duas p̄miserunt rōne a Gal. vbi. s̄.
tacta: q̄ue est ꝙ diīe que s̄m magis ⁊ minus sunt. sup. ⁊ etiā
que sumunt̄ a mō motus manifeste sūt. s. quo ad dignōnē ea/
rū. Ad tactum ⁊. n. cognoscuntur. noscit. n. tactus qs calor
est magnus ⁊ quis paruus. noscit ⁊ qs mediocris: ⁊ simili/
ter qs mordax: ⁊ qs mitis: ⁊ quis medius. Et manifeste sūt
etiā quo ad ipsaꝝ actū curatiuū: qm̄ idē est: vt. s̄. diam act⁹
vnus curatiuus ⁊ notus. s. infrigidatio: sed oēs auctores te
tigerūt tertiā specificā diuisionē febris: eam. s. que est sūpta
a subto siue mā tanq̄3 nō manifestā: nō. n. notū est ad tactum
in quo subto sit h̄ febris vel alia: neq3 notus est actus cura/
tiuus: cū sit valde varius. Et ꝓpter dictas causas ab aucto
ribus medicine p̄mis duabus diīs substantificis ꝑtermis/
sis in totū vel fere solū de dicta 3a spē scriptū est: dicentibus
hanc solā ꝓpriā esse febris specificā diīaꝝ: vnde Gal. vbi. s̄.
que v̄o a mā sunt in qua est h̄ p̄ter nām calm maxie ꝓprie
eius sunt diīe. ℂ Diuidit̄ autē h̄ 3a specifica diīa diuisione
particulaꝝ que sunt in corpe nr̄o: q̄ sunt dixit Gal. tres. s. q̄
ꝯtinēt: ⁊ sunt mēbra: ⁊ que ꝯtinent: ⁊ sunt hūores: ⁊ q̄ ipe/
tu fluūt: ⁊ sūt spūs. In his. n. trib⁹ corpis ptib⁹ calor febril'
stare pōt. Et p̄ter ista tria nō repit̄ in corpe aliqd̄ aliō genus
corpeu3 qd̄ possit caloris febrilis eē subiectū: q̄re restat ꝙ
aliq̄ dictarū triū ptiū sit febris p̄ncipale subiectū: ⁊ alie etiā
sint eius subiectū: sed nō p̄ncipale. Et p̄ncipale qdē subiectū
dr̄. illa ps in qua calor febrilis est in facto esse: ⁊ nō p̄ncipa
le illa in q̄ ē i fieri. Incipit. n. dicit idē Gal. ab aliq̄ p̄dictorū
subiectoꝝ febrilis dispō: nō permanet aūt in eo qd̄ lesum
est: s3 ledit reliq̄ duo: ⁊ nisi anticipauerit solui disponit cōsi/
militer ⁊ alia duo tpe ꝓcedēte. s̄m ergo diīam dictarū ptiū
corpis q̄ pñt eē p̄ncipale subm sube febris triplex surgit fe/
bris differētia. Quarū p̄ma est in qua mēbra sunt p̄ncipale
subiectū ipsi⁹ febris: ⁊ 2a in q̄ hūores: ⁊ tertia in q̄ spūs sup
vel aliqd̄ ꝓportionale his: ⁊ cui⁹ subiectū est mēbra vocat̄
ethica: ⁊ cui⁹ spūs vocat̄ effimera: ⁊ cui⁹ hūores vocat̄ hu/
moralis. ℂ Dixit Gilibert⁹: febris sua p̄a diuisione sic ꝯsue
uit diuidi a multis auctorib⁹ febris alia effimera alia ethi/
ca ⁊ alia putrida: sed hāc diuisionē reprobam⁹: q2 dixit A.
qñq3 febrē esse q̄ nō ē effi.a: q2 nō est in spū nec putrida: q2 nō
est ex putredine: nec ethica: q2 nō est in humiditate mēbro/
rū: vt ē sinocha istatiua: ⁊ qñq3 causon de colera nō putrefa
cta: q̄re d3 p̄mitti diuisio febris quā p̄misit Aui. dixit. n. si
accēdatur calor febrilis accētione p̄ma in mēbris radicalī.

Febriū se/ries.

uis:cronica vel nõ cronica:an acuta vel nõ acuta:an sepabi
lis vel insepabilis. an diurna vel nocturna:an sit cũ accñti/
bus cõplicata ⁊ cũ qbus:an sit sine eis ⁊ an sit simplex vel
cõposita:⁊ opꝫ hẽre noticiã tpoꝝ eaꝝ ⁊ terminatiõis ipaꝝ.
¶ Specialis aũt cognitio febris est cognitio febris q pñ/
tialr curãdo occurrit:quã distincte subalr ⁊ accñtalr cogno/
scere opꝫ sm̃ suã spẽm sicut aliqđ aial cognoscit᷑ ꝑ suaꝫ for/
mã ꝓpriã. ¶ Dixit Garipont⁹ in passionario. Que ⁊ quot
sint febriũ diuersitates maxime dieticos medicos conuenit
nosse ne ꝑ ignorãtiã nõ intelligẽdo cõtraria adhibeãt ⁊ pi/
culũ mortis faciãt virtutis aut macronoxiã.i.graue ⁊ lon/
gã egritudinẽ de modica ⁊ breui. ¶ Dixit aũt Gal. ꝑmo ad
glauc. Maxima oib⁹ febricitãtib⁹ signa sunt ipulsib⁹ ⁊ vri/
na. Addere aũt opꝫ hic alia oia que circa faciẽ ab Ipo. di/
cta sunt ⁊ ea q̃ accubitus ⁊ rñsionis:⁊ quecũqꝫ ociup ⁊ de
desubtus euãt ⁊ si q l etiã sintoma circa alıquã corporis
pticulã vel opationẽ eius ↄsist ne videris. ¶ Et passiona/
rius dixit. Intelligere dꝫ manifestissime pulsuꝫ venarũ ⁊ in
dicia vrine cognoscere:q: in hi duob⁹ maxime intelligitur
gen⁹ febris ⁊ origo cãe:⁊ tõ tẽpoꝝ vite mortisqꝫ professio.
Et dixit. In oibus feb.ib⁹ ↄsiderãda est habitudo corporis
color oculi vult⁹ mens animi⁹ anhelit⁹ aspiratio loquela lin
gua manus auris nasus frons entiasceua.i.positio vel fi/
gura iacentis motus vñ quies silẽtũ patiẽ la vel impatien
tia longnẽtis obsequia vẽtris ac vesice facilia vel difficiliã.
Et ipsa vniuscuiusqꝫ phisis.i.dña corporis nã.s.cõplo an
calida vel frigida sicca vel humida sit. Et qbus rebus maxi
me delectabat᷑ in sanitate.s.regimẽ preteritũ:⁊ alia q̃cũqꝫ sũt
his silia. Et qbus apper ꝙ cognitio de differẽtiis febrium
ex trib⁹ rerũ gñalibus sumit᷑.s.nãliũ nõ nãliũ ⁊ preter nãm
¶ Quidã võ reducũt oẽs significationes ad duo gña.s.ad
cãs ⁊ ad accñtia. Cãe aũt siue sint extrinsece siue intrinsece
siue ꝑter nãm aduenientes ex egritudinib⁹ ꝑteritis cõsuetis
patiẽti aut tũc qñ primos de patria iuadẽtes. Accñtia võ
siue accñs sit actio lesa siue qualitas mutata siue exiens mu
tatũ. ¶ Dixit quoqꝫ Gal. Si exercitaueris te ipsum ⁊ vsi/
tatus fueris in cognitione vniuscuiusqꝫ febris ⁊ ꝓprie sin/
gularis tibi nõ erit difficilis earũ cognitio vt nos in prima
die cognouim⁹ spẽm feb is nõ expectãtes vt ꝑ tertiã vel q̃r/
tã aut quotidianã reditionẽ. Qꝫ si cõtingat vt tu nõ cogno/
scas febrẽ a ꝑmo die cũ accidit cognitione certa:tu tñ potes
a ꝑmo die aliqđ cõseq de cognitione eius cũ extimatiõe ꝓ/
pinq̃ certitudini:cũ q̃ ꝑuenias ad hoc vt mẽsures ꝑ eã regi/
mẽ egri sm̃ ꝙ opꝫ subtiliãdo regimẽ:deinde certificeris de
egritudine qđ cepisti in ꝑ die. scđo aut tertio aut ꝓculdubio
in q̃rto. Ideoqꝫ exerce te ipm adeo donec cõprehẽdas vnã/
quãqꝫ egritudinẽ:ꝑmũ q̃ lẽ dũ est singularis nõ posita:⁊ qñ
singularis egritudinis esse nõ ignorat᷑ a ꝑ die q̃ venitur ab
illo q exercitatur in h̃ studio cũ sollicitudine. Sꝫ egritudis
ↄpositevl' cõnexe nõ est pole cognoscere vnãqꝫ qꝫ spẽꝝ a ꝑ
die sui neqꝫ est turpe medico si indiget in cognoscenda egri
tudine cõposita ex duabus egritudinibus ꝑ die aut scđo ⁊
tertio. Cũ võ egritudo est singularis ⁊ a ꝑ die nõ cognoscit
eã:tãc illud est turpe ⁊ malũ valde. Sed si tu nõ exercitaris
in h̃ studio cũ sollicitudine in ꝑncipio nõ cognosces egritu
dinẽ ꝑcipue qñ incipit cũ sit pua sicut si nõ cognoscis arbo/
rẽ qñ orit᷑ q̃ tñ:sꝫ qñ est integre cõpleta nisi ex frequẽti stu/
dio in cognoscẽdo. Et quãto est minor cognitio egritudinis
tãto maior ẽ error curatiõis. Dixit Gal. ꝑ⁹ ad glauconẽ:ni/
hil mirũ:⁊ tñ peccare plures in sanationib⁹ inquãtũ in di/
gnostionib⁹ fallũtur. ¶ Aui. qꝫ de significationib⁹ febriũ
loquẽs fecit capꝫ q̃rti ꝑmarqđ intitulat᷑ de significatiõib⁹
accñtiũ febriũ sumẽs accñs large ꝓ oi signo qđ significat su
ꝑ febres ⁊ eaꝝ significatiões seu dispõnes: qđ ci qꝫ sit illud:
⁊ dixit ꝙ acceptio significationũ febriũ ex regimine añcedẽ
te ⁊ quõ fuit.i.ex regimie ꝑterito in quãtitate ⁊ q̃litate ei⁹
⁊ mõ vius ⁊ mõ ꝑparationis ei⁹ in ↄsiderãdo ⁊ dispõnib⁹ ⁊
añcedẽtib⁹ ⁊ pñtib⁹. h̃ ẽ ex dispõnib⁹ febrilib⁹ ⁊ egritudinĩ
b⁹ ꝑterit.i.sibi egro ↄsuetis ⁊ pñtib⁹ ⁊ ẽt q̃uis ñ sint febres.
Ut.ꝫ.g. si añ febrẽ ↄsueuit hẽre aliquã egritudinẽ calidam
vel frigidã:⁊ mõ hꝫ illã vl' ex dispõnib⁹.s.causis febriũ ⁊ añ
cedẽtib⁹ ⁊ pñtibus.i.ↄiũctis. Et ex regiõib⁹:⁊ tpib⁹ ⁊ eta/
te ⁊ cõplexione ⁊ pulsu ⁊ vrina:⁊ egestione vomitu ⁊ fluxu
sanguinis nariũ:⁊ ex dispõne febris in rigore ⁊ sudore ⁊ q̃li
tate caliditatis:⁊ ex paroxismis ⁊ ex dispõne appetit⁹ ⁊ sitis ⁊
ex dispõne anhelit⁹ ⁊ ex ↄiugatis siue ↄiũctis vt ex dolore
capitis ⁊ vigiliis ingratitudine alienatiõe ⁊ silib⁹: q̃ sic voca/
tũ:nõ q: semꝑ cũ febre ↄiungãtur:sed ad dĩam dispõnum
añcedẽtiũ q̃ cũ febre nõ semꝑ incipiunt: vel ad dĩaꝫ acciden/
tium que nõ sequũtur febrẽ vt febris est: sed per cõpassionẽ
vt sincopis ꝑdicta aut sequitur febrẽ:vt febris est. Sic ergo
vides ꝙ ↄsiderare dꝫ medic⁹ discurrẽdo ꝑ res nãles nõ nã/
les ⁊ ꝑter nãꝫ. nã nãles scire dꝫ:vtrũ cõplexio sit calã vel fri
gida:sicca vl' hũida. an habitudo sit tonatiua vel cacetica:
an macra carnosa vel pinguis:an rare texture vel densa:an
egrotãs masculus sit vel femina:an puer vel iuuenis siue se
nex:an ↄsueuerit sanus degere vel egrotare ⁊ q̃ egritudine.
¶ Nõ nãles vt an ↄstitutio aeris sit frigida vel calã ⁊ re/
gio sit:r an dispõ aeris sit bona vel mala vel pestilẽtialis aut
fuerit patiẽs vsus nimio exercitio vel vigiliis an q̃te ⁊ som
no. An occupat⁹ fuerit accñtib⁹ aie ⁊ sollicitudinib⁹ extẽ/
nuãtib⁹ corp⁹ an ↄtrouertrũ vsus fuerit regie repletiuo an
inanitiuo an ↄsuet⁹ fuerit hĩc euõnes spõtaneas vel artifi/
ciales q̃ postea sint ꝓhibite. ¶ Res võ ꝑter nãꝫ vt an ꝑterite
ↄsuete sibi egritudines fuerint fride vel calẽ hũorales vl' nõ
hũorales:⁊ q̃ sint egritudines in regiõe ꝑsitialr inuadẽtes:
an opationes ei⁹ sint mutate ab eo ꝙ sm̃ nãm oẽs aũt pl'es
vel vna tñ. An corpis q̃litas sit mutata ab eo qđ sm̃ nãꝫ ad
calorẽ nõ nãlẽ an ad caliditatẽ vel frigiditatẽ vel lenitatẽ aut
ariditatẽ:sm̃ totũ corpus an sm̃ aliquã vnã prẽ corpis vel
plures. an aliqđ exiẽs a corpe sit mutatũ ab eo qđ sm̃ nãm
vel suã ↄsuetudinẽ in vrina egestione ⁊ sputo ⁊ sudore vel
alia quacũqꝫ euõne vel superfluitate solita emitti ex corpore.
¶ Et rursus Aui. vbi.ã. particularius loquẽs de significatio
nib⁹ febriũ reduxit eas ad nouẽ genera. ¶ Et ꝑmũ est earũ
q̃ significãt magnitudinẽ vel puitatẽ an mordacitatẽ vel sua
uitatẽ. ¶ Scđm est eaꝝ q̃ significãt gen⁹ febriũ.s. subalter/
nũ vt q̃ significãt tertianã vel q̃tidianã. ¶ Tertiũ est earũ q̃
significãt malitiã febriũ. ¶ Quartũ est eaꝝ q̃ significãt di/
gõnẽ vel idigõnẽ mãe. ¶ Quintũ est eaꝝ q̃ significãt crisim.
¶ Sextũ est eaꝝ q̃ significãt sospitatẽ vel ei⁹ ↄtriũ. ¶ Sepți
mũ est eaꝝ q̃ sumũtur a forma.i. habitudine corpis. Forme
eni sunt idicia plurima ⁊ maxie cũ consideratiõe coloris.
¶ Uñ dixit Aui. Ille.s.q hꝫ faciẽ cacecticã ⁊ ↄuertit᷑ color
ei⁹ ad plũbeitatẽ ex albedine ⁊ viriditate significat frigidi/
tatẽ humoꝝ rã cũ grossitudine ⁊ multitudine ⁊ paucitatem
caloris inati ⁊ ei⁹ extinctionẽ:aut excitationẽ ⁊ inflationẽ:
est aut excitatio qđã mod⁹ cacesie in q̃ facies inflat᷑ ⁊ fit ta/
lis q̃lis frequẽter apparet patiẽtib⁹ ind gõnẽ ex mlta come
stiõe. Et A. dixit sic accidit ei cui⁹ cũ febris ẽ satietas nausea
tiua: vocitas võ ↄtumit ois faciei siue diminutiõis ei⁹ ⁊ tor/
nasilitas ipsi⁹ ⁊ tenuitas nasi significat aut vehemẽtiã cali/

Marginal notes:

Cognitio cõpl'ta fe briũ habe tur ex cõ sideratiõe rerũ natu raliũ non naturaliũ ⁊ ꝑter na turam.

Que sũt in oibus febribus ↄsiderãda

Quanto minus co gnoscim⁹ egritudi nẽ tanto min⁹ cura re possu mus eam

Significa tiones fe briuꝫ ad nouẽ ge nera redu cuntur.

ditatis resoluẽtis aut subtilitatẽ humoꝝ ⁊ velocitatẽ reso/
lutionis ipsoꝝ ꝑꝑ amplitudinẽ poroꝝ ⁊ motus in seipsis. s.
humoribꝰ ad fluxũ spõtaneũ vel artificialẽ vel in seipsis. s.
infirmis: qꝛ vigilãt inquietant̃ ⁊ mouẽtur. Et ista inquietudo
⁊ motio accidit ꝑꝑ dispõnẽ febris aut ꝑꝑ motũ ad sicellã vl'
aliũ volũtariũ motũ aut ꝑꝑ exitũ infirmoꝝ a ꝯsuetudis aut
casu eoꝝ. i. reditũ in eã: sicut. v. g. q multũ ꝯsueuit ieiuna/
re: mõ multũ repleť: aut q multũ ꝯsueuit q̃escere mõ multũ
laborat: ⁊ sicut q multũ laborauit: post multã q̃etẽ mõ iterũ
redit ad p̃mã ꝯsuetudinẽ: ⁊ q̃escit. Quidã autẽ dicũt. ꝙ i h
Aui. tetigit vnũ aliud genꝰ significationũ qð est sũptũ a cõ/
suetudine: ⁊ est. ꝙ sup febres significat exitꝰ ĩfirmoꝝ a ꝯsuetu/
dĩe ⁊ casus eoꝝ ab ea. ¶ 8^m genꝰ signõnũ est eaꝝ q significant
tp̃a febriũ. q̃dã. n. significat p̃n^m q̃dã augmẽtũ q̃dã statũ ⁊ q̃dã
declonẽ. ¶ Et 9^m genꝰ ẽ illõ qð significat dispõnes febris ⁊ ex
q̃ sit sp̃ẽ. s. tã subalterna q̃ȝ sp̃alissima. Et est hoc signũ sũptũ
ab acuitate febris ⁊ eiꝰ lenitate. ¶ Amplius dixit Aui. hñt
significatiões sup febres tres alie de q̃bus sũt dispõ febris in h.
ꝙ accit a cãis p̃mitiuis vl' an̄cedẽtibꝰ: ⁊ dispõ i adherẽtia. i.
ꝯtinuitate febris ⁊ eiꝰ eradicatiõe. i. interpolatiõe ⁊ tp̃e eiꝰ.
Et dispõ febris in acuitate sua cũ rigore frigore ⁊ horripi/
latiõe aut eiꝰ ꝯ̃trio. s. in tepiditate cũ p̃dictis: aut eiꝰ ꝯ̃trio. s. ꝙ
sint sine tipo. Et dispõ febris dimissiõe sua cũ sudore plurio
aut pauco. Et dispõ p̃teriti regiminis ⁊ etas ⁊ forma ⁊ tp̃s ⁊
aer: ⁊ dispõ pulsus ⁊ vrine. Quõ aũt p p̃dcã significet̃ satis
cõmode hr̃ ex his q̃ in seq̃ntibꝰ ꝑticulariꝰ dicẽť. Et cũ his
in dignoscẽdis febribꝰ oȝ medicꝰ ꝓcedere via quã Jpo. do/
cuit in 4° re. acu. cũ docuit qd agere oȝ medicus cũ p ingre
ditur ad ĩfirmũ. ¶ Custodire inquit. Jpo. oȝ p̃mã diẽ q̃ im/
becillis cepit eẽ egrotãs sciẽtẽ p̃ncipiũ ex q̃ ⁊ qd an̄cedit h
p̃n^m scire oȝ. i. cãȝ faciẽtẽ egritudinẽ. Et post h ingrat p̃mũ
q̃lr caput se hȝ si dolorosũ ẽ ⁊ nõ grauedinẽ hñs in seipso vl'
eȝ ⁊ hypocũdriũ si dolorosũ ẽ vel eleuatũ vel si scoliã. i.
ꝯuersionẽ hȝ vel satietatẽ. s. hẽat stõus: ⁊ si dolor coste insit
⁊ si simul cũ dolore insit tussicula vel tortio vl' dolor vẽtris.
Et Gal. dixit in cõmẽ. ꝙ p h Jpo. dedit intelligere. ꝙ medi/
cus ingrere oȝ de esse oiuȝ triũ v̇tutũ aialis vitalis ⁊ nãlis.
Et subdit Jpo. adiscẽ q̃ȝ oȝ si in rectionibꝰ vel q̃n surgit ab
assellatiõe lipotomizat ⁊ si sp̃us eupoꝛia. i. bonitas cũ hẽat:
⁊ vide egõnẽ ne in ea fortaſſe aliquẽ colorẽ nigrum egesserit
vel purũ vl' q̃les egestiões sani hõis sint. Et sup. sitr in vomi
tu ⁊ alijs eũonibꝰ: ⁊ si febris tertia die exacerbata fuerit: ⁊
si tertiana i q̃rta die mota fuerit sicut i tertia. Ad hoc. n. oia
supradicta ⁊ alia silia aspiciẽs oȝ eẽ medicus nec hoꝝ q̃cq̃ȝ
⁊ filium p̃termittere oȝ cuiꝰ nõ q̃rat hẽre notitiã: nec credat
hec oia a seipso posse cognoscere: i q̃ȝ plurimis. n. dispõnibꝰ
cognoscẽdis nec̃e est medicũ adiuuari p inq̃sitionẽ ab egris
⁊ famulãribꝰ eis: sic Gal. dixit: neq̃ de hmõi inq̃sitiõibꝰ tã
ab egris q̃ȝ ab astãtibꝰ v̇ecũdari nẽ retrahi oȝ: put Dama
scenus in suis affo. dixit: insipiẽtes. n. verecũdãť ex his. Ad
cognitionẽ q̃ȝ febriũ medicꝰ eẽ oȝ ꝓmptꝰ atq̃ sollicitꝰ ⁊ stu
diosus nõ solũ in ꝓcessu febris s; i suo p̃ncipio. Ait. n. Gal.
x° tera. a p̃ncipio ꝯfestim cognoscẽdũ esse febris sp̃ẽm: qꝛ
postea cognoscere nulla vtilitas. ¶ Dixit Gal. i libro signo
rũ: ⁊ ponit 16° ꝯtinentis: nũ separatur a febre velocitas ⁊ spis/
situdo in pulsu: ⁊ calitas tactui acuta: ⁊ ⁊ spissus anhelitus.
Cognitio. n. febris p corpis ꝯtactũ est p q̃litatẽ eiꝰ mutataȝ
in calitatẽ quã ꝑcipit tactꝰ nõ tp̃atã ⁊ suauẽ ⁊ corpis sani: s;
acutã isuauẽ ⁊ mordacẽ ⁊ pungitiuã. Cũq̃ cũ p̃dictis signis
vrina coloratior fuerit q̃ȝ in sanitate ⁊ sitis aderit ⁊ oris sic/
citas ⁊ opõnũ lesio iã certificatꝰ es. ꝙ eger ille febriens est: ⁊
maxime si cũ significationibꝰ p̃dictis insperxerit in eo fore signa
malã cõplonẽ cordis calãȝ significãtia. ¶ Dixit Ysaac scõo
febriũ. Accñtis insepabilia febriũ que semp accidũt in febri
bus nec ab eis separant̃ sunt dolor capitis sitis ⁊ sp̃us angu/
stia que lȝ in q̃busdã febribꝰ sint itẽsiora: ⁊ in quibusdã im/
becilliora sine ipsis tñ febris esse non potest.

quid me
dicꝰ sit fa
cturꝰ cũ
ingredit̃
ad infir/
mũ.

¶ De temporibus morbi in generali. Cap. xiiij.

Antiqui sapiẽtes ꝯsiderãtes egritudines
nõ morari a p̃ncipio earum vsq̃
ad finẽ: s̃m vnã ⁊ eãdẽ dispõnẽ: s; ꝑmutationes
recipere aut in eaꝝ essentijs aut causis aut acci
dentibus: q̃bus ꝑmutatiõibꝰ nec̃ario variat̃ ipsaꝝ
curatio: conati sunt egritudibus assignare tp̃a ⁊ ea nota fa/
cere: vt p eã noticiã variatiõe egritudinũ ꝑcepta sciat pru/
dẽs medicꝰ ꝯgrue medicari: cũ h ꝙ iuuet et ipoꝝ distinctio
in scia ꝓnosticatiõis iuuamẽtũ q̃ȝ magnũ: ⁊ tẽpus q̃dẽ egri
tudis ẽ mẽsura extrinseca motꝰ q ẽ in ipsa egritudie cã egri
tudis vt ipsa ẽ in motu: ⁊ attribuitur egritudini nõ rõne sue
essentie: s; rõne modi inherẽdi motũ ei: ⁊ iõ attribuit̃ oibus
egritudinibꝰ fiẽtibꝰ scũ illis insit sp motꝰ ⁊ variatio. Egritu
dinibꝰ aũt v̇e factis sic est ethica ⁊ paleſis ⁊ siles: qꝛ nõ hñt
subitã ⁊ manifestã mutationẽ eis nõ attribuit̃ tp̃s nisi val/
de iproprie. Nõ vere aũt factis sicut dicũt q̃dã de ethimeras
qꝛ pñt recipe subitã ⁊ manifestã mutationẽ attribuũt illi tẽ/
pus. ¶ Tp̃s tñ i se ⁊ absolute ꝯsideratũ: put. s. iportat mẽ/
surã durabilitatis seu ꝑdurationis nõ ꝯsiderat̃ a medico cir/
ca eẽ egritudinũ vt ab ipso vel p ip̃m aliquã curatiuã egri/
tudinũ indicationẽ sumat: vñ. vt sicut 3° ⁊ 4° de igenio sani/
tatis Gal. ait: tp̃s nullũ signũ curãdi demõstrare ⁊ ait in te/
gni. ꝙ tp̃s vt sic ꝯsideratũ vt in approximatiõe coꝝ q̃ corpi
offerunt̃ cõprehẽdit̃ sub eoꝝ debita q̃titate ⁊ q̃litate. nã si
illud qð offert̃ i debita q̃titate ⁊ q̃litate offert̃: manifestum
est ꝙ et s̃m tp̃s oportunũ offert̃. S; tp̃s ꝯsideratũ p q̃to i
tãto vel tali tp̃e alia vel alia dispõ egritudini acgrat q̃ se ali/
ter ⁊ aliter idicat auferri: ⁊ vt sic ꝯsideratũ idicationẽ cura/
tiuã p̃stat medico ⁊ in ꝓnosticatiõe auxiliũ. ¶ Quidã autẽ
sunt q dicũt ꝙ tp̃s ꝯsideratũ in rõne sui subiecti qð ẽ motꝰ
p̃mi mobilis indicationẽ et p̃bet in egritudie rõne aspectuũ
⁊ ꝯiunctionũ quos efficit sicut h mõ sumit̃ idicatio a diebꝰ
creticis ⁊ idicatiuis: ⁊ a tp̃ibus ãni ⁊ ꝯstitutiõe aeris: quoꝝ
cã est motꝰ celi vel aspectꝰ vel coniunctio aliq̃. Attñ aucto/
res medicine p̃cise ꝯsiderauerũt tp̃s prout in alia ⁊ alia mẽ/
sura eiꝰ egritudo manifestã mutationẽ recipit: ⁊ q̃ maxima ⁊
manifesta mutatio: qꝛ p̃ncipalr ⁊ p̃cipue i morbis mãlibus
euidẽtius appetiõ eis ꝯsideratio dicta de tp̃e p̃cipue tribui
tur. Morbus aũt imãlis dispõnũ ꝓprie vt dictũ est variam
mutationẽ recipit ⁊ maxie eiꝰ cuiꝰ dispõ facta ẽ eq̃lis ⁊ fixa.
Et voluerũt sapiẽtes: ꝙ mutatio dicta adueniẽs morbo sit
sensu ꝑceptibilis vel ꝑcepta ⁊ nõ occulte vel intellectu. Et si
cut q̃tuor sunt etates vt dixerũt Gal. Aui. ⁊ alij auctores: et
ita morbis quatuor assignauerũt tp̃a. s. p̃n^m aug^m statuȝ ⁊
declinationẽ. Et dixit Aui. 2^a p̃mi. Cũ dicimꝰ horã p̃ncipij
⁊ horã aug^{ti}. sup. ⁊ status ⁊ declinationis nolumus intelli/
gi duo extrema i q̃bus egritudis nõ mãifestet̃ dispõ: s; vo/
lumꝰ ꝙ vnũq̃dq̃ȝ eoꝝ hȝ tp̃s ꝑceptũ sensu qð ꝓpriũ hȝ idi/
ciũ. ¶ Predictoꝝ aũt q̃tuor tẽpoꝝ assignatio nõ oibꝰ ꝯue/
nit morbis: s; solũ salubribꝰ. nã mortalibꝰ nõ ꝯuenit declo
vt iferiꝰ appebit. Et p hãc cãȝ dixit Aui. hꝰ scõa. Egritudi/
nũ plurime q̃tuor hñt tp̃a: ⁊ nõ dixit oẽs: q̃uis et fortaſſe in
h dicto Aui. habuit aliã ꝯsiderationẽ: q est. ꝙ ipse erat tra/
ctaturus solũ vl' potissime de tp̃ibꝰ morbi ꝓprie ꝯsideratis
s̃m medicũ q̃ attẽdunt̃ ꝓpe i morbis mãlibꝰ ⁊ nõ in alijs in
q̃bus nõ variat̃ idicatio indicatiua p tp̃a: vt palã est videre
in curis eoꝝ in q̃bus sapiẽtes nõ curauerũt distiguere regi/
mẽ eoꝝ p diuersa tp̃a: iõ ipsis nõ attribuẽdo tp̃a dixit. egri/
tudinũ plurime ⁊c̃. Quidã dicũt ꝙ ois morbꝰ mãlis salu/
bris q curat̃ a nã hȝ q̃tuor tp̃a necessario: s; illi q curant̃ ab
arte nõ nec̃ario hñt q̃tuor tp̃a: qꝛ pñt curari in p̃nº eradica/
tiue eũando p medicinã totã mãm eiꝰ. Et sunt q dicũt hoc
nõ solũ ꝯtingere in morbis arte curatis: s; et ꝯsilr curatis
a nãtcũ possit itidẽ facẽ nã eũare totã mãm morbi. s. in p̃nº.
Alij v̇o dicũt nõ esse verũ qð dicũt p̃dicti. imo nec̃e ẽ omnẽ
morbũ mãlẽ salubrẽ hẽe q̃tuor tp̃a. nã ois morbꝰ talis nec̃io

Quibus
morbis
assignent̃
quatuor
tẽpora.

hz bclonē. ergo nēcario hz tpa eā pcedētia: nūqz.n. tpa morbi in quātitate discreta in dictis morbis minorant: sz occultet p breuitate aliqñ aliqd eoꝝ ⁊ pcipue stat⁹. ¶ Pro. eqntes aūt de tēporib⁹ morbi tractare sapiētes dixerūt. q tpa morbi tripl'r distinguūtur: vno mō penes essentiā morbi: hoc est sm q morbi essentia variat: vt calor extraneus in febre. scdo mō penes actionē nāe in mām morbi: ⁊ vt sic pprie cōpetit cāe morbi ⁊ nō morbo: ⁊ p hāc actionē distinguunt penes actionē nāe in mām morbi: ⁊ vt sic pprie cōpetit cāe morbi ⁊ nō morbo. Et p hāc actionē distinguunt penes digōnē māe vel ei⁹ indigōnē. aut penes ꝯrīū digōni: q distictio pprie cōuenit morbis mālib⁹. 3ᵒᵒ penes actionē māe morbi vel q̄litatis ei⁹ in nāā cui⁹ effect⁹ est egri° ipsa ⁊ acciōs seqns eā ⁊ vt sic pprie cōpetit morbo ⁊ ñ cāe ei⁹: ⁊ p hāc actionē distinguūt penes accñtia morbū ꝯseqntia. s. sm itēsionē siue difficultatē vel remissionē seu agilitatē ipsoꝝ: ⁊ h distinctio ⁊ sil'r pᵃ ꝯuenire pōt vtrisqz morbis ⁊ mālib⁹ ⁊ imālibus. ¶ Et sm qdē pᵐ modū sumēdi tpa tūc est pnᵐ cū morb⁹ incipit ⁊ eius eēntia sm vnā dispōnē vniformiter manet. ⁊ augmētū est cū morbi eēntia sensibil'r auget vt in febre calitas eēntia. Et stat⁹ tūc ē cū āplius nō auget: sz stat vniformiter in suo eē vltio. Et declo ē cū iā morbi remittit eēntia vt calitas febrilis in febre. ¶ Scdz 2ᵒ modū sm distinguē di tpa morbi tūc pnᵐ est qñ in mā morbi nō appent signa digōnis nec ēt ꝯrīū ei⁹ ⁊ augᵐ est cū incipiūt appere ⁊ appent: nō tñ cōplete: ⁊ stat⁹ erit cū appent cōplete: ⁊ declo erit cū mā iaz digesta extra educit. ¶ Et sz terciū modū: pncipiū erit qzdiu ab initio egritudis accñtia vniformit se hēbūt: ⁊ augᵐ cū accñtia augent: ⁊ stat⁹ cū accñtia seuissima: ⁊ declo erit cū post statū accñtia remittūt. Et Aui. qdē pmi 2ᵃ locutus fuit de tpibus morbi put variant p ⁊ 3ᵒᵒ. s. sm eēntiā morbi ⁊ ei⁹ accñtia. q̄rti vō pma locut⁹ ē de eis put distinguūt 2ᵒᵒ. s. penes actionē nāe in mām. ¶ Rursus Gal. p de crisi ⁊ alii ēt auctores diuiserūt tpa morbi i vlia ⁊ pticularia. Et vlia tpa cōsiderant in varietate morbi quocūqz dictoꝝ triū modoꝝ varief in vlitate sua. s. a pnᵒ vsqz ad finē. Et pticularia tpa ꝯsiderant in varietate morbi ꝯtingēte sm vnūquēqz porismoꝝ siue excrescētiaꝝ ei⁹. Dixit eni Aui. p. 2ᵃ. he qdē hore qñqz attēdunt sm egritudinē a pnᵒ ipsi⁹ vsqz ad finez ei⁹ in suis porismis: ⁊ vocant hore vles: ⁊ qñqz ꝯsiderant sz vnūquēqz porismū ⁊ vocāt hore pticulares. ¶ Et Isaac dixit. tpa sūt duplicia ant ab initio vsqz ad finē sunt pducentia infirmuz ad salutē vel ad mortē aut ab initio vnaquaqz die sunt exñtia: ⁊ subdit: q tpa vnaquaqz die exñtia in acutis morbis licz sensui nō appeant: qz q̄litas vni⁹. i. continue tēē vz: rō tñ oñdit illas alicui⁹ esse qetis siue in die siue in nocte qd duob⁹ modis testificat: vno qz febre qescēte infirm⁹ est sollicitus ⁊ suauis qd plm fit in aurora pp suā frigiditatē calori febrili repugnantē. Alio° ex scia reꝝ nālīū. nā ois vsio hz finē sic ⁊ ois mot⁹: ⁊ qd hz finē nēcio habuit pnᵐ: ⁊ qd hz initiū nēcio paulati ascēdit vsqz dū ad finē accedit ⁊ qescit. Et tpa qdē vlia Ipo. p affo. ꝯsistētias vocauit particularia vō porismos vel exacerbationes: ⁊ sic tota egri° hz q̄tuor tpa ita ⁊ qdlz porismus. Et iterū Isaac vbi. s. pdicta tpa diuisit dicēs. q duob⁹ sūt modis. s. tā vlia q̄z pticularia. Aut.n. hñt velocē motū ⁊ cito ad finē deueniunt sicut in acutis egritudinibus. aut ecōtra: sicut in cronicis: qd est dicere q tpa aut sunt breuia aut sunt longa.

Tpa morbi tripl'r distinguūtur.

Tpa morbi sūt duplicia vlia ⁊ pticularia.

¶ De quiditate tempoꝝ vlium morbi. Ca. xv.

SApientes alr distinxerūt tpa vlia morbi ⁊ alr pticularia. Et vlib⁹ diuersas posuerūt diffinitiōes. Et pcipue inter alios h fecit Auice. ipse.n. pmi 2ᵃ. diffinivit tpa vniuersalia put oibus ꝯueniūt egritudinib⁹: ⁊ q̄rti pᵃ. diffinivit ea put febrib⁹ ꝯueniunt tātū ⁊ nō oibus: sz hūoralib⁹ q̄ fortasse adaptari ēt posset oibus morbis mālib⁹. ¶ Dixit itaqz Aui. pmi 2ᵃ. hora pncipii est tps in quo appet egritudo: ⁊ eius similant dispōnes nec appet in ea augᵐ eius. Et Isaac dixit. Initiū est cū incipit morbus ⁊ ei⁹ accñtia paulatim veniūt quousqz vel oia vel plura appent. Et de pnᵒ. n. dixit Gal. de crisi p. ⁊ p affo. affo. porismos ⁊ ꝯsistentias ⁊c. q tripl'r sumit. Uno° pnᵐ iniciale pūctū siue pᵐ instans egritudinis in quo eger manifeste sentit alterationē a sanitate sua ad egritudinē: qd qdē dixit Haly. xᵒ. theorice: ⁊ est latitudinē nō hñs ⁊ insensibile: pp quā cām dixit Gal. p de crisi. q hoc tale pnᵐ nō sumit a medico put est vnū de q̄tuor tpibus vlib⁹: sz sm aliā viaz cadat in cōsideratiōe medici inq̄ztū ab isto initio sumit medicus cōputationē dieꝝ egritudinū vt exinde pueniat ad sciēdū dies creticos ⁊ nō creticos: vt Gal. voluit. p de creticis. ¶ Scdo° di pnᵐ spatiū pmoꝝ triū dieꝝ egritudinis: ⁊ vt sic sūptū nō in oibus cadit egritudinib⁹. In pacutis.n. morbis tale pnᵐ nō cadit sm cōsiderationē quā facit medicus d pnᵒ. Nō eni vt sic sūptū est vnū de q̄tuor tpibus morbi: ipm eni nec aliqd de aliis dictis tpib⁹ mo hz certo numero dieꝝ terminat. Ait.n. Gal. p de crisi: harū horarū determinatio nō sit numero dierū sicut forsitā qdā existimāt: ⁊ illud iō qm nō est posse vt sit vnaqqz horarū egritudinis cui⁹ cōsumptio est in q̄tuor dieb⁹: nō.n. est q̄ztitas ꝯtinua horarū in oibus morbis eq̄lis: hoc tñ pnᵐ qd est pmoꝝ triū dieꝝ spatiū ꝯsiderat a medico put ab ipso sumunt q̄dā indicatiōes curatiue pticulares: ⁊ maxie de cūone minoratiua sieda ⁊ diuersione māe: ⁊ pcipue in acutis morbis. Ait Gal. in liᵒ. de vlibus tpibus morbi. Ridiculosum est pmi porismi pmū tps pnᵐ existimare totius morbi. Qd aūt vtile est ad auxilia tps: hoc nomē pncipii egritudinis possidet. Et qd h sapiēs. Ipo. in affo. dixit: in affo. Incipientib⁹ morbis si qd vz mouere moue in statu ⁊c. Et iteꝝ circa pnᵃ ⁊ fines oia qdē imbecilliora ⁊c. Et dixit.n. alia his silia. Nō ergo est pnᵐ pmi poᵐⁱ inmissioꝝ: sz in lōgius tps extendit vt flōmare sit posse ⁊ clysteriis vti ⁊ purgare ⁊ alia facere. Et ridiculosum ē est eaꝝ q̄ in 7ᵃ soluūtur egritudinū: ⁊ q̄ in anno pmanent equale pnᵐ ponere. ¶ 3ᵒᵒ di pnᵐ de toto tpe in quo nō manifeste appet noua dispō in esse egritudis ab eo qd fuit ab ipsi⁹ initio: ⁊ sic acceptū ꝯsiderat a medico put est vnū ⁊ pᵐ de q̄tuor tpibus morbi. Dixit.n. Ga. vbi. s. ⁊ ponit a Rabi in xiᵃ. pticula. Cū accidit egri° ⁊ tps eius a p pūcto egritudinis vsqz ad pnᵐ manifestationis digōnis. Et Haly. vbi. s. dixit. Ab hora qua maturationē recipit infirm⁹ ⁊ sentit nocumētū actionū quousqz morbus incipiat decoqꝫ h certū tps est initii: ⁊ p appitionē digōnis dederūt intelligi. Gal. ⁊ Haly. etiā appitionē ꝯrīū digōnis sicut manifeste. 4. pᵃ dixit Aui. pnᵐ est hora in qua calor innat⁹ pfocat a mā subuersa in mēbro: siue mēbris tādiu donec nō appeat maturationis māe aut ꝯrīū eius vestigiū. Est eni hoc pnᵐ totum illud tps in quo calor nālis sub mā suffocat sicut debilis flāma sub multis lignis viridib⁹ ⁊ hūidis sicut: dixit Gal. 2ᵃ. de diis febriū. Istud nāqz exēplū lz a Gal. ibidē ponat p declōne pncipii pticularis: cōgrue tñ vli pnᵒ adaptat: in quo tpe nō apparent signa digōnis neqz ꝯrīi eius manifeste: ⁊ si occulte: vt dixit Gal. aliquale vestigiū digōnis vel ꝯrīi eius adsit: nō tñ adhuc sensui repñtabile. ¶ Sapiētes quoqz cū loquunt de priuatione apparitiōis digōnis vel ꝯrīi eius in pnᵒ nō loquūtur absolute de quacūqz digōne vel eius contrario: sed solū de ea que post pmū initiale punctū egritudinis in mā egritudinis pcesserit ex actiōe caloris nālis i ea inducētis digōnē vel caloris extranei inducētis ꝯtrariū digōnis. Eteni bñ in pnᵒ pōt appere signū digōnis vel ei⁹ contrarii nō pcedētis ex actiōe caloris nālis vel extranei in materiā morbi: sed ex dispōnib⁹ pexñtibus in mā anteqz egritudinē generarēt: sicut. v. g. sepe cōtingit in pᵃ vel in 2ᵃ die egritudinis vrinā fieri cū signis digōnis saltez diminute: q̄ nō pcedit a mā faciēte morbū nec q̄ factura erat tpe sanitatis siue morbus sit salubris siue mortalis. Et sicut est posse

Pncipium vle morbi qd sit ⁊ q̄ tripliciter sumitur.

Signa digōnis aut contrarii ei⁹ possūt appere in principio morbi nō tñ significant augmētū ⁊c.

in pn° appere vrinā nigrā vt in pn° alicuiꝰ febris melice ex mā añ febrē mota ꝟsus vias vrinales q̄ tales dispōnes habe bat vt redderet vrinā nigrā etiā si nō suꝑuenisset febris q̄rta naꝫq̄ tñ vrina nō significabit pn^m pertrāsisse: q̄uis vrina nigra inter signa ꝯrij digōnis numeret: ⁊ adhuc posset aliq̄ febris incohoare a mā ita mala: vt. ꝟ. g. a mā prassina vel eruginosa ꝙ nūq̄ꝫ posset a ꝟtute alicuius hois rectificari vel digeri: ⁊ tñ signa illā prauā mām indicantia in pn° appentia nō dicē/ tur: esse signa ꝯrij digōnis: sed dicent esse signa cruditatis: nō ex eo ꝙ significēt eā aliq̄ñ posse rectificari: sꝫ q2 nonduꝫ est talis ex actione caloris extranei in ipsam: sꝫ solū ex actio ne caloris ꝑexitis ante aduentū febris in illā. In nulla eniꝫ māli febre icoāte a mā cruda. dixit Gal. 4° affo. in cōmē. affo. qbus vrine grosse ⁊c. pōt appere. hypostasis laudabil' in pn° merito actionis nāe ꝯ mām morbi ⁊ eꝯ°. In morbo aūt nō icoāte a mā cruda pōt in pn° hypostasis laudabiliꝫ appere vt pꝫ in febre pestilētiali: ⁊ declarat sic: incohoante fe bre hypostasis decisa a mā febris pōt esse laudabilis cū mā possit eē ꝯplete digesta q̄ remota a corde nō faciebat febrē: sed postea ꝓpter q̄dā ꝯtingentia facta ꝓpinq̄ cordi incohoat febrē. hypostasis itaq̄ꝫ laudabilis appens in febre pestilen/ tiali nō decidit a mā morbi: imo cū mā illa facta fuerit mā febris pestilētialis necdū ab ea decidit hypostasis laudabi/ lis: sed decidit fm plm laudabili ꝯtia: cū fm plm febris pe stilētialis sit mortifera. ❡ Et dicūt. ꝯriū digōnis eē duplex: vnū actu ⁊ nō aptitudine qd̄ est cruditas: mā eni cruda licꝫ actu sit ꝯria digōni: q2 nō est digesta de sesū aptitudine non est ꝯria digōni nec ꝯrio eiꝰ: sꝫ hꝫ se indifferent ad vtrūq̄ꝫ: ita ꝙ pōt digeri: ⁊ pōt ēt ꝯuerti ad ꝯriū digōnis: ⁊ sicut actu est ꝯria digōni ita ēt actu est ꝯria ꝯrio eius: ⁊ de hoc ꝯrio digō/ nis qd̄ est cruditas nō itellexerūt sapiētes cū dixerūt in pn° nō appere vestigiū digōnis ꝯriū imo vestigiū huius ꝯrium digōni qd̄ est cruditas toto ꝑncipij tpe manifeste appet: ⁊ si gna eius in pn° semp sunt ita ēt vt signa in eo appentia q̄ si alio tpe appuissent siue apperent figurarēt digōne vel ꝯtra/ riū eiꝰ ꝓ tūc sunt signa significātia cruditatē. ❡ Quidā tñ dixerūt ꝙ signa cruditatis nō appent manifeste toto tpe ꝑn/ cipij: sed solū in pma eius pte. In 2ª aūt eiꝰ pte in qua iaꝫ nā egit actionē in mām nō appent manifeste signa cruditatis: sicut nec etiā digōnis vel ꝯrij eiꝰ: sꝫ appent signa occulte di/ gōnis. s. multū remisse vel ꝯrij eiꝰ. Et dixerūt ꝙ signa digō/ nis vel ꝯrij eius nunq̄ꝫ associant signis cruditatis: q2 digō ⁊ putrefactio tollunt cruditatē a mā q̄ digerit vel putrefit. ❡ Et hi q̄dē assignauerunt tribꝰ pmis morbi tēporibus. s. pn° augmento ⁊ statui q̄tuor gradus māe morbi: primus est gradus cruditatis cuiꝰ signa in pª pte ꝑncipij apparent: ⁊ 2ꝰ est occulte digōnis siue ꝯrij eius cuiꝰ signa in 2ª pte ꝑn/ cipij apparent. ⁊ tertius est manifeste digōnis siue ꝯrij eius: sed tñ icōplete cuius signa in augmento apparent: ⁊ q̄rtus est manifeste ⁊ cōplete digōnis vel ꝯrij eiꝰ: cuiꝰ signa in sta/ tu appent. ❡ Et alij dixerūt signa digōnis siue ꝯrij eius pos/ se apparere in pn° esse duplr: q2 vel merito actionis in pn° facte tm̄: vel merito huius actionis ac etiā actionis facte añ pn^m morbi: ⁊ dixerunt merito actionis ꝑncipij in pn° ali/ cuius morbi nālis appere posse signa digestionis cōplete vel ꝯrij eius. Et hoc declarant ꝑsupponēdo pmo. q̄ꝫ nā agat aliqualiter in mām in pn° morbi salubris: ⁊ ꝙ in ꝑncipio mortalis aliqualiter mā indigerat. 2° supponēdo. ꝙ mā ali qua apans aliqd̄ mēbrū extrinsecū sit manifeste digesta: ita ꝙ sit in fine augmēti: ⁊ ꝙ ꝓp suā longinquitatē a corde nō faciat febrē: ⁊ supponēdo ꝙ mā ista non sic manifeste dige/ sta ꝓpter aeris frigiditatē vel aliā quācūq̄ꝫ cām conuertat ad interiora corporis qd̄ est pole ex Ipo. 6° affo. cum dixit Herisipilla extra intus cōuerti malū: ⁊ ꝙ tūc ista mā sic fa/ cta intrinseca incohoet febrē ⁊ per actiones nāe factā in pn° febris istius pfecte digerat monstrat: q2 in pn° digeritur plusq̄ꝫ ante fuerit ꝑ actionē factā a nā ante ꝑncipiū febris.

Cōtrariū digōnis ē duplex. vnū actu nō aptitu dine. ⁊ ali ud aptitu dine nō actu.

Signa di gestionis posse ap/ parere du pliciter.

Cū ergo ante pn^m huius febris illa mā fuerit terminata ex/ clusiue ad digōnē status que est perfecta digestio: sequit ꝙ per actionē nāe in eam in pn° febris perfecte digerit: ⁊ simi li modo pōt mōstrari de contrario digōnis in morbo morta li. ❡ Ex dictis dixerunt plura sequi correlaria. primū est. ꝙ nā nālis opans in alicuius morbi pn° hꝫ crisim facere ⁊ no ciuam euacuare mām: nā ceteris paribus hꝫ creticare mā ante digestā: sed in supradicto casu mā erat cōplete digesta in pn°. 2^m correlariū est. ꝙ est repire aliquē morbū salubreꝫ saltē ꝓbabilr hñtē pn^m quo ad digōnem māe q̄ nō hꝫ aug^m neq̄ꝫ statū quo ad digōnem māe vt pꝫ in cāu ꝑdicto. Tertiū est ꝙ q̄s pōt mori in pn° merito malicie cōplete ꝑducte. in pn° vt cōsimili cāu mortali posito. s. ꝙ aliqua mā sit mali/ gnata ad gradū exclusiue cū quo non est vita ⁊ sit locata ex terius nō faciens febrem: ⁊ deinde ex aliqua cā intrinsecetur ⁊ faciat febrē: tūc in pn° huiꝰ febris cōplete indigeret ipsa mā ⁊ ꝑueniet ad gradū inclusiue cū quo mō non stat vita ⁊ morie infirmus: nec pōt dici ꝙ in digōne ꝯria digōni cōple ta morbus ille sit in statu: q2 tunc incepisset a statu siue pn° ⁊ augmēto nō precedēte: ꝑterea in statu pticulari principij vl'is: cōtingens est egrū mori valde debilē existentē: ⁊ dixe/ rūt ꝙ ex signis digōnis vel ꝯrij eiꝰ nō est absolute arguendū sup tpa morbi nālis: sed solū in morbis a crudis mārijs in/ cohoantibus: ⁊ in istis solū morbis dixerūt auctores distin/ xisse tpa. ❡ Aliud ē ꝯriū digōni aptitudine: ⁊ nō actu soluꝫ: ⁊ hoc ꝯriū est dispō mala in mā ꝑ quā ipsa non reddit apta corrigi a nā cuius dispōnis ꝓuētus est ex dispōne caloris ꝑ ter nām in mām: cuiꝰ ꝯrij digōnis signa in pn° non appent. Et differt vt ex dictis apparet a dispōne māe que est crudi/ tas: q2 hoc indicat mām nō posse digeri ⁊ ꝙ nūq̄ꝫ digeret: sed cruditas non sic: imo indicat mām posse digeri si calor nālis in eā ꝑualuerit: ⁊ nō posse digeri si ꝑualuerit calor ex/ traneus. ❡ Differt autē pn^m hoc qd̄ est vnū de q̄tuor tpibꝰ morbi a pn° triū dierū: q2 in isto nō appet vestigiū digōnis vel ꝯrij eius manifeste: in illo autē appere pōt: imo etiā ⁊ cō plete siue pfecte vt in morbo ꝑperacuto. Et pn^m qd̄ est vnuꝫ de q̄tuor tpibus morbi cū pn° initiali cōcordat in h̄. ꝙ i illo sicut in isto nō pōt in pn° merito actiōis ipsius in mām appe re vestigiū digōnis vel ꝯrij eius. Et differt ab eo in hoc: ꝙ in pn° punctuali pñt appere signa digōnis vel ꝯrij eius ma/ gis māifeste ex dispōnibꝰ ꝑexistentibꝰ mā q̄ꝫ pn° qd̄ est vnū de q̄tuor tpibus morbi in quo ⁊ si appent signa ipsa nō tñ sic manifesta: imo ⁊ in ꝓcessu paulatine ꝓcedendo occultant saltē que digōnis. Et quidā dixerunt in pn° punctuali mā peccante in q̄li nō pōt appere vestigiū digōnis nec ꝯrij eius: ⁊ sꝫ mā peccāte solo q̄nto sic: eo ꝙ talis mā est digesta nec no tā exquirit digestionē. Et diñt. ꝑncipiuꝫ punctuale ⁊ qd̄ est . vnū de quatuor tēporibꝰ morbi in omni morbo necessario requiritur: pn^m vero triū nō q2 in ꝑperacutis: vt. s. Et pn^m punctuale in oi morbo est manifestum: qd̄ ꝟo est vnum de quatuor tēporibus morbi non est in oi egritudine manife/ stum. imo in aliq̄bus occultantur vt infra patebit.

Augmētū vero dixit Aui. pꝰ 2ª est tps in quo egritu dinis manifestatur cōstrictio. i. molestie vel grauamē qd̄ causat a morbo. i. in quo accñtia egritudi nis manifestātur oi hora post horā: aut ꝯstrictio. s. māe sub nā aut nāe sub mā postq̄ꝫ egriꝰ aliq̄ꝫdiu steterit sicut icepit: ⁊ deinde accñtiam egritudinē ꝯsequētia siue ex actiōe nāe in mām siue māe in nām incipiūt paulatine augendo mani festari ⁊ palā fieri. tunc a ꝑncipio manifestationis eoꝶ inci pit aug^m ⁊ durat q̄usq̄ꝫ in illis fiat additio manifeste. Dixit Isaac ibi: s. Augmētū est cū nunciatiua cōplentur accñtia idest postq̄ꝫ accñtia egritudinē nunciantia ⁊ indicantia ve/ niūt ad cōplemētū in toto tpe ꝑncipij: q2. s. assumūt suū esse cōpletū: ⁊ deinde molestiora ⁊ acutiora fieri incipiūt. Et du/ rat quousq̄ꝫ nāe ⁊ morbi repugnatio ondit. Et 4ª. pª dixit Aui. Aug^m est tps in quo mouet calitas inata ad resisten/

dũ mãe motu manifesto: ꝛ appent signa dīgōnis ꝛ ɔ̃rii eius:
sed h diffinitio solum ɔuenit morbis mãlibus. ¶ Et decla/
rãs. Ga. ꝑ de crisi de cuiꝰ dīgōnis appitione intelligat̃ aitſi
uis tpis pncipij qd tps est inter pnm ꝛ statũ egritudinis est
pars vna egritudinis vocata augm cũ initio appitiōis mani
feste signoꝝ dīgōnis q̃ cōsistit inter signa digestionis abscō/
dita ꝛ debilia ꝛ iter signa dīgōnis pfecte ꝛ similiter intelle/
xit de ɔ̃rio dīgōnis. Ex q̊ dicto pz. ꝙ cũ ipse dixit. ꝙ febris
pperacuta hz pnm ꝛ statũ ɔtinua: nō itellexit de vera ɔtinui
tate ꝙ sint sine medio: qꝛ intermediat augm: sꝫ intellexit. ꝙ
sũt ꝓpinqua ꝛ vicina: qꝛ augm inter ea medians breue est.
¶ Predictas aũt ambas augm diffinitiōes colligit. Gal. vt
in liͦ de tpibus morbi dixit a tpe a quo incipit dīgō augmē
tari ꝛ egrͦ semꝑ auget̃ in suis. s. accñtibus h totũ est tēpus
augti. Quē imitãs. Aly. theorice xͦ dixit. augm est cũ nã in
cipit digeret̃ morbũ ꝛ morbꝰ augmētat̃ in fortitudine: sed
virtutes deficiũt. Augm ergo est qñ cessat pnm ꝛ incipit fie/
ri ascēsus ꝛ appet dīgō vel corruptio manifesta. qñ g dīgō
in mã sensibilr ꝓcedit tũc est augm morbi salubris: ꝛ cũ cor/
ruptio in mã ꝓcedit tũc ē augm morbi mortiferi. ¶ Appet

Mutatio duplex.

itaqꝫ ꝙ in augͦ morbi mãlis duplex mutatio manifeste fit:
vna in mã morbi: ipsa. n. mutat̃ de cruditate in q̃ fuit tēpo/
re pncipij ad dīgōnē vel ad corruptionē: alia mutatio est in
essentia morbi q̃ auget̃ ꝛ eiꝰ accñtia augent̃. v. g. in febre
cũ eius eēntia q̃ est calitas extranea incipit augeri ꝛ exacui
ꝛ maior ꝛ acutior se sensui repñtari tũc est augm. Et cũ cali/
tas ipsa extranea incipit augeri ꝛ auget̃ silr ꝛ accñtia ipsaꝫ
cōcomitãtia vt sitis siccitas oris ꝛ similia augentur.

Status aũt dixit Aui. pͥ 2ª. est hora in q̃ egrͦ in oībꝰ
suis pribus ꝫm vnã manet dispōnē. Et dz hoc
intelligi nō absolute: sed ꝙ pmanet ꝫm vnã dispōnē: qꝛ ꝫm
maiorē intensionē in q̃ nō est difformitas notabilis sicut in
dispōnibꝰ alioꝝ tēpoꝝ lꝫ aliq̃ mutatio in statu ꝫm intēsuꝫ ꝛ
remissuꝫ fiat: ipsa tñ est pua nō pmutãs intētionē curatiuam
mutatiōe de qua sit curãdũ ꝛ pōt dicta diffinitio de statu cō/
uenire morbis mãlibus ꝛ inmãlibꝰ: qñ. n. oēs dispositiōes
egritudinis silant̃ tam penes accñtia q̃ꝫ penes alterationē
mãe tũc est status. Verũtñ qꝛ ēt in pnͤ egrͦ ꝫm vnã manet
dispōnē: similant̃. n. oēs dispōnes eius vt patuit. opꝫ vt iter
silitudinē dispōnũ statꝰ ꝛ silitudinē dispōnũ principij distin/
guant̃ aut iter eas maxie per duo vnũ est: qꝛ pnm antecessit
dispō sanitatis vl̃ neutralitatis: sꝫ statũ ꝑcessit augm egritu/
dinis. 2m est: qꝛ dispōnes tã accñtiũ ꝙ mãe in statu sũt in vl
timitate sui esse: sed in pnͦ sunt in ipsarũ remissiōe. Dixit. n.
Ipo. circa pnª ꝛ fines oīa ibecilliora: circa statũ: vo fortiora:

Declaratio.

ꝛ intellexit de tpibꝰ vlībꝰ nō ꝑticularibꝰ: de eis. n. nō verificat̃
vt in coꝝ noticia appebit. vñ Gal. ꝑ de crisi. ꝑ statuꝫ inquit
intelligo fortiorē horarũ egritudinis oium ꝛ vehemētiorē:
dixit eni in liͦ de tēporibꝰ morbi. ꝙ cũ egrͦ puenit ad suuꝫ
statũ fortiorē: tũc est tps status. que aũt sint illa accñtia que
intēdunt̃ in statu: dixit Gal. in cōmē. ꝑdicti affo. ꝙ sunt ac/
cessiōes febriũ ꝛ interpolationes. i. fortiorationes ꝛ excre/
scentia ꝛ vigilie ꝛ angustie ꝛ dolores ꝛ sitis ꝛ similia. Qd
autē ambe ꝑdicte due dispōnes. s. mãe ꝛ accñtiũ sint vltima
te declauit Haly. vbi. s. dicēs: status est cũ adest cōplemen/
tũ dīgōnis: ꝛ h est cũ morbus figit̃ ꝛ nō vltra augmētatur
ꝛ morbus molestior ꝛ ꝑiculosior habet̃. ¶ Accñtia ɔcomi
tantia siue ꝓportionata morbo que sunt illa que ɔsequunt̃

Que accidētia in statu eleuantur

q̃litatiuã dispōnē mãe morbi ꝛ actionē mãe in nãm vel ecō
tra: ꝛ nō sequũtur corpulētiã seu multitudinē mãe: sunt ea q̃
sunt in statu maiora ꝛ sunt maiora: qꝛ morbus in statu est
maior: intelligēdo de statu quo ad accñtia: ꝛ quo ad dispō
nē mãe simul que sil̃ ɔcurrũt in morbis seruantibꝰ mãm ad
vnicã creticã expulsionē. In morbis aũt nō seruãtibꝰ mãm
ad vnicã expulsionē: in qbus status quo ad accñtia nō con/
currit cũ statu quo ad dispōnē mãe nō est sic: imo sunt maio
ra añ statũ q̃ ad dīgōnē mãe. Sicut enĩ circa gñōnē sanici

in spatibꝰ accidũt febres ꝛ dolores magis: ita circa dīgō/
nē humorũ febres ꝛ accñtia augent̃. Et hec est cã q̃re vehe
mētiores fiunt motus ꝛ accñtia in nocte q̃ꝫ in die: q̃ est: qꝛ
in nocte nã vehemētius occupat̃ circa dīgōnē mãe. Et sicut
postq̃ꝫ maturatũ est spa nō ē febris difficilis: ita ēt ꝛ postq̃
digestꝰ est humor. Cũ. n. subsidet in vrina hypostasis lauda
bilis nō est possibile vt febris sit difficilis. ¶ Accñtia autē
nō ꝓportionata egritudini q̃ ꝓpter aliã eueniũt cãm extrin
secã ab egritudine: vt ꝓp cãm pmitiuã vel inordinatã regi/
mē vel errorē in curatione ꝛ silia psũt maiora fieri in oi tpe.
¶ Et accñtia cōmunia morbo ꝛ nãe: que. s. ꝓcedunt ex pu/
gna ipsorũ: sunt intēsiora in statu qꝛ in statu vehemētior est
pugna inter eos. A. n. diffiniens statũ prout ɔuenit morbo
mãli ꝛ maxie febri humorali pͥ q̃rti dixit. statꝰ est hora in q̃
vehemens sit pugna inter nãm ꝛ mãꝫ: ꝛ appet victoria vniꝰ
supra alterũ. Et victoria qdē nãe supra mãm tunc appet qñ
actione caloris nãlis inducta fuerit in mã maior ꝑfectio q̃ꝫ
possibile est eã hře que est eius digestio cōpleta. Et econtra
tũc appet victoria mãe supra nãꝫ qñ ex actiōe caloris extra
nei inducta fuerit in mã maior malignitas siue imperfectio
q̃ꝫ possibile est eã: hře q̃ est cōpletio corruptionis siue con/
trarij dīgōnis: ita ꝙ in statu appet in mã cōpletio dīgōnis
q̃ possibilis est in ea induci bonitatis aut ipsius malignita/
tis. Sũt tñ q tenēt dīgōnē ꝛ putrefactionē sil̃ posse intendi
in mã: ꝛ apud eos q̃ꝫuis in statu morbi mortalis mã sit vlti/
me putrefacta: ē tñ tũc etiã magis digesta q̃ꝫ ante fuerit. Et
dicũt. ꝙ q̃ꝫuis in statu mã sit perfecte digesta in morbo salu
bri: nō tñ poxmi statui sunt remissiores: imo fortiores: qꝛ sil̃
stant. ꝙ in statu mã sit digestior ꝛ ēt est putridior. Et qꝛ pu/
tridior poxmi sunt fortiores: qꝛ a fortiori putrefactione for/
tiora fiunt accñtia. ¶ Alij tñ ad h aliter dicũt. s. ꝙ q̃ꝫuis in
statu mã sit digestior ꝛ nō sit putridior adhuc poxismi sunt
fortiores nō ex dispōnibus mãe in se ipsa: sꝫ qꝛ tunc fortiter
agitat̃ a nã faciēte vltimũ conatũ ɔtra eã vt a iuuatiuo sepa
ret eã ꝛ ad loca vel v̄sus loca expulsionis dirigat illã. Di/
cũt. n. isti ꝙ in statu vlī morbi nō fit digestio: ꝛ cũ Gal. in cō
mē. affo. In poxismis ꝛc̃. Et Aui. 4ª pmi de horis febriuꝫ
dixerũt in statu dīgōnē mãe fieri: dz intelligi. ꝙ ꝛ si in statu
nō fiat dīgō tñ apud cōmunē modũ loquēdi ɔcedēdũ est dī/
gōnē hře ꝑfectũ eē suũ in statu: qꝛ q̃ꝫuis i statu nō fiat dīgō
stat tñ cũ hoc terminũ dīgōnis cōpletũ esse in statu: tunc. n.
dicemꝰ motũ eē cōpletũ ꝛ hře eē ɔpletũ qñ ɔpletũ est ꝛ cō/
plete acq̃situ qd acquirebat̃ ꝑ motũ. Q̃uãuis. n. in statu nō
fiat dīgō vel ɔpleat̃: sed ɔpleat̃ in augmēto nō seq̃t̃ tñ hu/
mores esse ꝑfecte ɔigestos ꝛ vltiate in augmēto: sꝫ solum in
statu: qd ꝓbant sic ꝑmũ nō esse dīgōnis cōplete imaginari
qs pōt in statu. g hũores erũt vltimate digesti solũ in statu
ɔsequētia tꝫ: qꝛ ꝑmũ cōpletũ mutatũ eē motꝰ est ꝑmũ nō eē
motus ꝛ nō añ ē cuiusibꝫ est euidēter: ꝛ ɔcedēs cuilibet dz
eē notũ. Et ex his seq̃t̃ vt dicũt. ꝙ nō sequit̃. dīgō hꝫ ꝑfectũ
eē in statu: g fit in statu: ꝛ nō seq̃t̃. ꝙ lꝫ dīgō fiat ꝛ ɔpleat̃ in
augͦ q̃ nã crisim debitã incohoabit in augͦ: qꝛ nō incohoat
crisim nisi post ɔpletã ꝛ vltimatã dīgōnē: q̃ꝫuis g nã in statu
mãm nō digerat: qꝛ nō eget: cũ sit ꝑfecte digesta: ipsa tñ agit
cũ conatu mãm seq̃strãdo a iuuatiuo ꝛ dirigēdo v̄sus viaꝫ
expulsionis. ¶ Alij vo dicũt. ꝙ dīgō fit in statu: qd ꝓbant
ex vrina: qꝛ in statu appet cũ melior hypostasi q̃ꝫ in augmē/
to ex q̃ ɔꝑhēdit̃ in statu nãꝫ auxiliasse dīgōnē. Dicũt ꝙ vi/
ctoria mãe. s. n. ãꝫ in statu actualiter dmōstrat̃ ꝑ effectũ suũ
q est ꝑ iteritũ ifirmi in ipo statu: sꝫ victoria nãe. s. mãm nō
actualr ꝑ effectũ dmōstrat̃ in statu: nō. n. in statu iducit̃ sani
tas q est effectꝰ eiꝰ: sꝫ postea in declinatiōe victoria nãe effe
ctualr dmōstrat̃. Attñ in statu victoria nãe bñ medico ma/
nifestat̃: nã medicꝰ iã certificatꝰ ē i statu visis signis ꝑfce dī
gōnis d victoria nãe. s. mãꝫ: ꝛ ꝙ postea sanitas oino seq̃t̃.

Declinatio vo dixit. Gal. post statũ incipit ꝛ durat
donec liberet̃ egrotans vt Ysaac dixit

declinatio est ab initio crisis mitigatio terribiliũ accñtiũ su rorib⁹ vsq; ad salutẽ. Et Aui. p¹ 2ª dixit. declinatio est hora in q̃ apparet diminutio. s. morbi ⁊ suoꝝ accñtiũ: ⁊ q̃ꝫto plus ꝓcedit decl'o: minoratio illoꝝ tanto magis erit manifesta. Accidit aũt in morbo mãli minoratio sui ⁊ accñtiuꝫ in decl'one sic dixit Aui. 4ª p³ qꝛ decl'o est hora in q̃ calor inatus iã dñaẽ mãe ⁊ iã vicit eã ⁊ existit in sepatiõe ꝯgregationis ei⁹ ꝑ expulsionẽ ei⁹ vel p⁹ rẽ. i. ptis post ptẽ ⁊ tũc qdẽ alleuiatur: ⁊ remittẽ calitas occulti. i. mãe q̃ in interiorib⁹ retenta latebat. vel occulti. i. interiorũ ptiũ corpis: q̃ꝫuis nõ semp remittaẽ adhuc calitas ptiũ exterioꝝ sicut appꝫ in crisi sudoris: ⁊ expellẽ mã ad extremitates. i. ad partes exteriores ⁊ mẽbra ignobilia ⁊ ptes viarũ expulsionũ donec resoluaẽ totalr ⁊ destruaẽ. s. ꝑ ipsius totalẽ expulsionẽ ex̃ corp⁹ꝛ vł donec ingrosseẽ. i. in aliq̃ exteriori vel ignobili mẽbro retineatur: vñ igrosseẽ ipm mẽbrũ ⁊ apemeẽ: sicut accidit in crisi ꝑ mutatiõis vel donec ingrosseẽ. i. donec mãe resoluaẽ subtile ⁊ remaneat grossuꝫ incineratũ nõ potẽs esse ampli⁹ pabulũ calitatis febrilis sic i qbusdã accidit interpolatis febrib⁹: qꝛ decl'o ñ attẽdiẽ nisi i morbo salubri: ⁊ seqẽ statũ ipius morbi in q̃ vt dcm̃ est mã erat pfecte digesta. Jõ Aui. in dicta diffinitiõe declonis nõ fecit mẽtionẽ ð dispõne mãe q̃lis sit: qꝛ notũ erat ex dictis: ⁊ q mã in declone nõ digeriẽ nec ẽt in declinatiõe põt ꝯtiũ digõnis in mã repiri actu nec aptitudine: ꝫ notificauit eã ꝑ victoriã calitatis inate sup̃ mãm q̃ ꝯsistit in actu ꝯueniẽtis expulsiõis mãe sic diceẽ tractatu de crisi q̃ victoria seqẽ ad victoriã iã habitã qñ ꝑualuit digeren⁹: ⁊ eã: ꝫ dura hic victoria donec eger fiat conualescẽs.

¶ Dixit Haly. vbi. s̃. decl'o icipit post statũ cũ accñtia se figũt. i. nõ mouenẽ: ꝫ minui incipiũt: ⁊ ṽtutes ꝑualẽt in morbũ ⁊ firmit' qescũt finiendo morbũ. ¶ Quidã dixerunt. q oẽ tps vĩe morbi diuidiẽ in tres ptes. s. pncipiũ mediũ: ⁊ finẽ: ⁊ pncipiũ seqntis multũ cõicat cuꝫ fine ꝑcedẽtis. Et alij dixerũt q qõlibet dictoꝝ tẽpoꝝ diuidiẽ in q̃tuor ptes siue in q̃tuor tpa. s. pncipiũ augm̃ statũ ⁊ declonẽ ⁊ pcipue stat⁹.

Ubi sbet tps vĩe morbi diuiditur i tres ptes ⁊ secũdũ alios i q̃tuor.

Et dicũt. q in pn° ⁊ aug¹° stat⁹ nã adhuc vacat digõni mãe ⁊ cõplet eã. Unde Ga. in ꝯmẽ. affo. qñ steterit egri° ⁊c̃. q in statu. s. in pn° ⁊ aug° ei⁹ q̃ apud quosdã dicunẽ p³ medietas stat⁹ nã plm laborat i digerẽdo ⁊ pp̃ h̃ tenuissima victẽdũ est dieta ne a digerẽdo diuertaẽ. Jn statu ṽo ⁊ declone ipsi⁹ status q̃ dꝛ scõa medietas stat⁹ nã nõ laborat in digerẽdo: sed in sepando nocitiuũ a iuuatiuo ⁊ dirigẽdo nocitiuũ ad vias expulsionis: ⁊ dicunt q si mã morbi simul cretice sit expellenda tũc eius scõa medietas est fortior pma: si vero paulatine hẽat expelli ⁊ nõ sił: tũc p³ medietas ẽ fortior scõa. Et dicũt q morb⁹ relat⁹ ad cãꝫ añcedẽtẽ est in statu minor q̃ꝫ añ. Et de hac cã intellexit Ga. cũ dixit nõ est necẽ in statu cãꝫ eẽ maiorẽ: ⁊ imo minorẽ: qꝛ minorata est iã cã añcedẽs nã vł artis: ꝫ morb⁹ relat⁹ ad cãm ꝯiũctã in statu est maior: qꝛ cã cõiuncta in statu est amplior q̃ꝫ ante. nã ⁊ lꝫ in ꝓcessu morbi de cã ꝯiuncta aliqd minuaẽ: tñ ꝓcedẽdo vsq; ad statũ cõtinue augeẽ: qꝛ plus est q de añcedẽte ꝑ putrefactionẽ ꝯuertitur in cõiunctã q̃ꝫ sit illud qð de cõiuncta resoluiẽ: ⁊ qꝛ a cã cõiuncta dependet fortitudo accñtiũ: ideo in statu accñtia sunt fortiora: qꝛ dependent a fortiori ⁊ maiori cã: ⁊ maxime in scõa medietate ei⁹. ¶ Et dicũt. cũ dixit Gal. i ꝯmẽ. affo. Jncohoãtib⁹ morbis ⁊c̃. q ṽt⁹ aialis laborat plm i statu põt verificari actiue ⁊ passiue. Actiue qꝛ aliqñ ṽt⁹ aialis motiua coadiuuat crisim cũ maxie fit ꝑ secessuꝫ vomitũ vł sputũ in q̃ laborãt istra mot⁹: passiue ṽo: qꝛ materijs agitatis fit vapoꝝ maloꝝ ascẽsus ad cerebrũ qb⁹ leduntẽ ṽtutes aiales: ⁊ ꝫ ṽt⁹ nãlis ⁊ vitalis custodiũtur. ñ qꝛ ñ laborẽt i statu: nãlis. n. digestiua laborat i digerẽdo vt dcm̃ est: ⁊ expulsiua seq̃strãdo ⁊ digerẽdo: vitalis ẽt in statu multũ ãgustiaẽ: ꝫ dñr custodiri: qꝛ facte sũt tũc potẽtiores. s̃. mãm morbi.

Quo se hẽant virtutes tres in statu morbi.

¶ Et dicũt q qꝛ distinctio tẽpoꝝ penes accñtia dꝫ esse notabilr sẽsibilis. Jõ ipsa nõ attribuiẽ cuicũq; morbo mãli siue cuicũq; febri. ṽ. g. in febre homotena. in ea. n. lꝫ appeat aliq̃lis ꝑmutatio in accñtibus: qꝛ pua est ⁊ nõ notabilr sensibilis: ideo nõ assignaẽ distinctio tẽpoꝝ penes accñtia. Et dicunt quasdã eẽ ita breues egritudines q p̃dcã tpa appenter non pñt distingui maxie pn̄m ⁊ augm̃: q̃ꝫuis hẽant ea: Ait. n. G. in li°. de tpib⁹ morbi ⁊ poniẽ a Rabi in. xiª. pticula. Jnuenimus alicui⁹ egritudis valde fortis vt apoplexie pn̄m ⁊ ascẽsuꝫ in breui hora: si dixerim⁹ q ascẽsio vel accessio apoplexie sit sine tpe affirmabim⁹ ipam eẽ accñs seqns egritudinẽ q̃ egri° nec io ipsa tpa habet. Et dixit egritudo cum incipit est tps pncipij: ꝫ ipꝫ ⁊ silr tps augmẽti sũt abscõdita sensui in aliqb⁹ egritudinib⁹: ꝫ tps stat⁹ est scibile in oib⁹ egritudinib⁹: ⁊ si egrotãs dꝫ liberari seqẽ necio statũ decl'o scibilis. Est ḡ mãifestũ. q sũt aliq̃ egritudines quaꝝ nõ põt sciri pn̄m neq; etiã augm̃: merito. n. statũ morbi salubris semp seqẽ decl'o. nã si seq̃reẽ mors nõ fuisset salubris: ꝑ accñs tñ pt ꝯtingere q statui morbi salubris nõ succedit decl'o: ⁊ h̃ maxime in duob⁹ casib⁹: p° in decrepito appropinquãte morti pp̃ defectũ etatis in q̃ põt añ mortẽ aduenire aliqs morbus salubris ð se q̃ ꝓcedet vsq; ad statũ: ⁊ cũ fuerit in statu extingueẽ calor nãlis ei⁹ ⁊ seqẽ mors ⁊ nõ decl'o. 2° qꝛ põt eẽ q in statu alicui⁹ morbi de se salubris sup̃ueniat egro aliquis morb⁹ mortalis vt apoplexia: in quo casu succedat statui illi⁹ morbi nõ mortalis mors.

Nõ cuicũq; morbo materiali attribuiẽ distinctio tẽpoꝝ penes accñtia.

Nõ semp dẽst atuꝫ morbi salubris sequitur declinatio.

¶ Et dicũt. q in statu q̃ ad accñtia ipsa semp sunt intẽsiora q̃ꝫ in alijs tẽporib⁹: ꝫ in statu quo ad dispõnẽ mãe accñtia nõ sp̃ sunt intensiora: ꝫ solũ in morbis seruãtibus mãm ad vnicã expulsionẽ: vt qdã dñt sunt oẽs illi morbi mãles q hñt mãm suã ꝯiunctã cum mã iuuatiua: in talib⁹. n. stat⁹ quo ad dispõnẽ mãe ꝯcurrit cũ statu q̃ ad accñtia. Jn statu quoꝝ morboꝝ vehemens fit pugna: vñ accñtia vltimanẽ: ista tñ accñtia nõ sũt eq̃ intensa in q̃lꝫ pte stat⁹: ꝫ in medio ei⁹ potissime: in pncipio vero ei⁹ ⁊ fine sũt aliq̃ꝫtulũ remissiora: nec ẽt in oi morbo in q̃lꝫ pte stat⁹ ipsa accñtia sunt pñtia vt maxie appꝫ in interpolatis: ⁊ in qbus in die iterpolatiõis paroxismi eueniẽtis in suo statu vł: nulla adsunt accñtia: Jn statu aũt morborũ nõ seruãtiũ mãꝫ ad vnicã expulsionẽ: ⁊ sũt illi vt dñt q hñt suã mãꝫ ꝯiunctã a iuuatiua separãt vt apata q̃ nõ suppuranẽ: ꝫ paulatine resoluũtur: ⁊ sicut sunt multe febres ⁊ ꝯtinue ⁊ interpolate maxime quaꝝ mã paulatine euaẽ aut insensibiliter aut sensibilr: accñtia in statu quo ad dispõnẽ mãe nõ sunt intẽsiora: ⁊ imo remissiora: neq; coincidũt cũ statu q̃ ad accñtia vt pꝫ in pleuresi q̃ nõ sanaẽ: in statu. n. taliũ morboꝝ nõ cadit pugna iter nãm ⁊ morbũ. vñ hẽbeãt intendi accñtia: ⁊ in morbo aũt mortali si ꝑuenit ad statũ semp in ei⁹ statu ẽ vltimatio accñtiũ: qꝛ sp̃ ꝯcurrit stat⁹ morbi mortalis quo ad accñtia cũ statu ei⁹ q̃ ad dispõnẽ mãe: vltimãtur ḡ tũc accñtia ⁊ pp̃ pugnã ⁊ pp̃ malignitatis mãe vltimitatẽ: ⁊ in q̃ statu q̃ꝫto plus ꝓcediẽ tãto plus accñtia vltimãtur: qꝛ tãto mã est malignior ⁊ ṽtus magis sup̃ata ẽ cũ ꝓcedit ꝑ viã resolõnis ṽtutis. Si aũt morb⁹ eẽt mortalis ꝑ viã aggrauatiõis ṽtutis tũc in tali morbo ñ coicidũt stat⁹ q̃ ad accñtia cũ statu q̃ ad dispõnẽ mãe: ⁊ seu in pn° talis morbi q̃ ad dispõnẽ mãe accñtia sũt itẽsiora pp̃ mãe multitudinẽ suffocantẽ. Qꝛ si accidat in morbo mortali seruari mãꝫ ad vnicã expulsionẽ: qꝛ ꝯtingẽs ẽ in pn° aug¹° ⁊ statu ipsi⁹ morbi egrũ mori: ideo in q̃libꝫ ipoꝝ tpoꝝ pñt accñtia vltimari: mõte. n. vltimitas ẽ accñtia.

In statu quo ad dispõnẽ materi nõ sẽp accñtia vltimantur.

¶ De quiditate tẽporũ pticulariũ morbi. Ca. xvij.

Consideratio tẽpoꝝ pticulariũ morbi nõ attẽdiẽ sicut vlĩũꝫ penes altera^{cõ}m mãe nꝫ penes accñtia ꝯsĩa morbũ vt morb⁹ est. Et q nõ attẽdaẽ penes alterationẽ mãe pꝫ ex aug¹° statu ⁊ declone paroxismorũ pncipij vł̃is in quib⁹ nã nõdũ manifestauit actionẽ suaꝫ in mã: nec adhuc appent digõnis vel ꝯtrij eius signa. Et q nõ attendaẽ penes añtia morbũ ꝯsĩa appꝫ ex pn° aug¹° vel declone paroxismi febris mortalis in q̃ in aliquo tpe dicto

tū porismi eger moriť in quo accñtia sunt fortiora postq̄
moriť: ⁊ tñ in illo nō debēt esse fortiora ſm cōsiderationem
vīumq; in statu ipsius porismi. ℂ Sz ↄsideratio tēporum
ꝑticulariū attēdiť penes motū in febre calitatis absolute ⁊
nō vt extranea est vel vt est nālis: ⁊ iste mot⁹ ↄsideratur i cō
clone ipsius calitatis in iterioꝛib⁹ corporis: ⁊ ⁊ in ipsi⁹ ad ex̄
expāsionē: ⁊ penes calitatis ipsius intēsionē ⁊ remissionez:
ſm quā ↄsiderationē pn^m porismi est qñ calitas est intus in
clusa exterius nō ↄphensa apparenť. Et aug^m est qñ calitas
ad extra expādiť ⁊ manifeste ⁊ apparenť addiť. Et stat⁹ est
qñ calitas est in totū expāsa ⁊ addita. Et declo est qñ ipsa
calitas minuiť ꝑter hoc ꝙ ad interiora includatur. ℂ Et ex
his pz. ꝙ diffinitiones supra posite de tꝑibus moꝛbi vlib⁹
tꝑib⁹ eius pticularibus nō adapteť neq; ↄueniūt: nisi ſm
ꝑinquerit sincopis. sup. tu. sȝ anteq̃ȝ superueniat sincopis ab/
scindat̃. nã q̃uis in euone sanguinis p arte licitũ sit. vt sup
ducere euonẽ vsq; ad sincopim. In euone tñ spõte a nã fcã
nõ est licitũ. sicut vt. s. Auer. ꝯ Gal. adducebat. Et rõ ẽ. q:
nã suas operationes ⁊ euones rectas ⁊ regulatas facit. ꝓp
qð in euone nali non ꝓuenit sincopis: nisi. q̃ñ maxia fuerit
facta resolo. nõ ergo est expectãda: q: esset irreparabilis: sȝ
prius obuiãdũ est fluxũ restringẽdo: sed in euone artificia/
li: q: nõ est sic recta ⁊ regulata accidit sincopis anteq̃ȝ ma/
gna nimis sit facta resolutio. ⁊ ideo est recuperabilis. ⁊ ex
h̃ ab auctoribus iussa ⁊ fieri permissa. Qr si euo p̃dicta san
guinis p artẽ fieri nõ poterit. neq; nã illã attẽtauerit dȝ me
dicus sanguinẽ nariũ aut emorroydaꝝ vel mẽstruoꝝ ꝓuo
care. q̃ si febris hec augumastica vel hõtena fuerit ad san/
guinis minutionẽ magis ꝓperabis. Amplius pro flobo/
tomia fienda ad cañ. generales de ipsa recurrendum est.
❡ Scða autẽ intẽtio que est ad mãs cões euandũ: q̃ñq; dȝ
ꝑmitti flomie: ⁊ q̃ñq; non. ⁊ iõ auctores in ea diuersimode
sunt locuti. Dȝ aũt ꝑmitti q̃ñ in stõ ⁊ intestinis ⁊ venis me/
seraicis ẽẽnt mãe male corrupte: quaꝝ timeret̃ attractio ad
venas p flõmiã. q̃ tũc maxĩe forẽt si p̃cesserit nauseatiua sa/
tietas ⁊ regimẽ inordinatũ in cibo ⁊ potu. tũc aũt dȝ leni/
tio postponi flõmie cuȝ necessitas fortis cogeret ad subito
flõmãdũ vt in replõne suffocatiua. tũc.n. eligim⁹ magis p̃/
dictas mãs trahi in venis q̃ȝ sinere egruȝ suffocari. aut q̃ñ
mãe ille ẽẽnt pauce valde. aut ẽt q̃ñ mãe cões nõ nec̃io: sed
ꝯtingẽter repte ꝯtinerent̃ in venis. Uerũ q̃ñq; ẽ vt fiat ista
lenitio añ flõmiã ⁊ post: vt q̃ñ mãe cões necessario ⁊ ꝯtingẽ
ter repte ẽẽnt multe: aut q̃ñ ẽt mãe cões ẽẽnt multe: ⁊ post
flõmiã ẽt gñarent̃ alie ⁊ tãte q̃ nãȝ aggrauarẽt. ❡ Implet̃
aũt ista intẽtio. dix̃ Sera. cũ decoctiõe prunoꝝ tamarindoꝝ
passulaꝝ terreniabin ⁊ cassiefistule. Et Alm. dixit. cũ apozi
mate prunoꝝ ⁊ tamarindoꝝ ⁊ zuccaro aut cũ succo grana
toꝝ acerboꝝ cuȝ pulpa sua cõtritoꝝ. Et Ua. dix̃. si egestio
s. ⁊ alie mãe cões dicte obuiẽt. s. euoni sanguis hũectãdus
erit vẽter cũ oxifenitia cassiafistula mãna violis ⁊ silib⁹. Et
A. dix̃. cũ duoꝝ granatoꝝ succo ⁊ siracosto ⁊ tamarindis
⁊ silib⁹. de qb⁹ sunt hec. ℞. aq̃ zuccarate. ℥. iiij. succi grana
toꝝ mizoꝝ pistatoꝝ cũ pulpa sua añ. ℥. j. s. misceat̃ ⁊ exhi
beat̃. ⁊ p̃t misceri cũ eis syru. vio. ❡ Et ex eis ẽ aq̃ fructuũ
solubiliũ descriptiõis Mes. Aui. ℞. decoctiõis prunoꝝ ⁊
tamarindoꝝ q̃titatẽ sufficiẽtẽ ⁊ dissolue i ea de mãna ⁊ de
cassiafistula. vel de altera tñ ſm exigẽtiã. ⁊ ista lenitio siue
añ siue post siue añ ⁊ p⁹ hẽat fieri. dix̃ Aui. fiat vsq; ad ter/
minũ. i. vsq; ad tp̃s determinatũ siue debitũ in curatiõe fe/
bris hui⁹. vt. s. si fiat añ nõ ipediat̃ aut nõ tardet̃ flõmia. ⁊
si fiat post flõmiã nõ ipediat̃ reliq̃ cura. vel fiat vsq; ad ter/
minũ. i. vsq; ad q̃titatẽ tã ꝯtinuã q̃ȝ discretã q̃ mãe educã/
tur ⁊ virt⁹ toleret: ⁊ tũc maxĩe q̃ñ h̃et fieri añ ⁊ post. Et di
xit Sera. si nõ linit̃ nã cũ p̃dictis. s. q: nõ euant illas mãs
⁊ feces: vl' q: nõ potuit dari lenitiuũ pre tp̃is breuitate: aut
q̃ infirmus renuit recipe: vel acceptũ euomit admĩstra tũc
clystẽ lene. silr̃ Aui. dixit q̃ fiat lenitio cũ collyriis vel cly/
sterib⁹ lenib⁹. ❡ Ampli⁹: q: mãe i febriẽtib⁹ ꝯtingẽter re/
pte sunt ãplioris q̃titat̃ q̃ȝ possint p̃dicta leniẽtia educere
vel sunt in venis remot̃ ad q̃s nõ ꝑueniũt illa: tũc opȝ edu
cere illas cũ medicina illis appropriata acri: q: talis medi/
cina regulr̃ ⁊ cõmodi⁹ exhibet̃ illis materiis p̃digestis. Iõ
Aui. in h̃ casu loquẽs ait. q̃ñq; est nec̃iũ apud digõnẽ. s. di

Propter quid eũo ad sincopiȝ nature nõ cõcedi tur sȝ arti.

Scða intentio. De euõne materiarũ cõium.

etap mãerũ euãare eas cũ eis q̃ sunt sicut mirabolãi.s.citri/
ni ꝛ indi ꝛ fumus terre ꝛ cassiafistula ꝛ silia. Et ista euo fit
ad mũdificandũ sanguinez a materijs corruptis colicis ꝛ
adustis sibi mixtis. Et subdit. aut mundificatio fiat cũ eis:
sicut soluẽtia colerã ꝛ ꝓprie cũ reubar. ꝛ h̃ cõpeteret qñ co
lera sanguini mixta nõ esset adusta. ¶ Q̃ si sanguis fuerit
imundus ꝑ admixtionẽ flegmatis.s.crudi cũ eo. Dix̃ Aui.
mũdificet cũ digerentibꝰ humorẽ crudũ: ꝛ nõ expressit ꝙ
euãet post digõnẽ: q: flegma crudũ ꝑ vlteriorez digõnẽ põt
in sanguinẽ ꝯuerti: ꝛ tũc sufficeret digõ ad h̃ vt sanguis re
maneret mũdus. tu tñ sup. ꝙ si digõ eiꝰ nõ sufficit: aut q: ñ
est flegma tale ꝙ ꝑ digõnẽ ꝯuertat̃ in sanguinẽ mũdificet̃
cũ educẽtibꝰ flegma debilibꝰ: Et sil̃r. sup. si mã medica face/
ret sanguinẽ imũdũ ꝙ euãet ꝯsil̃r: vt cũ decoctiõe epithimi.
Dicũt qdã ꝙ Aui. fortasse expressit ꝙ in hũore crudo fiat
digõ ꝛ nõ euõ: q: vt plim in sinochã patiẽtibus si qd̃ flegma
peccat: tũc illõ est flegma nãle additũ supra q̃ntitatẽ suã nã/
lẽ ante aduẽtũ sinoche: sicut Gal. de supradicto iuuene dix̃.
ꝙ vix ꝛ tarde sua cibaria digesserat. modo flegma nãle põt
per solã digestionẽ ꝯuerti ad benignũ. Et sil̃r dicũt ꝙ for/
tasse Aui. expressit de euacuatione humoꝝ adustoꝝ ꝛ co/
lere: q: sunt illud qd̃ magis in sinochis febribus reperitur
ex his que sanguinem imundum faciunt.

Tertia ꝛ q̃rta intẽtiones De pororũ apertione ꝛ vapor repletione.

¶ Tertia autẽ intentio que est pororum apertio.
¶ Et 4ª intẽtio q̃ est vapoꝝ resolũ cõplent̃ ꝑ fricationẽ ꝛ
inunctionẽ aptitud. Sufficit ãt añ flõmiã fricatio leniter ꝛ
blãde fcã ꝛ inũctio postponat̃ ad flõmiã ꝙ si flõmia suffe/
cerit ad sedandũ febrẽ: tunc ad resolõnẽ residui vapoꝝ suf/
ficiet eadẽ lenis fricatio nisi multitudo vapoꝝ fuerit q̃ re/
mãserit. nã tũc fricatio dʒ eẽ mediocris fcã cũ mãtili medio
criter aspo. ꝛ post eã inũgẽdũ est corpꝰ cũ oleo camomilli/
no pauco ꝛ vino albo pauco ꝛ subtili ꝛ aq̃ decocta amplio
ri simul mixtis ꝛ calefactis. Et in his intẽtiõibꝰ sedata in/
flãmatiõe febris ꝯcedit̃ balneũ. Unde dixit Ras in diuisio/
nibꝰ. cũ alleuiat̃ ingrediat̃ balneũ tẽperatũ ꝛ in ipso eũ cũ
furfure frica multotiẽs: ꝛ h̃ itera: deinde dormiat vt sudet.

Quinta intentio. De rectificatione sub̃e sanguinis putridi.

¶ Quinta aũt intẽtio q̃ est in sinocha putrida subiam san/
guinis putridi rectificat iplet̃. Dixit Gal. eligẽdo attenuã/
tia aperiẽtia ꝛ mũdificatiua sine calefactiõe: vt nõ augeant
febrẽ: ꝛ mellicratũ qdẽ bonũ esset nisi febrẽ augeret: eo ꝙ
humores grossos attenuat ꝛ incidit. viscosos lauat ꝛ mun
dificat. Ubi aũt febris est fortis illaudabile ẽ: da g̃ loco eiꝰ
ptisanã: ꝙ si opilõ dure aperiat̃ da oxizacharã vel syrupũ
acetosum simplicẽ. Et Aui. dixit. post flõmiã factã vel euõ/
nẽ aliã si flõmia nõ potuit fieri regimẽ fiat cũ eis q̃ incidũt
ꝛ aperiũt ꝛ sedãt caliditatẽ sanguinis ꝛ eiꝰ inflãmationez
dans in h̃ intelligere incisiua ꝛ aperitiua nõ debere eẽ ca/
lida: sʒ sicut syrupus acetosus ꝛ aq̃ seminũ cõmuniũ vel ca
pilliueneris vel endiuie ꝛ similiũ: q̃ cũ hoc ꝙ nõ calefaciũt
attenuãt grossitiẽ incidũt viscositatẽ ꝛ opilõnẽ aperiunt.
ꝛ h̃ in sanguine viscoso ꝛ grosso qui si multũ fuerit grossus
ꝛ viscosus dʒ digeri cũ calis q̃ nõ obsint febri: vt dix̃ Isaac.
q̃ tñ nõ sint eleuata in gradu. ¶ Si võ sanguis sit subtilis.
Dixit Aui. fiat ipsius ingrossatio cũ eis q̃ sunt sicut robub
syrupus iuiubarũ factꝰ ex decoctiõe iuiubaꝝ. c. numero in
lib. 5. aq̃: donec remaneat 3ª pars q̃ collata inspisset̃ cũ zuc
caro: zuccaꝝ tñ quãto minꝰ fuerit tãto erit meliꝰ. lẽtes etiã
decocte in aceto acetoso forti: q: nõ acuto sunt dixit Auic.
huiꝰ gñis: ingrossant. n. sanguinẽ. caue tñ. dixit Auice. ne
des ista qñ sanguis est grossus. ꝛ sup. ne des incidentia ma
xime calida qñ sanguis est subtilis.

Sexta intẽtio. De ꝓhibẽtibus putrefactionez sanguis. De intẽtiõe ad infrigidationem.

¶ Sexta aũt itẽtio q̃ ẽ i sinocha putrida ad putrefactionẽ
sanguis ꝯplet̃: sic̃ i aliis febribꝰ putridis cũ his q̃ ꝓhibẽt
putrefactiõez ꝛ remittũt eã ꝛ succꝰ qdẽ g̃natoꝝ muzoꝝ in
hac itẽtiõe ẽ maxiẽ vtilis: ꝛ ipa ẽt g̃nata muza sũpta cũ cibo.
¶ Intẽtio aũt q̃ est ad infrigidationez regit̃ est vltima via
executionis: ꝛ ipsa qdẽ iplet̃ cũ approximatiõe infrigidã/
tiũ ab intus ꝛ ab extra. Et in approximãdis abintra ꝯcor
dãt auctores oẽs in exhibitiõe aq̃ frigide si nõ fuerit qd̃ ꝓ
hibeat ab ea. vñ. Gal. vt. ö. dcm̃ est. nominauit ꝓ hac intentio
ne aq̃ frigide dationẽ. aq̃ tñ q̃ dʒ exhiberi melior est si priꝰ
fuerit decocta ꝛ postea infrigidata. de q̃ dixit Alm̃. aq̃ fri/
gida tribuat̃. Et Aui. dixit. sumere in potu aquã frigidaz
si nõ est qd̃ ꝓhibeat sanat. ꝛ fortasse excusat ab infrigida/
tiõe altera. verũtñ nõ attẽdas v̾ba eorũ q dimittũt euõnẽ
in hac febre ꝛ solũ alterãtibꝰ vtunt̃. Dixit. n. Aui. scias ꝙ
esse cõtẽtũ in infrigidatiõe ꝛ dimittere flõmiã ꝛ solutionez
ventris est addere in opilõnẽ ꝛ coartationẽ. sup aut de no
uo eã facere. q̃re addit̃ putredo ꝛ calitas in reliq̃ dispõne.
¶ Ad hãc quoq; intẽtionẽ iplendã attẽde gradũ infrigi/
datiõis. Dixit. n. Aũ. 7° coll̃. scire debes ꝙ hec febris hʒ
latitudinẽ magnã i suo calore ẽm magis ꝛ minꝰ. Et iã sub
dit. ꝙ h̃ latitudo diuersificat̃ non solũ in vno climate: sed
etiã ꝛ ẽm climata ꝛ q̃ ex ea est fortioris caloris dĩ artiuas
ꝛ iõ ẽm diuersitatẽ sue latitudinis in calore eligẽda sũt frida
magis ꝛ minꝰ maxie tñ extinctiuis fortibꝰ est vtẽdũ qñ euõ
nõ potuerit fieri ꝑ flõmiã vel alr̃ aut qñ coacte medicus co
git̃ incipere ab alterantibus ꝛ postponere flõmiã: sicut cõ/
tingit qñ febris est artiua importabilis caliditatis ab infir/
mo. In q̃bus casibꝰ Ras in diuisiõibꝰ ait. si tardat̃ flõmia
in dispõne sua. sup. aut si obmittit̃ stude in dãdo ei in potu
aquã frigidã plurimã ꝛ da ei ex illa in potu tñ ꝙ satietur
aut infrigidet̃ ꝛ tremat. Si g̃ deserit eũ febris sufficit ter.
ꝛ si redit ꝛ tu itera vsq; quo declinet febris ꝛ fiat febris le/
nis adherẽs: ꝛ tũc rege ipʒ regie flegmatice febris. Et ego
dix̃ Ras iã exptꝰ sũ: ꝛ ꝓbaui ipʒ ꝛ libata ẽ ꝑ ipʒ gẽs plia q̃
erat iuxta mortẽ a timore magno. nõ g̃ sis piger in dãdo in
potu aquã frigidã cũ vehemẽs ẽ necessitas neq; dimittas
eã nisi qñ fe. sinocha est ex apãte in stõ aut epate aut matri
ce aut vesica aut diafragmate aut pulmone ꝛ pectore. Et
subdit. in stõ võ ꝛ epate est timor i dimissiõe tribuẽdi aquã
frigidã in potu cũ ipsa vehemẽter necĩa est maior q̃ʒ sit ti/
mor q gñat̃ in eo ex malitia sua. ¶ Et dixit Ras. signa ve/
hemẽtie necessitatis eiꝰ sunt vehemẽtia iflãmatiõis febris.
ꝛ ꝙ pulsat cor ꝛ tremit post assiduationẽ febris ẽm illã di/
spõnẽ difficilẽ duobꝰ diebꝰ aut tribꝰ ꝛ nõ extinguũt eã ex/
tinguẽtia alia ꝛ nõ valẽt in eã. cũ g̃ pulsat cor tũc cũ h̃ iaʒ
bullit sanguis ꝛ nõ liberat ipm tũc nisi in potu det̃ aq̃ fri/
gida. det̃ g̃ in potu subito tñ ꝙ satiet̃. res. n. frigide for/
tes vere ꝑueniũt ad illõ qd̃ necĩũ est: ꝛ si nõ potãt isti aquã
frigidã superuenit eis sincopis paululũ ꝛ scindũtur vene in
vẽtribꝰ eoꝝ ꝛ in pãniculis cerebroꝝ eoꝝ. q̃re emittũt san/
guinẽ ꝑ nares ꝛ large expellit̃ sanguis ꝛ moriunt̃. ꝛ illud
qñ arterie ꝓprie scindũt̃: ꝛ qñ arterie sunt hñ posite ꝛ for/
tes: q̃re nõ accidit eis h̃ tũc ꝯstringunt̃ eoꝝ anhelitꝰ ꝛ s̃fo
cant̃ subito: q̃re opʒ vt nõ fiat qd̃ vincat illud qd̃ accidit ex
malitia sumẽdi in potu aquã frigidã: hũc timorẽ magnũ.
fortasse. n. nõ accidit ex ea nisi debilitas fe. ꝛ ꝓlõgatio ipa/
tñ eiꝰ ꝛ aduẽtus apãtis duri in viscéribꝰ. ꝛ illud est ex eis
q̃bꝰ expellit̃ mors cita. ¶ Dixit Aui. fortasse sumit̃ in po/
tu de aqua frigida donec tremere faciat. fortasse. n. sanant̃
ꝑ eã: ꝛ q̃nq; ꝑ potũ eiꝰ ꝑmutat̃ febris sanguinea ad flegma
ticã. i. ad dispões siles dispõibꝰ febris flegmatice: remit/
tit̃ eni acuitas eiꝰ ꝛ ebullitio: ꝛ sequit̃ eã quedã febris len
ta silis flegmatice: q̃ postea curat̃ cura feb. flegmatice. neq;
voluit Aui. ꝙ sanguis ꝯuertat̃ in flegma: q: qd̃ coctũ est
incrudari est ipõle. ¶ Et Auer. dixit 7° coll̃. qñ oĩa par/
ticularia cõcordãt in febre artiua. ꝛ eger multũ desiderat
aquã frigidã: nõ est in h̃ digõ expectãda: q: eger añ digõnẽ
ꝯsumet̃. Et si feceris ipʒ pati vsq; ad digõnis apparitionẽ
tũc erit ipsa digõ mala: sicut nebula nigra aut hypostasis
nigra ꝓpter nimietatẽ cõbustionis. ꝛ tũc exhibitio aq̃ fri/
gide nõ valebit: ꝛ ꝓpea meliꝰ erit in pnº fine signoꝝ digõ/
nis apparitiõe exhibere eã: ꝛ nõ curare de dictis ãtiquoꝝ

De exhibitiõe aq̃ frigide.

cōtra hoc: q2 hec est res vilissime approbata. nā mā q̄ calefa
cit febrē: q̄lis est ista. cū sit multitudo calitatis: nō est priua
ta digōne nisi pp malā q̄litatē acutā nō pp grossitiē nec pp
viscositatē: 7 qñ hāc infrigidabis: tūc statī est mā digesta.
Et subdit Auer. melius est vt tu cōuertas hāc febrē ad febrē
longā 7 lētā q̄ curari possit q̄3 vt eger subito moriat̃. nā er/
ror q̄ fit in alteratiōe complōnis febris est facilior q̄3 mors.
¶ Et ego credo q̄ illis in q̄bus digō dz expectari si det̃ aq̄
frigida citius curant̃ si eius virt⁹ extiterit fortis: q̄uis fe/
bris fiat longa. dixit. n. Rasis. q̄ duo iuuenes in diebus ca
nicularib⁹ iter agebāt. quoꝝ vnus erat dñs 7 alter seruus:
7 ambo hāc egritudinē inciderūt 7 medic⁹ dño aquā3 tri/
buit fridā 7 seruo nō ppinauit. 7 dñs euasit 7 seru⁹ mortu⁹
est. dicūt ḡ aquā frigidā da vsq3 ad coloris mutationē. ita vt
Eude gđ fe. fiat palidus 7 tremēs. Et illud est vt det̃ egro vsq3 ad emi/
nā vnā. 7 est pondus lib. 4. hec sanguinē iflāmatū subtilia
tū a febre infridādo ingrossat: ne ad pncipalia descēdat. 7
febrilē inflāmationē statī extinguit. 7 tāte v̄tutis existit: vt
si ēt aliq̄ tactaꝝ cāru flōmia celebrata nō fuerit ipsa sola sit
sufficiēs ad curā. max' tñ vbi signa humoꝝ obstruētium si
alij sint a sanguine visa fuerint. Cōfortata. n. v̄tus a cōtēpe
rātia subiectoꝝ suoꝝ humidoꝝ. s. spūaliū 7 radicaliū mē/
broꝝ p fridītatē aq̄ huoribus obstruētibus obuiat vt quos
cūq3 benignos iuenerit ad se trahat: subtiles v̄o p sudorem
vel vētrē excernat: 7 plectorā sanginis p emorosagiā p ma
gis aptā regionē expellit. dz eger ad auditatē aq̄ fride po/
tus induci. ¶ Dixit Passionari⁹. cū in siti exarserit. 7 si/
tiēs aquā fridā desiderauerit prio ei eā negādo. deīn aliquo
tiēs ei pmitte vt in ea spe pmissionis exardescat. cūq3 sitis
purget̃ 7 bibēdi habebit ardorē: tūc vas nitidū aq̄ plenū
recente 7 nitida offerēs in tāta capacite vt q̄tacunq3 fuerit
sitis satiari possit. 7 si pole fuerit det̃ in die cretica. ¶ Aui.
aūt dixit q̄ melior hora ad infrigidādū est hora vehemētis
sime ebullitionis 7 angustie 7 iflāmationis 7 frequētie pul
sus cordis. sup. siue facta fuerit eūo siue nō. Est aūt tps illō
status quo ad accñtia. ¶ Dixit Almā. si nō pri⁹ succurrat̃ cū
flōmia q̄ lingua nigra fiat: 7 supueniant accñtia causonis
eius cura fiat cū infrigidātib⁹: q2 cū apparēt signa 7 accñ/
tia deiccationis 7 vstiōis humidi vt nigredo lingue 7 alia
causonis accñtia plus cōuenit tunc humectare 7 infrigida/
re q̄3 sanguinē humidū flōmia euare. Etenī flōmia tūc fa/
cta colerā rubeā ebullire facit 7 inflāmat tunc corpus ve/
hemēter. ¶ De infrigidātibus bonis. dixit Hal. sunt vt va
ris aq̄ granatoꝝ dulciū 7 acerboꝝ cū sqngibin puro. i. sim
plici aut tamarindoꝝ aq̄ 7 sibbus. Et Ua. dixit. extinguat̃
acumē cū psilio succo granatoꝝ syrupo viol. prunoꝝ 7 sib
bus. Et Aui. dixit cū aq̄ lētū ifrigidata 7 cū aq̄ lactuce. Et
dixit q̄ aq̄ ordei cōpetit. s3 cū lenitate n̄ae: 7 aliter nōi 7 de
vtilibus est vt semē psilij integrū vna nocte in aq̄ decocta
infundat̃ mane colet̃. 7 illi aq̄ adde zuccarū 7 potui tri/
bue. nā intolerabilē calorē 7 sitim acutaꝝ tollit 7 ventrē le
nit. Et dixit Sera. q̄ clystere factū ex aq̄ oleris būdicti. i. la
ctuce cū mucillagine psilij 7 oleo ros. extinguit inflāmatio
nē 7 tremorē cordis. 7 s̄m hāc intētionē administra aq̄ v̄/
ge pastoris 7 salicis 7 psiliū cū oleo viol. ¶ Et de infrigidā
tibus ab extra. dixit Sera. est cerotū factū ex oleo ros. 7 aq̄
citruli 7 cucurbite 7 iusquiami. ipsum. n. extinguit qñ poni
tur sup stō 7 epate extinctione vltia. 7 portula. viridis trita
7 posita sup stōm 7 epar mirabilr extinguit. ampli⁹ in his
q̄ pterierunt multa posita sunt facientia ad hāc intētionē. Di
xit Aui. in fine. vt in dectione huius febris da troci. de cā/
phora aut de spodio 7 silēs his. Et Almā. cōcessit troci. de
cāphora: 7 sunt illi in q̄bus ponunt̃ aliq̄ infridātia 7 aliq̄
stiptica. dant̃ āt hi troc. ad cōsumēdū residuū caloris febri/
lis 7 cōfortādū mēbra resoluta coꝝ substā vnlēdo. ¶ Ex di/
ctis apparere pōt q̄ 7 q̄lis sit cura spēꝝ sinoce. nā in augu/
mastico flōmia dz maior fieri 7 magis subito 7 maior infri
gidatio 7 citius aq̄ frigide exhibitio 7 in epimastico ē3. dz
fieri maior flōmia 7 minor infridatio: 7 raro est q̄ in ea sit
añ flōmiā infridādū. Et cañ. ēt phibētes aquā fridā dari i
hac spē magis obseruari pñt 7 debēt: 7 hōtenus i flōmia 7
in ifridatiōe pl⁹ attinet augumastico q̄3 epimastico. ¶ De
itētiōe āt ad accñtia. dixit Aui. Si accidat dolor capiti aut
puls⁹ aut vigilie aut profunditas somni aut fluxus sanguis
nariū supfluus destruēs virtutē aut alia de accñtibus seuis
cura eam cū eis q̄ docuimus te in loco suo: q2 in capitulis
ipsorum accidentium.

¶ De q̄busdā exēplis ad cūonē febris sanguinis. Cap. vij.

Quāuis multi ad manus meas curandi ve
nerint q̄dā de sinoca iflatiua qui/
dam de putrida ex eis solū duos hic adducā.
¶ Peruenit enim ad manus meas Bonifaci⁹ Exēplum primum.
petri ex natiuitate cōplōnis sanguinee 7 ex tē
pore ēt. nā arte vinū vendebat 7 erat magnus bibulus nō
cōsuetus vinū limphare. erat aūt cōplōnis satis carnose am
plaꝝ venarū 7 planarū: quarū color ad obscurū tendebat
erat tñ strictoꝝ poroꝝ paucoꝝ piloꝝ. 7 erat etatis circiter
anoꝝ. 34. 7 ociosā vitā degebat. frequētabat tñ vini rubei
puri potū 7 fuerat ei cōsuetudo ōi anno de mēse maij flōma
ri: cū quo lōgo tpe san⁹ fuerat. Accidit aūt vt i anno. 1368.
occupat⁹ circa vēditionē vini de mēse maij flōmiā dimisit.
Dieq3 8⁹ mēsis iunij eiusdē anni iuit pratū pedes: 7 eadē die
rediēs huc 7 fatig at⁹ est pre calore aeris multū estuauit se/
ro illo nō cenauit: s3 multū vinū bibit: 7 circa mediā noctē
arripuit eū febris estuosa valde 7 totā noctē ā añ febrē q̄3
post habuit ingētē 7 pre siti magna mlt̄ bibit vinū: modi
cū tñ aq̄ inmiscuit 7 circa aurorā psensit calorē itēsū 7 extē
sionē 7 rugitū circa vētrē: 7 q̄ñ p vniuersū mirach 7 clystē
vnū sibi pparari fecit 7 inmisit qd̄ eduxit sqbalas plē: 7 tā/
dē feces subē mediocris colore citrinas. Circa ortū solis fui
vocat⁹ ad eū 7 aspiciēs ipsū rubicūdū s3 faciē 7 oculos 7
venas plenas habētē manū apposui capiti. 7 vē tri 7 pcepi
calitatē magnā: nō tñ mordacē q̄tūcunq3 manū tenuissē:
pulsū iueni magnū 7 freq̄ntē plenū: nō tñ mltū ieq̄lē: 7 vri
nā asperi subrubeā cū q̄dā claritate ñ mltū spissā 7 sedimē
laudabile hñtē. tūc manū iposui circa regionē cordis 7 epa
tis 7 inueni calitatē ampliorē: extremaq3 tāgēs cal'a iueni
neq3 in aliq̄ corporis pte frigus psenserat. lingu ā vidi s̄m
nām habētē nō aridā neq3 asperā sitiq3 habebat. Certin ca
tusq3 de regimie pterito 7 cōsuetudine flōmādi quā illo āno
dimiserat iussi eū flōmari statī de vena media excusat⁹ a le
nitiōe alia pp clystē qd̄ fecerat 7 extrahi lib. i. sanguinis. d̄/
inde eū qescere iussi sine somno 7 zuccaꝝ viol. mixtū cū cā/
dijs ei exhibui: 7 potaui cū aq̄ ordei in tertijs aūt cū cibari
dixi cum mica panis lota superaddito modico aceti. Cir/
ca vesperas aūt veniens ad eum inueni eum minus calere
7 ad motū leuiorē neq3 tm̄ sitientē. Et aspiciens sanguinē
de mane extractū vidi eum esse rubeū modicū colere super/
natantis habentē 7 aquositatē paucā 7 incidens eū cum fu
ste inueni eum subē esse nō multū solide nec grosse. vidi q̄q3
vrinam subrubicundā 7 subtiliorē q̄3 de mane nullū fetorē
habentē: tunc extimaui eum pati sinocam inflatiuā: 7 feci
iterato eodē sero ex eadem vena absq3 iteratione pcussionis
cū flēmo extrahi de sanguine circiter. ℥. 6. 7 postea exhibui
ei. ℥. ii. iulep. ros. cū aq̄ frigida prius decocta 7 de sero eū
cibari feci eadē mica panis. 7 dixi q̄ si de nocte sitiret pota
rēt eū succo granatoꝝ musoꝝ cū aq̄ predicta 7 sic fecerunt
mane sequēti rediēs ad eū inueni ipsū adhuc minus calē
tē 7 aliquātulū dormiuisse 7 iussi clystere fieri ex decoctiōe
blitis malue violarie 7 lactuce 7 supad. didi. ℥. i. cassief. 7. ℥.
ii. zuc. viol. 7 vitellū oui: 7. ℥. iij. olei viol. 7 parū salis 7 in
prādio cibari eū feci farre cū modico zuccaro 7 potari mo
dico vini pontici debilis 7 bñ limphati. 7 post prandiū ali/
quātulū qeuit. Sero v̄o veniēs ad eum nō inueni caliditā/

tem remissam plusq̄ de mane. nullū tñ motū ꝑceperat egri ⁊ tunc exhibui sibi de iulep roſ. vt.ŝ. ⁊ mica panis aspera succo granatorū mͣiorū cibari feci in cena ⁊ in aurora ex biberi feci lenitiuū qd. ℞. medule cassieſi. ℥.i.ſ. tamarindorū. ℥.ſ. dissoluta cū decoctione prunorꝫ viol. capilli veneris liquiritie ⁊ seminis endiuie ⁊ mane sequēti inueni infirmū assellare feces cū multis mucillaginib⁹: nō tñ multū grossis in quarū parte apparebat aliqualis citrinitas tūc aquā ordei cū zuccaro rubeo calidā dedi ad abstergendū: ⁊ post eā per horā cibari feci modica carne edina alterata cū seminibus frigidis ⁊ succo arantij ⁊ vinū vt.ŝ. bibit de sero inueni caliditatē valde remissaꝫ ⁊ cenauit micā panis cū succo granatorꝫ. In aurora accepit medullā arantij cū zuccaro: prius tñ aqua frigida infusaꝫ ⁊ lotā cū qua bibit succū granatorꝫ cū aqua mane inueni caliditatē multū remissaꝫ. clystere. vt.ŝ. lactuca excepta fieri iussi ⁊ carnib⁹ pulle alterate cibari iussi ⁊ potari vino. vt.ŝ. Attñ ante oēm cibationem leuiter eū fricari feci. 5ª aūt adueniēte die sudauit: sꝫ nō copiose. sequēti nocte syrupū acetosum simplicē cū aqua feniculi dedi. erat. n. caliditas febrilis remissa multū. 7ª die sudauit copiose ⁊ liberatus fuit. ¶ Uidi quoqꝫ aliuꝫ noie

Exemplū secundū.

Stephanū etatis annorꝫ. 44. subtilis stature ⁊ rare texture: cui⁹ cōplō ad colericā declinabat. venas āt habebat manifestas ⁊ plenas. ociosus. n. ⁊ bibulus erat. hūc visitaui scōa die sue febris vidi vrinā ⁊ inueni pulsum satis ꝑpinqua his q̄ in iuuene supradicto h̄ nō assellauerat postq̄ cepit febrire ⁊ illo mane noluit clysterizari: vnde ilico ei exhibui. ℥.ij. electuarij cassieſi. cū aqua endiuie ⁊ precepi eum nō cibari quousqꝫ venter eius bñ moueret̄. rediens aūt ad eū hora vespertina inueni eū magnā copiā fecū ⁊ mucillaginū citrinarū assellasse cibaui eū illo sero farre ⁊ aquā bibit cū aceto quā affectabat. In aurora accepit iulep vio. cū aq̄ seminū cōmuniū frigidorꝫ ⁊ endiuie. mane veniēs ad eum inueni caliditatē additā ⁊ inquietā habuisse noctē: tunc tñ dormiebat ⁊ dimisi eū sic dormire ⁊ in tertijs rediēs ad eū vidēs virtutē tolerantē ⁊ vrinā rubeā satis spissam feci flōmari eū ⁊ extrahi de sanguine. ℥.ix. ⁊ cibaui euꝫ illo mane parua pulla alterata lactuca. vespere aūt nō inueni caliditatē diminutā: sed potius additā nullo tipo precedēte sanguinēqꝫ extractū aspexi ⁊ erat substantia eius satis clara: multū tñ citrinitatis insufficie habebat. cibaui eū in cena lactuca decocta quā libēter accepit: ⁊ potaui eum aqua frigida cū aceto. mane bibit iulep viol. cū aqua frigida ⁊ circa ortū solis clystere recepit simile supradicto: ⁊ visitās eū hora tertiarū inueni eū minime dormiuisse ⁊ tāgens regionem cordis inueni euꝫ: quasi pulsum cordis pati ⁊ os habebat amaricatū cū quadā leui nausea. dedi ergo ei aquā tepidaꝫ cū aceto modico ⁊ post paululū vomitum ꝑuocari iussi ⁊ euomit colerā citrinā ⁊ viridē multā ⁊ imēse amaritudinis ⁊ sedata est acuitas febris eius ⁊ nausea ⁊ ab illa die in antea curaui cū cura causonis sinochides. vt. j. ponet̄ in cap° causonis. Et finaliter in 14° die per crisim fluxu sanguinis nariū liberat⁹ est. ¶ Uidi quoqꝫ Petrū zuccarini de septē

Exēplū tertium.

nio: cui⁹ cōplō sanguinea erat ⁊ satis carnosus licet statura pusillus hic exercitijs deditus ambulatiuis regebatur multa carne ⁊ vino. Cūqꝫ vna die ī mēse Julij sub sole ambulasset cepit dolere circa caput ⁊ āteriora nec poterat ambulare pre fractione mēbrorꝫ suorꝫ ⁊ vix rediit domū ⁊ credens pre fatigatione ⁊ abstinentia diei illius hoc sibi euenisse comedit carnes castratinas ⁊ repleuit seipsum vino ⁊ post cenā ilico dormiuit. Circa matutinū vero dormiēs cōquerebat̄ locuꝫ in lecto mutabat tunc vxor eius excitauit illū scitura qd pateretur. Eo autē nō respondēte vxor fricare cepit ipsum ⁊ brachia fortiter ligare nec cū his excitabat̄. Et apparente die misit ꝑ me. Et veniēs ad eū multas vētosas sine scarificatione applicari feci nec eas sentiebat. tūc inueniens pulsuꝫ magnū flōmari euꝫ feci ⁊ extrahi de sanguine plusq̄ lib. i. neqꝫ ꝑ hoc excitabatur: ⁊ tunc iterari feci ventosas ⁊ post plures sine scarificatione duas scarificari feci tunc cepit dolere ⁊ loqui dicens nolo carnē meam incidi. Et aperiens oculos cognouit quid factū fuerat tūc iussi teneri eū excitatū fricationibus fortibus ⁊ ligaturis extremitatū ⁊ frequēti appositione aceti acuti ad nares ei⁹ hora tertia ad eū rediēs inueni eū excitatū extitisse ⁊ duas sellas emisisse multe colere: tunc cibaui eū pulla parua alterata: ⁊ potaui aqua ordei: q: succum granatorum noluit neqꝫ iulep. Et qꝛ nō sinerent eū dormire iussi. vespere ad eum veniens inueni pulsum eius magnitudinē amisisse: frequentē tñ magis effectū. Intendi ad extinctionē caliditatis eius cū epithimatib⁹ ab extra: q: ab intus nihil sumere volebat ex potibus nisi aquā ordei ⁊ aquā frigidā. Epithimaui ergo epar eius ⁊ cor cū aqua roſ. solatri ⁊ endiuie ⁊ succo granatorꝫ acetosorꝫ in quib⁹ permisceri feci sandalos ⁊ rosas ⁊ violas ⁊ spodium ⁊ quid modicū camphorecū parte tñ eius cū qua epithimabat̄ cor permiscui modicū vini albi subtilis ⁊ modicū croci ⁊ grane tinctorꝫ. mane sequēti eū clysterizari feci clysteri lenitiuo: ⁊ cuꝫ peruenissem ad eū inueni eū nullū habuisse somnū. inquietus tñ nō fuerat: sed sitiuit ⁊ dolorē percepit in fronte ⁊ timporibus pulsatiuū. tunc iterato scarificari eū in spatulis ⁊ fricari feci ⁊ inungi ⁊ fontē ⁊ timpora cū oleo roſ. ⁊ nenufarino conquassatis cum modico aceti. Et illa die cibaui euꝫ similiter pulla parua alterata cū lactuca: ⁊ q: caliditas ei⁹ non erat diminuta epithimare frequentius iussi. Sero ad eū veniens inueni caliditatē potius additā q̄ diminutaꝫ. Unde dixi ei. qꝛ si potus recentes nō acciperet res eius tenderet in magnā suspitionē. tunc respondit tremēs se paratū querūqꝫ reciperet: tunc ordinaui ei iulep viol. ⁊ lenitiuū qd sumeret in aurora qd acui cum. ℥.i. electuarij succi roſ. mane inueni eū tota nocte insomnē fuisse ⁊ aliquādo alienasse ⁊ lenitiuū illud nihil eduxisse. vnde ilico clysterizari eū feci: ⁊ de epithimate quo epar epithimabatur epithimari feci frontē cū toto suo capite ⁊ pullam alteraui cū semine papaueris albi. sero aūt iueni eū multū assellasse: ⁊ mucillagines misisse citrino colore valde tinctas. Caput etiaꝫ leuius habebat nec vltra alienauerat. tunc processi dando syrupū de papauere post cenā tribus horis ⁊ de mane digestiuū syrupū simplicē ace. cū aqua endiuie ⁊ seminū cōmuniū frigidorꝫ: mane vero eū aliquantulū dormiuisse inueni. vnde postea cū hac cura ꝑcessi. Et veniente septimo perseuerante caliditate in intēsiōe sua nullā crisim habuit. vnde mane 8° die minoratiuū dedi ex. ℥.i. cassieſi. ⁊ duab⁹ ʒ. electuarij de succo roſ. cum aqua endiuie infusionis. ʒ.i. reubar. ⁊. 5. sellas inde habuit in quibus erat colera plurima. die 9° caliditas cepit mālfeste remitti: quare cibaui eū pulla grossiore: alterata tñ ⁊ potaui vino debili ⁊ bñ limphato ⁊ digestiuū dedi syrupū acetosum factū de decoctione radicū endiuie cicoree buglose ⁊ apij. Et superueniente 14ª die nullā crisim habuit. vnde in 15° die dedi ei minoratiuū ex reubar. ⁊ cassiafistula: post cuius euōnē remissa est febris: ⁊ tandem finita in 17ª die.

¶ Incipit distinctio tertia sume quarte de febre colerica.

TErtia distinctio tractatus secundi est de febre colerica: ⁊ continet capitula. 12.

¶ De quiditate febris colerice ⁊ eius differentijs in generali: Capitulum. j.

FEbris colerica frequenter ab auctoribus absolute tertiana vocatur: quia inest colere que est mā ei⁹ de tertio in tertiū diē moueri: q̄uis sit aliqua de speciebus eius in qua talis motus nō manifestatur. vt infra patebit. dr etiā aliquādo diatritus.

vel triteus: quia tenet tertium diē ⁊ inuadit: vt dixit Ga. super 4° affo. in diatritis .i. tribue diebus. Et 3° colliget ab Auer. sessaria vocat̄ ⁊ exponit̄ .i. tertiana ⁊ proprie ꝯtinua vel sasaria .i. ꝯtinua colliquatiua. ¶ Et febris colerica est calor extraneus accensus in corde ꝓp incentionē colerici humoris ⁊ eius putrefactionē a corde procedens in totū corpus ⁊ nocens nālibus opationibus eius. ¶ Et febris quidē colerica diuidit̄ sua principali diuisione in febrē colericam sine putredine que a quibusdā colerica inflatiua dr̄ siue causon inflatiuus: ⁊ in febrē colericā de putredine colere. Que ēt est cum putrefactione diuidit̄: q2 alia est continua ⁊ alia periodica. Et dixit Gal. vt scribitur .16. ꝯtiñ. ꝙ tertiana continua bipatita est. Alia .n. est tepescēs modice in aliq̄ tpe admodū tertiane pure: ⁊ alia ē nō tepescēs. Siue alia ē ꝯclusa: alia ꝓportiōalis. Et que est non tepescēs est triplex .s. augmasticus epimasticus ⁊ homotenus. Scias tñ ꝙ ō colera ꝯclusa sine putrefactione auctores nō fecerunt spāle capitulū neq̄ seriatim mentionē, derelinquētes eam notā ex his que dixerunt de conclusa putredinali: eo ꝙ in signis ⁊ curationis modo plurimū simulant̄. Uñ restat ꝙ febres colerice de quibus auctores expresse tractauerūt sunt tres .s. colerica ꝯclusa dicta causon. ⁊ continua proportionalis dicta tertiana cōtinua: ⁊ tertiana periodica siue interpolata dicta absolute tertiana aut tertiana cum additione interpolationis. Unde dixit Aui. febres colerice tres sunt .s. tertiana continua tertiana piodica ⁊ causon. ¶ Et tertiana tā continua q̄ȝ interpolata diuiditur in tertianā purā: ⁊ non purā quā quidam notam appellant. Et exponunt qdā notam .i. famosam: q2 colera famosa ē eius materia. Et de his omnibus ⁊ speciebus earum inferius dicetur.

Colā pura est duplex.

¶ De causis febris colerice. Cap. ij.

Dixit Ga. 2° de crisi: febres colericas continuas ⁊ iterpolatas facit chimus vn⁹ .i. humor colericus q̄ aut est purus aut non purus. ¶ Et purus est duplex. Unus qui generatur ex chimo in epate simul cū alijs humoribus q̄ dr̄ generatus gñone prīa: ⁊ est colera naturalis dicta colera rubea. Alius est generatus gñatione scđa: ⁊ est colera que generatur ex putrefactiōe sanguinis cuius subtile transit in colerā purā: ⁊ ꝓp sui puritatē multū est similis: ⁊ propinqua nature colere generate generatione prima. differens ab ea in hoc ꝙ colera gñata ex putrefactione sanguinis semp est cā: ⁊ mā febris colerice continue. vnde Aui. ait apud Ga. cū sanguis putrefit fit de hoc genere .s. tertiane continue de qua loquebat̄. sed reliqua colera pōt esse mā: ⁊ cā cōtinue ⁊ piodice ⁊ causonis. ¶ Humor vero colericus non purus siue colera innālis pōt esse innaturalis: cū per adustionē ingrossatur: ⁊ per hoc exit latitudinē nālitatis colere: aut cum ingrossat̄ p admixtionē flegmatis vel melē cum colera nāli permixtione vnita: nam si compositio eo⁊ non esset vnita nō fieret vna febris simplex: sȝ vna composita habens duos paroxismos: verū est tñ ꝙ aliquā do portio flegmatis vel melē non magna inuenit̄ propinqua portioni colere magne: ⁊ mouebitur tunc portio illa flātis vel melē ad motum illius colere cum mouebitur ad parosismū. ¶ Et colera qdē innaturalis potest esse cā febris colice note ⁊ interpolate ⁊ continue. q̄uis Aui. expresserit de tertiana periodica non pura. ꝙ ipsa fit cum putrefactione colere grosse substantie: sed sup. fit ex ea tertiana ꝯtinua ⁊ causon lȝ causon fortasse non fiat de omni colera non pura. Dixit Aui. ꝙ nō pure tertiane causa ē colera grosse substantie per cōmixtionē flātis cū ea. sup. vel per comixtionē melē cum ea: sed Aui. non expressit de cōmixtiōe melē cū colera: q2 ⁊ si ꝯtingere possit talem cōmixtionē fieri. illud tñ est raro valde propter difficultatē cōmixtionis earū ad inuicem permixtione vnita que difficultas procedit ex multa siccitate substantiarū ipsarū. ¶ Ad hoc dixit Gilib. tertiana nota fit de colera innaturali que diuersificatur duobus modis: aut enim egressa est a naturalitate sua propter extraneū calidum ei annexum vel admixtū: ⁊ hec est duobus modis: quedam enim est famosa que fit per admixtionem colē naturalis ⁊ flātis: ⁊ si illud flegma fuerit grossū fiet colera vitellina: ⁊ si subtile aquosum fiet colera citrina. Alia est minoris fame que fit cum ꝯgitur terrestre colere naturalis: ⁊ permiscetur flegmati subtili: ⁊ non separatur ab ipso. Et adhuc est alia que generatur cum aduritur terrestre colere: ⁊ cum hoc ēt aduenit ei extrinsecus mella: ⁊ ei permiscetur. Aut colera est egressa a naturalitate sua ꝓpter extraneam causam a qua generatur que diuiditur in prassinam ⁊ eruginosam. ¶ Dixit Auer. 3° colliget. debes scire ꝙ non est in corpore hominis colera absoluta idest pura: ita vt sit pars membri hominis excepta colera que stat i saculo fellis sm quosdam: sed natura expellit illam a membris sanguinis: idest continentibus sanguinem que separatur ab eo: ⁊ propterea est impossibile opinari ꝙ substantia febrium sofferinarum: idest cōtinuarum sit colera absoluta quia colera pura continetur extra vasa: ⁊ a tali fit febris interpolata non continua. ¶ Et quidam dixerūt a colera pura non generari febrem putridam: quia ratione sue multe siccitatis resistit putrefactioni. Cum ergo dicunt auctores febrē de colera nō intelligunt de ipsa pura: sȝ de ipsa pmixta sanguini vel alteri humori multū vincente colera in commixtione. Et dixerunt si daret̄ talis febris de necessitate eēt mortalis: q2 colera pura nō est apta recipere aliquā digestionē nisi inq̄tū cū sanguine vel alio humore est admixta vel secūdis humiditatibus. Et iō post supdicta subdit Auer. ꝙ causa febris colerice est sanguis vel alia humiditas i qua dñatur colera: ⁊ ꝓpea pōt recipere digestionē ⁊ reuerti ad suam nām: q2 non denudatur a sua forma specifica: sed qñ separatur a sanguine colera absoluta in continenti expellitur a natura. Et si separatur a sanguine res que habeat possibilitatem recipiendi digestionē nutrirentur ex ea mēbra ēt nō est possibile in colera .s. pura vt recipiat aliq̄ȝ digestionē: q2 nō est possibile illi rei q̄ transiuit terminū decoctionis: vt reuertat̄ ad terminū decoctionis: sicut non est possibile vt reuertatur assum ad elixum: neq̄ in ea est ēt aliqua pars ex qua possint membra nutriri aliquo modo. Et subdit. dico hoc de naturali. ēt si sic est de naturali q̄ȝto plus de non naturali. ¶ Dixit Ysaac tantū est odium quod na hȝ cū colera prasina ⁊ eruginosa ꝙ nō patit̄ eius malitiā in venis. Et qȯ dixit Gal. in commento pronosticorum ꝙ talis colera stat in venis intelligitur q̄ȝtum ad eius generationē: sed ilico expellit̄ ad stomacum vel ad cutem. Et similiter ēt voluit Constantinus in pantegni. ¶ Et propter dicta multi auctorum non fecerunt mentionē de febre facta a colā prassina nec eruginosa de quorum numero fuerunt Ypo. Gal. Sera. Hal. Aui. Ras. ⁊ alij q̄ȝ plures. immo dicunt quidā non solum feb. sed nec aliqua egritudo pōt ex illis colericis fieri: q2 sm Auer. 7° colli. huiusmodi colere ⁊ precipue eruginose naturam sapiunt veneni. vnde cum contra naturam talis colera insurgit natura si preualet ilico eam vomitu expellit ꝓp sensum sue intense lesionis quā facit in stomacū ꝓp suā horribilē ⁊ pessimā qualitatē quā hȝ. aui. tñ 1° p° innuit ꝙ ex colera prassina possit febris causari cū dixit ꝙ corp⁹ putrefit cā humoris colerici prassini qȯ max° euenit cū putrefit. si ergo putrefit pōt febrē facē putridā. Gal. ēt hoc innuit de eruginosa cū 12° terap. in exēplū adduxit iuuenē febriētē q̄ euomit humorē eruginosū: i tm̄: vt melius foret ipsū dicē certissimā eruginē q̄ȝ humorē: q2 ossariā similabatur erugini eris i quo vomitu passus ē ille spasmū: sȝ tñ humore illo eruginoso purgato cessauit febris ⁊ spasm⁹: ⁊ sic ille iuuenis euasit. Zoar quoq̄ expsse voluit de dictis colericis posse fieri febrē putridā cū dixit: febris q̄ fit de gñe transitionis febris effimere ad febrē colericā si fuerit de genere

Colā non pura ē multiplex.

Colere melle gnātio vnitē difficilis ex multa siccitate substantiarum.

Colā pura non pōt gñare sed. ꝯtinuam ⁊ sm alios quo⁊ neq̄ putridam omnino.

Utrum ex colera prassina ⁊ eruginosa possit fieri feb.

prassine aut eruginose habebit accñtia magis fraudulēta
ꝛ vix poterit euadere ō ea:ꝛ si euaserit diu eger ꝑmanebit.
Auer.ēt.4° col.dixit peior specierꝫ causonis est illa que fit
ex colera ɕinaria vel prassina:ꝛ illius paroxismus lōgus ē
ꝑꝑ inobediētiā eius ad digōnē recipiendā:ēt in septio eius
dē dixit:si febris tertiana nō fuerit ex colera pura:sed erit
ex vitellina vel prassina vel eruginosa non euadet hec a pe
riculo magno:ꝛ maxime si fuerit prassina vel eruginosa.
¶ Quidā dicūt ex colera eruginosa febrem fieri nō posse
ꝑꝑ cām assignatā:ex prassina autē fieri concedūt:q2 nō sic
maligne nature neqꝫ tantū nature odiosa nec soluꝫ in sto
maco generaᷓ:sed ēt in venis : ꝛ cum non sit vehementer
exiccata sicut eruginosa pōt recipere putrefactionē. Et cō
ciliator dixit se vidisse febrē de colera prassina in quodam
iuuene calide ꝛ siccissime cōplexionis:cū accidētibus illis
s.calore vehementi interius:ꝛ siti ꝛ extremitatū frigidita
te:ꝛ sincopibus aliqñ:ꝛ affligebaᷓ per tertiū. 4° autē die
fluxu vētris largissimo supueniēte colere prassine aquose
febris cessauit. In cuius ēt fluxus restrictione laboratum
fuit ꝑꝑ virtutē:ꝛ tñ hic deinceps inappetibilis factus:ꝛ
nihil sumēs circa septimam abinde tabefactus expirauit.
¶ Alij vero dicūt q̄ ēt ex eruginosa pōt cāri febris:sꝫ illa
semꝑ est mortalis. Et exponunt dictū Isaac q̄ ex ea nō fit
febris.s.salubris recipiēs curationem. ¶ Cōtineᷓ aūt hu
mor colericus faciēs febrē. Dixit Zoar aut in venis oībus
aut in aliqbus eaꝝ aut in aliquo vasoꝝ siue in aliqua ki
stiū in qbus humores cōgregati sunt:ꝛ hic humor : vt in
plurib⁹ cū facit ɔtinuā est peioris dispōnis:ꝛ maioris ma
litie q̄ꝫ faciēs interpolatā:sꝫ raro in qbusdā possit cōtinge
re oppositū nō.n.semꝑ prauitas humoris est cā q̄ non ex
pellaᷓ ad extra venas:sed pōt illud cōtingere ex alijs cau
sis:vt ei⁹ multitudine aut magna ꝑmixtione ei⁹ cū humo
ribus alijs:ꝛ nō pōt nā eū separe ab illis:aut virtutis de
bilitate aut sensus obtusione:vñ nō percipit lesionē eius.
¶ Dixit. G.2° de diffe.fe.tertiane.i.febres colerice sepius
in corpib⁹ existūt colerice cōplexionis nā.sup. aut ex tpe.
Et in etate eoꝝ q sunt in statu q̄ est oium etatū colere ge
neratiua. Et febris colerica multiplicaᷓ in estate:sic Ipo.
dixit 3° afo.estate vero causon ꝛ feb.tertiane plurime:in
telligēdo:sicut Gal.dixit 2° de crisi.de estate seruāte nām
suā. Vñ ipse 2° de dif.feb.ait.tertiana sepius existit i hora
estiua maxie ꝫm quaꝫ hic talis dñaᷓ humor:ita vero ꝛ in
calidis:ꝛ siccis ɔplōne regionib⁹:ꝛ ɔstōne cōtinētis tali.
Et post estatē magis accidit in ꝑn° autūni. ¶ Et dixit.ter
tiana sepius accidit in vita nō in delicia ꝛ pigritia ꝗplio
ri:sed in laborib⁹ ꝛ sollicitudinibus ꝛ vigilijs ꝛ estibus ꝛ
cibis paucis ꝛ his calis ꝛ siccis. Ex his enim multiplicaᷓ
colera in corpib⁹. Et subdit:sed ꝛ calefaciētiū ꝛ desiccātiū
farmacoꝝ imoderatiori vsu facilis est gñatio tertianaꝝ fe
briū. Et silr Serap.ꝛ alij dixerūt. Et Zoar dixit:q̄ vix po
test cōtingere nisi iuuenibus calide cōplexionis in estate.
¶ Gor.aūt dixit:q̄ feb.tertiana pura magis in fridis ge
neraᷓ regionib⁹:q2 in illis nō est agēs colerā inālē saltē ꝑ
adustionē:sed tertiana nota magis in calidis fit regionib⁹
cū eius mā ab agēte inālī generetᷓ. Et nō cōparauit Gor.
in dictis vbis regionē calidā ad fridā:q2 voluerit q̄ plu
res tertiane pure generenᷓ in frida regione q̄ꝫ in calida:q2
hō esset ɔ intentionē dictoꝝ auctoꝝ:sꝫ cōparauit euētū ter
tiane pure ad euētū nō pure in vna regione:vt in frigida.
Et dixit:q̄ in frida plures sunt tertiane pure q̄ꝫ nō pure:
ꝛ ecōtra in calida regione. vtreqꝫ tñ tertiane idest pura:ꝛ
nō pura plures fiūt in regione calida q̄ꝫ in frida : tertiana
tñ estiua ꝛ pura ꝛ nō pura breuior ē hyemali:ꝛ alus alio
rū tēpoꝝ anni.nam lꝫ tps hiemis magis cōtrarietᷓ colere
ꝛ generationi eius q̄ꝫ estas.estiua tñ breuior est:q2 plus fa
cit ad abbreuiationē facilitas resolutionis humoris cole
rici in estate q̄ꝫ ɔrietas qualitatis hyemis. ¶ Ex supradi

Colic⁹ hu mor faci ens fe. in quo loco cōtineaᷓ.

Tertiane fe. in q̄⁹ ɔplon⁹ etatib⁹: ꝛ tpibus an ni magis fiunt.

ctis satis pꝫ:q̄ cāe pmitiue mouētes antecedētes febriū
colericaꝝ sunt labor sollicitudo ira furor estus ieiunium
siue tolerātia famis ꝛ sitis:vigilie:cibi:ꝛ potus cali ꝛ sicci
ꝛ farmaca silia:vt in precedētibus patuit. ¶ Febres cole
rice sunt de genere acutaꝝ ꝛ specialiter causon:ꝛ post euꝫ
tertiana cōtinua:ꝛ post euꝫ ꝫm quēdā modū acuitatis est
tertiana pura:ꝛ tertiana etiā nō pura periodica ꝫm quē
dam spālem modū acuitatis:tertiana autē nota maxime
periodica aliqñ non seruat morē acuitatis febrium.

¶ De specialibus signis febris colerice absolute ꝛ ter tiane
periodice. Cap.alj.

FEbres colericas antecedūt quādoqꝫ si
gna que sunt sensatio puncturaꝝ
in corpore:ꝛ etiā in dorso maxime ꝛ somni di
minutio:ꝛ aliquādo vigilia:ꝛ defectio appe
titus ꝛ aliquādo morsio ꝛ ardor in ore stoma
ci:ꝛ acuitas sensata in egestione ꝛ vrina apud exitū eaꝝ:ꝛ
aliqñ dextri timporis dolor. ¶ Signoꝝ aūt gñis harū fe
briū colericaꝝ alia sunt cōia:ꝛ alia pticularia. Et cōia po
nunᷓ esse.xj.que sunt sitis angustia ingetudo impatientia
alienatio nausea amaritudo oris siccitas labiorum scissio
eoꝝ dolor capitis:ꝛ siccitas vētris ꝫm plim. Dixit Aui.si
tis vehemētia ꝑꝑ exiccationē oris stōi:angustia ingetudo
ipatiētia ꝑꝑ acuitatē ꝛ inflāmationē colere stimulantē ve
hemēter nām. Unde Auenzoar ait:ipossibile est hanc fe
brē esse nisi cuꝫ manifesto acumine:ꝛ forti inflāmatione ꝛ
siti pfecta. Et subdit Aui. De signis est alienatio ꝑꝑ motū
colere sursum ad cerebrū ꝛ nausea amaritudo oris ꝑꝑ mo
tum colere ad os stomaci:ꝛ siccitas labioꝝ.sup. ꝛ lingue
ꝛ oium ptiū oris:sed maxime labioꝝ:q2 colera faciliter re
cipitᷓ i labijs cū sint partes oris magis extreme:ꝛ sint car
nose. Et ꝑꝑ hanc cāꝫ accidit in eis scissio labioꝝ. Et scissio
labioꝝ est signū multuꝫ ɔforme febribus colericis:ꝛ per
scissionē hanc intellige vesicationē excoriationē vel vlcera
tionē labioꝝ. Et dixit:dolores capitis multiplicanᷓ i eis:
q2 colera leuigans faciliter leuigat ad ipm:ꝛ precipue ad
dextrā partē eius:ꝛ in ea causat dolorē. Et dixit:nā idest
vēter est in pluribus eoꝝ ad siccitatē declinis.i. stipticus:
q2 motus colere non est ad intestina : sed aut ad superiora
aut ad extrema:idest ad cutē:ꝛ cuꝫ his in his febribus ꝑꝑ
multā inflāmationē exiccanᷓ feces ꝛ viscera. Et predicta
qdē signa q̄ꝫuis plura i tertiana periodica repianᷓ sunt tñ
magis familiaria tertianis ɔtinuis q̄ꝫ iterpolatis. ¶ Am
plius in ꝑ° distinctione huius tractat⁹ supra posita sunt si
gna ꝓpria feb.colice in genere. ¶ Nūc aūt dicendū est q̄
signa tertiane piodice absolute.s.tam pure q̄ꝫ non pure:vt
sparsim colligitᷓ ab auctorib⁹ sunt numero quinqꝫ vel sex.
¶ Primū est rigor eueniēs in principio paroxismi eius d̄
quo dixit Gal.scdo de diff.feb. tertiana periodica incipit
cū rigore. Et dixit scdo de crisi:q̄ rigor qui appet in tertia
na est:q2 cutis sentit ac si esset aculeis plena ꝛ pūgaᷓ:ꝛ est
rigor fortis. Et Serap.dixit. Febris tertiana ex mā ext ve
nas incipit cū tremore difficili:ꝛ tremor eius est silis pun
ctioni acuū q̄ pūgūt corpus aut silis pūctioni aq̄ bulliētis
fuse subito sup corp⁹. vñ horripilaᷓ. Et assignās cāꝫ dixit
q2 cola citrina ē subtiliū ptiū igneaꝝ ꝛ est aduēr⁹ ei⁹ vsus
id qd̄ appet de corpe:cū q̄ cadit sup mēbra sensibilia mor
det ea quare submergitᷓ calitas nālis vsus ꝓfundū:q̄re fit
tūc tremor ꝑꝑ friditatē mēbroꝝ extrinsecoꝝ ꝛ mordacita
tē mēbroꝝ sensibiliū. ¶ Et Ras.dixit in diuisiōib⁹.h. fe.
icipit cū horripilōne sili pūcture acus:ꝛ nō ꝓlōgaᷓ spatiū
horripilōnis:ꝛ nō cōcutiunᷓ in ea dētes:ꝛ nō ē frig⁹ in eo
dstans.imo ē frig⁹ ad calefactionē declinās.s. re⁹ frigoris
aliaꝝ iterpolataꝝ. vñ Alm.dix.hui⁹ feb.ꝑn^m cū forti ē ri
gore ꝛ pauco frigore sic ē dispō pedis cū obstupescit:sꝫ nō
ꝓlōgaᷓ diu spatiū rigoris sic in alijs feb. Et Hal.dixit.est
cum forti rigore sicut cuspis acus pungibilis:ꝛ Uia.dixit.

Signa cō munia vel decem.

Signa ter tiane pio dice.

q̄ꝛ de humoꝛibꝰ eſt colericis acutis: neceſſe eſt: vt rigoꝛ ſeq̄t
nimiꝰ ſicut pūctura acus vel ſpine. ¶ Aui. vō ſupradictoꝝ
collectoꝛ ait paroxiſmꝰ tertiane icipit in p̄mis aut .i. certe vel
aut ꝓ ⁊ cū hoꝛripilatione ⁊ pūctura. deīn ifrıdat: ⁊ iſta di/
ctio. deīde pōt 2ᵒ itroduci. vno mō ꝙ nō dicat ↄtinuitatē tē
poꝛis: ſʒ caliṫaṫ: vt velit ꝙ ſil' ⁊ ſel' ſit pūctura ⁊ frigꝰ ita ꝙ
eodē tp̄e eger ꝑcipiat pūcturā ⁊ frigꝰ. Et h̄ poſſ' ē: vt patuit
ī .ca° de tipis. q̄ſi dixerit Aui. icipit cū hoꝛripilatiōe ⁊ cuʒ
frigoꝛe. Uerūtn̄ infridatio accit: q̄ꝛ pūgit' ad quā pūctionē
reuocat' caloꝛ iterꝰ ⁊ frigꝰ ſeq̄t'. alio mō vt ly. deinde. dicat
ↄtinuitatē tp̄is: ⁊ nō ſolū calitatis: q̄ſi dixerit ꝙ p̄us incipit
cū hoꝛripilatiōe: ⁊ poſtea ſubſequēter ſupueniat ifridatioꝛ
⁊ vtroq̄ʒ mō de fcō iuenit' accidē: ⁊ ſubdit Aui. ⁊ icipit face
re rigoꝛē difficilē .ſ. poſt hoꝛripilationē ⁊ frigꝰ ſi ſil' hoꝛri/
pilatio ⁊ frigꝰ iuaſerint: vel poſt frigꝰ ſi ſubſequēter accidit
hoꝛripilatiō: ⁊ ē eiꝰ rigoꝛ difficil' valde difficilioꝛ rigoꝛibꝰ
aliaꝝ febriū. ⁊ rigoꝛ iſte. dix̄ Aui. nō ē ꝓfundus .ſ. q̄ʒ ıuʒ ad
ptē eiꝰ q̄ ē frigꝰ: q̄ꝛ i rigoꝛe fcō ab hūoꝛibꝰ calīs: vt .ū. mon
ſtratū ē accit caloꝛ in itriſecioꝛ: ſʒ ſentiat' friditas circa ſup/
ficiē: ſʒ q̄ztū ad motū ↄcuſſiuū rigoꝛ ē foꝛtis: ⁊ iō dix̄ Aui.
aut ſup. nō ē cū pauco rigoꝛe. Inuenit' āt h̄ alia lr̄a q̄ dicit:
facit rigoꝛē difficilē valde difficilioꝛē aliīs q̄ztū ad motū cō
cuſſiuū: ⁊ ſeq̄t' nō fridū aut cū pauco frigoꝛe: ⁊ itellexit nō
fridū poſitiue: q̄ꝛ nō ē frigꝰ eiꝰ niſi ꝓꝑ ꝓfundationē caliṫaṫ
ad interioꝛa: ⁊ vtroq̄ʒ mō hʒ v̄itatē. Et ſubdit Aui. inuenit
ſiē pūctiōes acuū: ⁊ h̄ addidit vt oñderet ꝙ nō ſolū in p̄ncᵒ
cū icipit hoꝛripl'o ꝑcipit eger has pūctiōes: ſʒ ēt in ꝓceſſu
q̄ñ riget. Et iteꝝ ſubdit ꝙ hic rigoꝛ cū vehemētia ſua .i. ſua
itēſiōe ē velocis ſedatiōis: q̄ꝛ .ſ. q̄zuis ſit intēſiue magnꝰ: nō
tn̄ extēſiue: ſʒ paꝝ durat ꝓꝑ feſtinū motū colere: ⁊ eiꝰ ſubti
litatē. Et ſubiūxit: ꝙ rigoꝛ tertiane in p̄mis diebꝰ eſt foꝛtioꝛ
⁊ vehemētioꝛ: ⁊ ſic voluit ꝙ in p̄ncᵒ vō rigoꝛ ſit intēſioꝛ q̄ʒ
in augmēto ⁊ ſtatu: ⁊ intellexit de rigoꝛe pꝛo motu cōcuſſi
uo: nā mā colerica i p̄nᵒ ē ſubtilioꝛ ⁊ ſic mobilioꝛ: in ꝓceſſu
vō ꝑ digēnē igroſſat'. Et iteꝝ dixit: rigoꝛ i ſui p̄nᵒ incipit cū
foꝛtitudie: deīde minuit' paulatiʒ: ita ꝙ cū icipit rigoꝛ i pa/
roxiſmo icipit cū vehemētia: deīde paulatiʒ ſedat' tn̄ velo/
citer minuit' .i. icipit minui. Dix̄ Ioar. Foꝛtē hʒ rigoꝛē: q̄ꝛ
hūoꝛ colericꝰ moꝛdicatiuus vadit ad mēbꝛa puri ſenſus: ⁊
accit illud ſicut accidit cū effuſa erit ſup aliquē aq̄ calīa re/
pēte: q̄ñ ſtatiʒ arripit cū rigoꝛ velut hn̄ti vlcus ꝙ ſi cōpri/
mat' ab aliq̄ ſtatiʒ ſentit foꝛtē rigoꝛē. Et Auer. dix̄: ꝙ tipꝰ
ē foꝛtis pūgitiuꝰ. ¶ Scōʒ ſignū eſt calitas inflāmās coꝛpꝰ
de q̄ dix̄ Gal. 2ᵒ de dif. fe. tertiana ē cauſonidis .i. eſtuoſa ex
acuitate colere moleſtāte ifirmū. Et dix̄ 2ᵒ de criſi. Accidūt
in hac febꝛe ſitis: ⁊ iflāmatio: ſʒ nō moꝛant' niſi paꝝ donec
veniat ſtatꝰ eiꝰ. Attn̄ vt nō crederes calitatē huiꝰ fe. calitati
cauſonis eē ſilē: ſubdit 2ᵒ de dif. fe. q̄ñ ponis manū tuā ſu
per coꝛpꝰ patiētis obuiat tibi cū ipſo calitas multe acuita/
tis: q̄ꝛ ipſa eleuat' cū vapoꝛe. deīde ipſa nō moꝛat' q̄n debili
tet': ⁊ vīcat eā manꝰ tua: ⁊ nō ē ſic calitas feb. adurētis ma/
ligne: nā i illa febꝛe cū ponis manū tuā ſup ipʒ ē acutioꝛ ⁊
magis ledēs manū ⁊ malignioꝛ. Et dixit iteꝝ 2ᵒ de criſi: ꝙ
eger iuenit calitatē i toto coꝛpe ſpſaʒ cū eq̄litate: ⁊ nō iuenit
in pectoꝛe ſupfluitatē caliṫaṫ ſup̄ extrema ſicut in cauſone.
Et de h̄ ſigno. dixit Almā. coꝛpꝰ caleſcit adeo vehemēter: vt
ſi coꝛpꝰ egri tāgat' manꝰ moꝛdicationē ſentit caloꝛis. Et Ha
ly. dixit. caloꝛ ē in tactu foꝛt' ⁊ acutꝰ atq̄ʒ pūgitiuꝰ. ¶ Aui.
aūt p̄dicta colligēs de h̄ ſigno ait. tertiane calitas ē ſaluioꝛ
calitate cauſonis: ⁊ q̄zto plus coꝛpꝰ tāgit': nō addit' inflā/
matio. imo q̄ñq̄ʒ minuit' inflāmatio eiꝰ: ſed in cauſone ad/
dit' inflāmatio: qd̄ ideo ↄtigit: q̄ꝛ cauſonis calitas eſt in in/
terioꝛibꝰ magis: ⁊ eſt multoꝝ vapoꝝ q̄s manꝰ repꝛimere nō
p̄t: ſed tertiane vapoꝛ ē minoꝛ: ⁊ eſt magis in exterioꝛibus.
Et notanter Aui. dixit. ꝙ minuit' q̄ñq̄ʒ: q̄ꝛ aliq̄ñ repit' aliq̄
tertiana in q̄ vapoꝛ eſt tātꝰ ꝙ nō repꝛimet' a manu: tn̄ ſi nō
minuit' nō addit'. ¶ 3ᵐ ſigᵐ eſt diuerſitas pulſus minoꝛ q̄ʒ
in aliīs iterpolaṫ de q̄ dixit. G. 2ᵒ de dif. feb. Signū putre/
factionis hūoꝛis qd̄ eſt ſm̄ pulſus .i. diuerſitas ſiue ineq̄li/
tas pulſus q̄ ꝓcedit in pulſu a mā q̄ putreſcit grauāte nām
q̄cūq̄ʒ ſit iſta diuerſitas de diuerſitatibꝰ dicēdis in capᵒ pul
ſus diuerſi magis manifeſtū eſt inuadēte paroxiſmo .i. in p̄nᵒ
paroxiſmi: ⁊ multo magis aſcēdēte in ſtatū. In h̄ .n. ſtatu mi
nus q̄ʒ ſm̄ aſcēſionē .i. augmētū ⁊ multo minus in declōne
ita ꝙ voluit ꝙ diuerſitas pulſus ſit maioꝛ in p̄ncᵒ paroxiſmi
q̄ʒ in augmēto eiꝰ: ⁊ in augmēto maioꝛ q̄ʒ in ſtatu: ⁊ in ſta
tu q̄ʒ in declōne. Sera. āt dixit. pulſus in p̄nᵒ p̄uus q̄ñ cali
ditas nō expādit' adhuc ſup coꝛpꝰ: cū ḡ eſt ſtatꝰ tūc eſt ma/
gnus velox ↄſecutiuꝰ: ⁊ nō ē in eo diuerſitas niſi diuerſitas
febꝛis q̄ñ nō eſt mā q̄ ledat nām. ¶ Et dixit Hal. Pulſus
in initio paroxiſmi eſt p̄uus defectꝰ ⁊ rarus: ſʒ tn̄ nō ꝑmanet
ſic niſi paꝝ tp̄e: mutat' in magnitudie ⁊ diuerſitate: ⁊ ma
gnitudo ē ꝓꝑ magnā neceſſitatē refrigerādi caloꝛē: ⁊ virtꝰ
eſt foꝛtis: q̄ꝛ colera leuis eſt nō grauās eā. diuerſitas aūt q̄
febꝛi ꝓpꝛia eſt q̄ ex putredine eſt. ¶ Dixit Alm. in ſtatu hu
ius febꝛis repit' pulſus magnꝰ: ⁊ velox ⁊ frequēs: ſʒ tn̄ eq̄/
lis. Et Raſ. dix̄ i diuiſionibꝰ. manifeſtat' pulſus ⁊ handitꝰ
ēt velox ſit valde frequēs. ¶ Aui. vō d̄ h̄ ſigno ait. Pulſus
eiꝰ nō eſt eq̄lis ↄſtrictionis ⁊ dilatationis: q̄ñ hūoꝛ debili/
tat eā .ſ. virtutē .ſ. ꝑ viā aggrauationis: ⁊ addit diuerſitateʒ
apd̄ ſtatū. In h̄ dicto vi ↄdicere Gal. q vt .ſ. dixit. ꝙ diuerſi
tas ē maioꝛ in p̄nᵒ: ⁊ ſic ē veritas: q̄ꝛ eo tp̄e mā magis gra/
uat virtutē: ⁊ i eo caloꝛ nālis plus ſuffocat' ſub hūoꝛe. vñ
eo tp̄e q̄ſi intrāſpiratꝰ ſtat: vt ſit tūc pulſus ſicut dixit Ha.
p̄uus defectꝰ ⁊ rarꝰ. Et q̄zto plus ꝓcedit' v̄ſus ſtatū minuſ
ſuffocat': ita ꝙ in ſtatu minus grauat': ⁊ iō diuerſitas mino
rat' in eo: ⁊ nō addit': q̄ꝓꝑ exponēda eſt lr̄a Aui. Adde di/
uerſitatē apud ſtatū .ſ. p̄ncipiī: q̄ꝛ in fine p̄ncipiī: nā in eo tē
poꝛe diuerſitas ſm̄ rei veritatē eſt maioꝛ q̄ʒ in p̄nᵒ p̄ncipiī:
in q̄ caloꝛ nō adhuc totalr̄ reuocat' nō ſic ſuffocat' ſub mā:
ſʒ in ꝓceſſu p̄ncipii ſic. Et in eo ēt tp̄e nā ſtat magis occu/
pata circa mām. Quidā aūt alr̄ ſedāt hāc diſcoꝛdiā dicen/
tes ꝙ diuerſitas cāta ꝑ actionē māe in nām grauando eaʒ
in ſtatu eſt minoꝛ q̄ʒ in p̄nᵒ: ⁊ q̄ʒ in augmēto: vt dixit Gal.
ſed diuerſitas cāta ꝑ viā reſolutionis virtutis eſt maioꝛ in
ſtatu q̄ʒ in p̄nᵒ. vt dixit Aui. Et dicunt ꝙ q̄zuis in declōne
virtus ſit magis reſoluta q̄ʒ in ſtatu: non tn̄ in ea eſt diuer/
ſitas maioꝛ: q̄ꝛ nō eſt ↄiuncta intenſo caloꝛi ſicut in ſtatu. Et
ſunt aliī dicētes in augmēto maioꝛē eē diuerſitatē ꝑ viem
aggrauationis q̄ʒ in p̄nᵒ: q̄ꝛ caloꝛ in p̄nᵒ ſtat eodē mō: ſʒ in
augmēto ſtat inequalr̄ partiʒ ſuffocatꝰ: ⁊ ꝑtiʒ expāſus. Et
foꝛtaſſe diſtinguēdo de diuerſitate: vt ſupius aliq̄ eſt maioꝛ
in p̄nᵒ: ⁊ aliq̄ in augmēto Gal. tn̄ ex mō loquendi ſui vr̄ vo
luiſſe ꝙ ſit maioꝛ in augmēto cū dixit: ⁊ multo magis aſcē
dēte in ſtatū: hec tn̄ diuerſitas nō eſt multa nec magna re/
ſpectu aliaꝝ putridaꝝ. Uñ Auic. ſubdit diuerſitas in eo .ſ.
patiēte tertianā eſt ſub ea q̄ eſt in aliīs febꝛibꝰ humoꝛoſis.
Et eſt dixit ipſe minoꝛ ea q̄ eſt cū duritie .ſ. pulſus patiētis
tertianā ꝓꝑ ſiccitatē colere: imo non eſt in eo diuerſitas ſm̄
plin niſi diuerſitas ꝓpꝛia cū febꝛe: vt etiaʒ dixerūt Sera. ⁊
Hal. ita ꝙ nō eſt in ea diuerſitas niſi illa: ⁊ tāta quātā: ⁊ q̄ʒ
a fe. putrida ipoſſ' eſt abſolui inquātū putrida ē ſolū ergo
hʒ diuerſitatē debitā fieri putride: vt putrida eſt: ⁊ nō eam
q̄ ꝓcedit ex nā hūoꝛis grauātis ſicut in aliīs ↄtingit putri
dis: q̄ñ cola eſt leuis nō augēs diuerſitatē cātā ex putredi
ne ſicut flā ⁊ melā augēt in ſuis febꝛibꝰ. Et addidit Aui. ⁊
niſi diuerſitas ꝓpꝛia cū aliīs .ſ. moꝛbis vel accidētibꝰ ex q/
bus cōtingit pulſuʒ diuerſum fieri cū quibus tertiana illa
eēt cōplicata: nā ſi eēt cōiūcta accñti alicui: vt doloꝛi ſtoma
ci faciēti diuerſitatē in pulſu: tūc repiret' magna diuerſitas
in pulſu nō ꝓꝑ febꝛē tertianā: ſed ꝓpter accidens illud. Et
rurſus ſubdit Aui. Eius diuerſitas non eſt multū ſupflua
.ſ. in p̄ncipio ⁊ augmēto in q̄bus dixerat Gal. eā maioꝛē eē
⁊ de q̄bus. A. ante hoc v̄bū loquutꝰ fuerat: ⁊ nō dixit hoc

cōparando eā ad statū ⁊ declōnē ipsius ꝑoxismi: q̄ꝛ imo est: vt sic multū sup̄flua: sed dixit illō cōparādo pn^{m} ⁊ aug^{m} ter/
tiane ad pn^{m} ⁊ aug^{m} aliaꝝ febriū putridaꝝ: qō fuit idē ei
qō dixerat de signis fe.putri.in gn̄ali. Dixit.n.ibi q̄ diuersi/
tas in pulsu in pn° ⁊ aug° est de ꝓprietatibus febris putri/
de: ⁊ de signis ei^{9} fortibus q̄uis nō appeat in tertiana plīm
ꝓp leuitatē māe. Et dixit. A. pulsus in tertiana est fortior q̄
in alijs febribus putridis: ⁊ est velox acutus.i.frequēs. Di
xit.n. Gal. p^{a} ad glau. q̄ tertiana pulsus facit magnos for/
tes veloces: ⁊ spissos absq̄ q̄libet inequalitate p̄ter febrilē:
sicut.n.vt.d̄. dixit Rasis ⁊ vt ostēderet in quo tp̄e est velox
⁊ frequēs assumpsit verbū Alman. suprapositū. Et dixit.
In principio ꝑoxismi est necessariū: vt coarctet̄ pulsus. vsq̄
ad horā dilatationis febris.i.expāsionis caloris: ⁊ tūc con
fortat̄.i.velocitat̄: ⁊ fit velox ⁊ frequēs. ¶ Dixit Auer. pul
sus in p̄ncipio huius fe. est puus rarus ⁊ debilis ꝓp humo
rē qui calorē obruit nālē: ⁊ ꝓpea refrigerat̄ corpus in p̄nci
pio ꝑoxismoꝝ: eo q̄ calor nālis ab hūore opprimit̄ putri/
do. Et qn̄ calor extraneus gn̄at̄ in humore putrido nāli ca
lori admiscet̄: ⁊ tūc crescit: ⁊ per totū corpus augmentat̄: ⁊
per h̄ pulsus non remanet in eodē statu: sed ꝓp caloris cre/
mentū crescit ⁊ fortificat̄. ¶ Dixit Ga. in pn° ꝑoxismi pul/
sus est puus ⁊ ꝓfundus ⁊ debilis: ⁊ in augmēto addit ma/
gnitudinē fortitudinem ⁊ velocitatē ⁊ frequentiam: sed nō
addit aliquo mō inequalitatē vel inordinationē nec in vna
ꝑcussione nec in plībus nec recedit hic pulsus multū a pul/
su sani q̄ multū cucurrit. Et differt hic pulsus a flātice pulsu
per ordinationē ⁊ eq̄litatē que nō sunt in pulsu flegmatice.
¶ Quartū signū est sumptū ab accidētibus.s. cōibus que
sunt signa gn̄is colicaꝝ de q̄bus dictū est.s̄. in p̄ncipio hu/
ius capl̄i. Dixit Aui. accn̄tia que accidunt in tertiana sunt
vigilie sine grauitate capitis nisi in q̄busdā nō puris: vt ap
parebit ⁊ sitis ⁊ furor ⁊ odiū loquutiōis: ⁊ amor solitudi/
nis alr̄ sollicitudinis. ⁊ odiū qdē loquutionis accit eis: q̄ꝛ si
ipsi loquunt̄ calefiūt: ⁊ si alij loquunt̄ eis: ledit̄ auditus eo/
rū: eo q̄ in eis est siccus acutus quē ois sonus ꝑcutit: ⁊ cau
sat in eo tristitiā. vn̄ solitudinē amant. Si litera dicit amor
sollicitudinis verificat̄ in q̄busdā: qui dū patiunt̄ tertianā
maxie attendūt circa familie curā ⁊ negociationis. Et sub/
dit Aui. multotiēs sentit patiens tertianā ebulitionē apud
epar. Dixit.n. Serap. q̄ sentiunt in epatibus coꝝ aliquid
ebulitiōis caliditatis ⁊ feruoris. Et Viati. dixit: q̄ꝛ sepe in
epate hn̄t puncturā ꝓp acuitatē ⁊ ebulitionē colere in felle.
¶ Quintū signū est sumptū ab vrina de quo dixit Gal. p^{a}
ad glau. In tertianis vrine sunt rubee.s. clare aut subignee.
idest citrine vel subcitrine propter caliditatē: ⁊ est subtilis
propter siccitatem vel saltem non est grossa sed mediocris.
¶ Sextū signū sumit̄ a determinatione: ⁊ exitu ipsius fe/
bris tertiane. de quo dixit Gal. 2° de diffe.fe. Ista febris sol
uitur aut vomitibus colicis aut egestionibus colicis aut su
doribus: ⁊ q̄nq̄ vno istoꝝ: ⁊ q̄nq̄ pluribus. Et in scd̄o de
crisi dixit: q̄nq̄ euomunt colerā citrinā ⁊ q̄nq̄ hn̄t fluxum
ventris colericū. Et p^{a} ad glau. dixit colere vomitus ꝓpriū
tertianaꝝ est signū. Et Hal. dixit hec febris est cū abolatio
ne ⁊ vomitu colere rubee: ⁊ nimio sudore: ⁊ q̄nq̄ succedit
egestio colē rubee. Et Almāsor dixit. Accidit in ea nausea
⁊ estuatio ⁊ vomitus colē rubee: ⁊ venter soluit̄ ⁊ egredit̄
colera citrina. ¶ Ait Viati. ꝓprius est huic febri vomitus
colericus: ⁊ egestio tincta: sed maxie in 3° aut 4° periodo:
q̄ꝛ tunc mā est magis digesta ⁊ habilior expulsioni cōiter
aūt oēs cōcordant in hoc q̄ ipsa finit̄ cū sudore. vn̄ Sera.
dixit: sequit̄ huius febris resolōnem sudoꝝ cū humor subti/
lis qui resoluit̄ peruenit ad sup̄ficiē cutis. Et Aui.d. sudor
multiplicat̄ in tertiana cū diminuit. ¶ Scire aūt opꝫ q̄ cū
colera expellit̄ ad extra venas aliqua pars inducit̄ ad stōm
cōmouens abominationē ⁊ vomitū in p̄ncipio ꝑoxismi: ⁊
aliqn̄ licet raro pars eius expellit̄ ad intestina: ⁊ accidit ex
ea egestio colerica in p̄ncipio paroxismi. Et fit vt aliqn̄ ta/
lis vomitus: ⁊ talis egestio antecedāt rigorē. Hoc tn̄ raro:
veꝝ qn̄ accidit est cā q̄ rigor minoret̄. ⁊ aliqn̄ sequit̄ rigo/
rem: ⁊ hoc est vtplm̄. Dixit Ga. scd̄o de crisi: antecedit eam
tremor: ⁊ sequit̄ vomitus colere rubee: ⁊ est cā q̄ breuiat̄
paroxismus. Aliqn̄ aūt in ꝓcessu ꝑoxismi: ⁊ ꝓpie in p̄nci/
pio declōnis eius aliqua portio colere exacuta in venis ex
caliditate ꝑoxismi expellit̄ ad stōm vl̄ intestina: ⁊ emittit̄ per
vomitū vel per secessum: ⁊ ambe p̄dicte euōnes siue in pn°
siue in ꝓcessu fiāt sunt cā q̄ minoret̄ vel breuiet̄ ꝑoxismus:
imo ēt ⁊ tota egritudo: nō intellexit aūt. G. vt qdā iā puta/
uerūt q̄ mā colica expansa ad mēbra sensibilia que est pro/
pria mā ꝑoxismi redeat ad stōm vel intestina: ⁊ expellat̄ vo
mitu vel egōne: q̄ꝛ ista mā resoluit̄ aut insensibilr̄ aut p̄ su/
dorē: sꝫ sepius p̄ sudorē: qm̄ vtplm̄ est exuberās: nā ista mā
est apta cōuerti in vapore ⁊ egredi in sudorē. Et q̄ꝛ solo per
sudorē est vera solō tertiane. iō Serap. ⁊ Auic. nō fecerunt
mētionē nisi de sudore. ¶ Dixit Isaac. q̄ in p^{a} accessione su
dor est paucus: q̄ꝛ mā eius non bn̄ digesta est: ⁊ q̄ꝛ calor fe/
brilis desiccat eā ⁊ cōuertit in fumū. cōuertit̄ aūt vapor co/
lere in sudorē sic: nā veniens ad cutē ibi a friditate cutis ⁊
aeris circūstantis aliqualr̄ condensat̄: ⁊ fit sudor. q̄uis.n.
tangēs nō inueniat friditatē in cute ⁊ aere: sed caliditatē: ni/
hilominus illa calitas respectu calitatis illius māe subtilia/
te ⁊ in vaporē cōuerse est remissa valde: ⁊ p̄e sui remissiōe
respectu illius pōt dici friditas. ¶ Per p̄dicta signa pōt sa/
piens medicus a pn° ꝑo^{mi} cognoscere ⁊ iudicare febrē esse
tertianā: nec est opus expectare diē 3^{m}: vt certificetur an sit
tertiana. Aliqn̄.n. est tertiana ꝑiodica vnius ꝑoxismi tm̄: ⁊
est vna: nec ex hoc q̄ nō hꝫ plēs paroxismos dꝫ dici febris
cōtinua: lꝫ ēt cōtinue toto tp̄e sue durabilitas afflixerit: q̄ꝛ
vt.d̄. ad esse cōtinue non solū req̄rit̄ cōtinuitas afflictiōis:
sed q̄ eius mā cōtineat̄ in venis: ⁊ ad esse interpolate nō re/
quirit̄ q̄ habeat plēs ꝑoxismos: ⁊ si est tertiana q̄ de 3° in
3^{m} moueat̄: sed q̄ sit de mā colerica putrefacta extra venas
cū alijs signis tertiane ꝓprius reditus aūt ꝑoxismi de 3° in
3^{m} accidit tertiane si ipsa fuerit simplex: pōt.n. aliq̄ feb. cō/
posita ꝑoxismare de 3° in 3^{m}. vt duplex q̄rtana: ⁊ iō aspice/
re solū ad motū de 3° in 3^{m} est signū fallax. Dixit.n. Aui. 4.
colli. circuitus tertiane est tertian^{9}: sed nō ꝯuertit̄: q̄ꝛ nō est
necc̄iū q̄ ois febris hn̄s circuitū hūc sit de colā: sed possibile est
vt sint due q̄rtane. Dixit ēt. si fuerit febris simplex: q̄ꝛ febris
cōposita de duplici tertiana faciet ꝑoxismū omni die: ⁊ tn̄
licet nō adsit circuitus in tertiū est tertiana: ⁊ feb. de colā.
¶ Amp̄. auctores p̄dictis signis duo alia addiderūt signa
que cōplēt certitudinē q̄ febris sit tertiana. Et p^{m} est sum/
ptū a rebus nālibus ⁊ nō nālibus.s. a dispōne patiētis: ⁊
maxime ēt aeris. vt.s. q̄ꝛ sit colicus iuuenis ⁊c̄. vt.d̄. ⁊ q̄ꝛ sit
de his q̄ sunt dispositi incurrere tertianā: ⁊ hactenus eā in/
currūt: ⁊ sit in ꝯstōne aeris faciente ad gn̄ationē tertiane.
¶ Et 2^{m} est sumptū a multitudine euentus tertiane in illo
tp̄e de quo signo. dixit Alman. Cum h̄ accn̄tia.i. signa aut
plura ex eis maxie potiora fuerint inuēta sciendū est eā esse
tertianā. q̄ si cōtingat eā in illa hora multis euenire absq̄
oi dubietate sciēdū est esse tertianā ac si vidisses eā vno die
infestare ⁊ alio q̄escere. Et isti dixit Hal. cū inuenis has si/
gnificationes aut plīmas iudicāda est vere q̄ sit tertiana: ⁊
maxime si huius feb. sit inuasio multoꝝ hoīum in eodē tp̄e
anni. ¶ Pro his ambobus signis. dixit Ga. 1° de dif.fe. lo
quens de tertiana pura. videamus. alš. iudicamus: ⁊ medē cer/
tissimā tertianā cū in cōpōne laborātis colici: ⁊ hora ⁊ re/
giōe ⁊ etate ⁊ ꝯsuetudie ⁊ dieta calā ⁊ sicca exn̄te acciderit.
Et 2° de crisi: dixit. tertiana pura idiget in gn̄atione sui tp̄e
calō ⁊ sicco estiuo: ⁊ q̄ etas sit etas iuuētutis: ⁊ vt qō dn̄at̄
corpi in nā sit colera: ⁊ hn̄s eam sit visus labore ⁊ sollicitu/
dine ⁊ vigilijs ⁊ minoratione cibi. Et subdit. si vis adde q̄
p̄ns hora iā attraxerit sup̄ plures hoīum febrē tertianam.

Tertiana 3 venit cum
p̄at po/
xismū nō
ꝑ hoc dī
cōtinua.

Duo si/
gna p̄di/
ctis addi/
ta.

¶ Et Aui. dixit. qñqꝫ signat eã etas: ꝛ ꝯsuetudo ꝛ regio ꝛ
āre ꝛ forma ꝛ tps ꝛ multitudo euēt⁹ tertiane in illa hora: ꝛ
dixit Auer. qñqꝫ signa ꝓpria signis cōib⁹ fortificant̄ hͦ est:
q: cōplo aer etas: ꝛ aliud regimē huic hūori cōpetit: ꝛ aer
huic hūori cōpatione hꝫ duobus modis. Uno ſm suū tps
nāle: vt est estas. Alio mō qñ egredit̄ a suo cursu nāli ad ca
liditatē ꝛ siccitatē: qꝫuis tps per suā nāim debeat esse fridū.

¶ De signis distinctiuis febrium colicarum purarꝫ ꝛ nō pu/
rarum: ꝛ de signis proprijs purarum. Cap. iiij.

Rimo videdū est quō differāt pdicte coli
ce febres. s. pura ꝛ nō pura ſm di/
cta sex signa. 1° ponēda sunt vtriusqꝫ signa ꝓ/
pria. ¶ Prio ḡ dōm est ꝙ vna distinguit̄ ab al
tera ꝑ ꝯctionē supradictoꝝ signoꝝ ſm intēsio
nē ꝛ remissionē eoꝝ ad vnā spēm: ꝛ nō ad aliā. ¶ Naqꝫ in
tertiana pura rigor ꝓ motu cōcussiuo est maior q̄ꝫ in nō pu
ra: sed rigor pro frigore est minor: ꝛ pro vtroqꝫ est breuior.
¶ Et pūcture in pura sunt plēs ꝛ fortiores siue acuti⁹ pun
gentes. ¶ Et calitas qdē est magis eq̄lis in pura ꝑ vniuer/
sum corpus. sed est magis acuta: ꝛ mordax q̄ꝫ in nō pura.
Et maxīe appet eius acuitas in supficie: ꝛ iō in pn° appōnis
man⁹ magis sentit̄ q̄ꝫ in nō pura: ꝛ cū tota sui acuitate in/
dicat tactus calitatē magis vaporosam: ꝛ per hͦ magis be/
nignā. Dixit Aui. pura est subtilis leuis. subtilis. i. acuta in
calore ad tactū: ꝛ est leuis caloris. i. benigni. ¶ Et pulsus
in pura est minoris diuersitatis q̄ꝫ in nō pura. Et Ga. dixit.
2° de crisi: ꝙ pulsus in pn° paroxismi pure: lꝫ sit cū dispōne: ꝛ
puitatis ꝛ raritatis ꝛ tarditatis ꝛ debilitatis: tñ raritas ꝛ
tarditas diminute sunt: ꝛ nō sit in paroxismis eius vē coar/
ctatio coarctata ꝯcta sicut in alijs: sed tarditas in tertiana
est ſm ꝓpinqtatē dispōnis: ſm quā est vnusqꝫqꝫ hoium cū
est ſm naturā: ꝛ inuenit̄ in ea pulsus eq̄lis ordinatus ſm per/
scrutationē: ꝛ illud est: q: nō inuenis in eo diuersitatē: neqꝫ
in pulsu vno siue motu ex motibus venaꝝ: neqꝫ in eo qͦd est
inter motus eius. i. inqete: q̄ꝫuis hͦ equalitas raro accidat
in febre putrida. imo sepe accidit: vt fiat inordinatus ꝛ di/
uersus ꝛ inequalis: neqꝫ forsitan inuenit̄ diuersitas in pn°
tertiane pure nisi in paucissimis casuꝫ: pōt. n. tertiana pura
fieri de cā leui: ꝛ pura cola ꝛ pauca ꝛ diuersitas in pulsu in
ea nō erit ad sensus notabilr apparēs. Et subdit. Ga. in aug°
velocitas pulsus est equalis nō intersecta: ꝛ puenit ad ma/
gnitudinēꝫ ēt: ꝛ vehementiā velociter: ꝛ silr puenit ad fre/
quentiā. Et tandē dixit: pulsus fit in ea silis illi qui est pul/
sus sani in dispōne exercitij aut qñ ingredit̄ balneū: naꝫ est
velox magnus fortis ꝛ frequēs siue ingens vehemēs cita/
tus ꝛ creber. ¶ Et accñtia de vigilijs ꝛ siti ꝛ furore ꝛ inqe
tudine ꝛ odio loquutionis ꝛ amore sollicitudinis in pura
sunt intēsiora: leuitas tñ capitis in ea est maior. ¶ Et vrina
dixit Gal. 2° de crisi. Si videris vrinā tendentē ad rubedinē
tinctā aut rubedinē clarā aut pro. i. q: idē color est: ꝛ vide/
ris eā spissitudinis eq̄lis. deinde videas eā nō morari qn in
ea veniat nubes alba natās in supremo aut ꝓcedens in me
dio eius: tūc ipsa est tertiana. s. pura. Et dixit ēt ibidē: ꝙ pa
tiēs mingit vrinā in qua cola est dñantior. s. q̄ꝫ in nō pura:
licet ēt in non pura sit dñantior: q̄ꝫ in alijs febribus. Dixit
Hal. Urina est ignei coloris putrida. i. signū putredis ostē/
dens. Et Alm. dixit. Urina in colore est ignita: sed tñ in sbā
nō est spissa: ꝛ hꝫ fetorē ꝛ malū odorē putrescibilē pp cole/
rā. Aui. dixit. Fit in ea vrina rubea tendēs ad igneā in qua
nō est multa grossitudo: imo sup. tu est sbtilis respectu alia
rū interpolataꝝ: qͦd ēt intellexit Ga'. cū dixit: ꝙ est sbe spis/
se equalis. Quidā tñ dicunt ꝙ sba vrine in tertiana pura
in se est subtilis: sꝫ in cōparatiōe ad vrinā causonidis est eq̄/
liter spissa: nā in causone vrina est subtilior. Et subdit Aui.
qñqꝫ appet nubes in 3° aut in 4° aut in 7° sup. ꝛ qñqꝫ in 2°
aut 5° aut 6°: sed expssit de illis: q: sunt indicatiui aut creti/
ci pcipue in tertiana pura. ꝛ ſm citū vel tardū euentū digō

nis siue appitiōis nubis albescit̄ lōgitudo ꝛ breuitas istius
feb. nā si a ꝑ die appuerit nō ptrāsit pxodū 3m. hͦ tñ raro cō/
tingit. Et si aliqñ euenit: nō erit eius euētus in pn° po°ti: sꝫ
in aug°. Et erit tunc illud augm pticulare po°ti ꝛ augm vle
morbi: ꝛ si paꝝ post eueniat illa nubes: ita ꝙ nō moret̄ ve/
nire. sꝫ sup. appeat in 2°: ꝛ tūc nō ptrāsit 4m pxodū. Et si ap/
paret in 3°: tūc ipsa eradicabūt in 5° aut 6°. Et si vrina fue/
rit vehemētius citrina: ꝛ nō appuerit in pmo pxodo nubes
neqꝫ natās neqꝫ pendēs: tūc ipsa ꝓlongabit̄ donec supue/
niāt ei septē pxodi: nā iste est termin⁹ lōgissimus eius: vt di/
cet̄. Dñt qdā ꝙ ꝑ appitionē signoꝝ digēnis in pͦ dic pt in/
telligi de tertiana vni⁹ solius po°ti: in q est pnm augm stat⁹: ꝛ
declinatio. In isto tñ nō appebit digō nisi i fine status: ꝛ nō
bñ pfecta: ꝛ p hͦ ab eſſ̄a differt: in q in pn° appet digō pfe/
cta. dixit Gil. Urina est subrussa rubea vl' subrubea: ꝛ est cū
tenuitate sbē. Et subdit. Ego tñ nullā in hac egritudine vri/
nā diffinio nisi cōparatiōe facta ad cōplōnē corpis. Accidit
. n. in corpe colico sano hñte epar calm vrina rubea vl' sub/
rubea: q in eo febriēte appebit rubicūdissima: ꝛ in valde fri
gidis na in qbus sanis vrina erit palida vl' subpalida in eo
febriēte appebit citrina. Diuersificat̄ ēt vrina ſm ꝙ aliq ꝑ/
ticularia in plus ꝛ min⁹ colorādo vrinā vel eius sbam subti
liādo vel ingrossando cōueniūt. Dñt qdā ꝙ vrina apparēs
ignea subtilis inferi⁹ clara supius obūbrata in iuuene coli/
co cū circūstātijs pticularib⁹ silibus tertianā verā ꝛ simpli
cē signat. ¶ Et sudor qdeꝫ in pura est exuberātior valde q̄ꝫ
in nō pura. ¶ Et vomitus ꝛ egestio in ea attestant̄ cole ru/
bee nāli: sed in nō pura attestant̄ magis cole innāli. Dixit
Gal. 2° de crisi: ꝙ sudor in pura est calīs vaporosus silis illi
quē hō emittit in balneo: ꝛ est eq̄lis in corpe toto. ¶ Et ter
tiana qdē pura aduenit i cōplōne colica vē ꝛ iuuētute: ꝛ in
viro plusqꝫ in femina: ꝛ in estate calā ꝛ sicca: ꝛ regiōe silr: ꝛ
dieta pcedēte calā ꝛ sicca: ꝛ toto regimine silr calefaciēte ꝛ
desiccante: ꝛ maxie in eo in q̄ cōsuetudo est euōis cole aut
deriuationis eius ad aliqͦd extremoꝝ: ꝛ postea sublata est
illa euō: ꝛ illa deriuatio: ꝛ maxime erit tertiana pura si illo
tpe ipsa apud plēs hoies multiplicet̄: nota autem non.

Sunt insuper ꝛ alia sig° tertiane pure ꝓpria per
que ipsa distinguit̄ a nō pura. De
quoꝝ pimo. dixit Gal. scōo de diffe. fe. longitudo paroxismi
huius febris q̄ꝫ maxima est horaꝝ equinoctialiū. 12. Et in
scōo de crisi dixit: nō ptransit q̄ꝫtitas longitudinis paroxismi
eius. 12. horas. Aut Serap. pxodus. i. paroxismus qñ est ma/
gnus ꝛ est purus est. 12. horaꝝ: ꝛ qes minor est. 36. horaꝝ.
Dixit Aui. paroxismus ei⁹ ꝯsumit̄ a q̄tuor horis vsqꝫ ad. 12.
ꝛ nō addit. s. eas mltū: ꝛ sic inuit ꝙ iste termin⁹ nō est a pte
post pūctualis: sed pōt. s. ipm addere. Jōqꝫ 4a pͦ'. cap. de co
gnitiōe tpoꝝ morbi: dixit: ꝙ tertiane pure paroxismus durat
vsqꝫ ad. 14. horas: ꝛ iste bñ est tps siue termin⁹ pfixus a pte
post: nā istud tps est lōgi⁹ ad qͦd se pt magis extēdere: tñ hͦ
raro ꝯtingit: ꝛ raro est repire ꝙ tertiana pura extēdat pom
suū ad. 12. horas: tps aūt. 12. horaꝝ est illō qͦd fꝫ plim repit̄
cē mai⁹ siue extēsiōis. vñ Alm. dix̄. Hec febris nō ifestat eg pe
vltra. 14. horas. sup. nisi valde raro. Et sepe dixit Alm. i ho
ris paucioribꝫ remouet̄ paroxism⁹: vꝫ. vsqꝫ ad. 7. horas. Et
Aui. dixit. ꝙ ſm plim est pueniēs ad. 7. horas: q: 7. hore st
termin⁹ cōis colice febri pxodice pure: sic 4or hore. ꝛ. 12. ho/
re sūt termini ei⁹ extremi. Et termin⁹ ēt q̄tuor horaꝝ nō est
termin⁹ ita extrem⁹ ex pte minoris spatij qn adhuc lꝫ raro
valde inueniat̄ aliq̄ tertiana minoris spatij. Et ego bis vidi
tertianā purā 3m horaꝝ aut paꝝ occupātē de 4a. Dix̄ Aui.
dr̄ ꝙ qñ ista febris est pura paroxism⁹ ei⁹ vsqꝫ ad. 12. horas.
ad plus ꝓlōgat̄. Et Zoar dixit. ꝙ finis pom eius est. 12. ho
raꝝ. Cā aūt hui⁹ termini nō est adhuc bñ certificata a sapiē
tibus: nec alr bñ hr̄ q̄ꝫ: q: sic inuentū est p experiētiā: ꝛ for
tasse hͦ inest colere nāli in cōplōne ꝛ dispōnibus in qbus cō
tingit tertiana pura: vt sua ꝓ puritate tanto tēpore duret.

Quō dif/
ferāt pu/
ra ꝛ nō pu/
ra inter se
ſcdm pdi/
cta signa.

Signa ꝓ/
pria te. t. a
ne pure.

Subtilitas tñ cole: ⁊ eius aptitudo ad resolōnē sunt cā ꝙ
paroxismus huius febris breuiet .s̄.alios: nā ipsa cito inflā/
mat: ⁊ cito resoluit. Fit tñ paroxismus breuior ⁊ lõgior i ter/
mino suo ẜm diuersitatē mãe in q̃litate ⁊ q̃ntitate: ⁊ ẜm di/
uersitatē patiētis in fortitudine ⁊ debilitate: ⁊ ẜm diuersita
tem cõpositionis corpis eius in raritate ⁊ dēsitate: ⁊ ꝑꝑ di/
uersitatē in causis extrinsecis occurrētibus ⁊ faciētibus ad
citā vel tardā resolōnem mãe: ꝑꝑ quas diuersitates dicunt
nō esse impossibile tertianā purā affligere vltra.14.horas.
¶ Scōm sigᵐ est dixit Gal. 2º de crisi: ꝙ status pomi nō tar
dat venire: s; pnº est ꝓpinqu⁹ ita ꝙ calitas ei⁹ cito venit ad
statū. Cito.n.calesit corp⁹. vt dixit Alm. ⁊ ei⁹ festinat inflā/
matio: vt dixit Ras. Vñ Aui.ait.calesit i ea corp⁹ velocit: ⁊
vides calitatē ꝓcedē ex corpe: ⁊ extremitates adhuc sīt frigi
de. q: cola nālis cito īflāmat: ⁊ exit calitas eius ad supficiē
corpis ita cito ꝙ adhuc n̄ ē fcā expāsio ei⁹ vsq; ad extrema.
¶ Tertiū signū est. dixit Gal. 2º de dif.fe. ꝙ qñ patiēs bibit
aquā recedit more viatoris: q̃re vides cū bibit eam eleuari
ex corpore eius vaporē calidū penetrantē ex cute indican/
tem sudorē. Unde. A.ait.in pura cū patiens bibit aquā ꝓ/
cedit cū est in corpore eius cū vapore humido quasi ipse ve
lit sudare: ⁊ q̃nq; sudat. Et nō intelligas ꝙ quacūq; hora
paroxismi patiēs biberit aquā hoc eueniat: sed qñ biberit
eam tpe cõgruo: vt in statu vel saltē in fine augmēti: nō aūt
in pnº nec in aliis ptibus augmēti: nā per aque fride potū:
tunc rectificat cõplō: ⁊ digerit mā. Unde tūc vijs iā aptis:
⁊ aq̃ iā calefacta põt colera cū ea trāsire ad cutē: ⁊ in vapo/
rem eleuat: ⁊ sic sudor sequit; aut saltem dispōnit sudorez.
¶ Quartū signū. dixit Ipo. in affo. tertiana pura in.7.pio
dis iudicat longissima. Et cām huius assignās Gal. dixit.
ꝙ tertiana ṽa in mā est sīlis causoni: ⁊ tñ affligit interpola
ta in vno piodo: q̃tum cõtinua in vna die: ⁊ iō sicut causon
⁊ febris pacuta terminat in 7º die ẜm suā longitudinē ma
iorē: ita tertiana ṽa in.7.periodis. Et intellige ꝙ tñ facit
afflictionis in nām feb. ⁊ tñ ēt nā facit ꝯ mām in.7.piodis
interpolate q̃tuz afflictiōis facit fe.cõtinua sibi ꝓportiōa/
lis in nām: ⁊ q̃tū nā facit ꝯ māz eius in.7.dieb⁹. ⁊ sic oēs
volūt auctores: ⁊ est iste terminus p̄fixus a pte post: sed nō
a pte añ: q: l; nō possit p̄teriri põt tñ pueniri. Vñ sicut cau/
son aliqñ terminat in 5º die: aliqñ in 4º aliqñ in 3º: ita sīlr
tertiana pura: aliqñ finit in 5º piodo aliqñ in 4º aliqñ in
6º: ⁊ aliqñ in 3º: imo aliqñ citius infra 3ᵐ: vt dixit Aui. Et
itelligit affo. debito seruate regimine ⁊ errore nō cõmisso.
Dixit.n. Aui. tertiana pura nō addit cū nō accidit error su/
pra.7.piodos: ⁊ q̃nq; cõsumit ꝑꝑ subtilitatē sue mãe. sup.
⁊ paucitatē eius in pomo vno in q accit vomit⁹ aut egestio
mūdificans corpus a cola: ita.s. ꝙ tollet mala cõplō ab eo:
q̃re nō regiabit cola vlterius ita ꝙ possit esse cā scōi pomi.
Et ista feb. vnius pomi nō est cõtinua: vt.s̄.dictū est. neq; ēt
ẜm absolutā significationē vocabuli est iterpolata vel pio/
dica nullo pomo redeūte. Dicit tñ piodica in q̃tuz est de mā
taliter se hñte ꝙ de sui nā est apta: vt fiat piodicatio. Et itel
ligit affoꝛismus hr̄e veritatē ẜm plim: q: nō est incõueniēs
ꝑꝑ multas ꝯtingētias ꝙ tertiana pura trāscēdat 7ᵐ piodū:
vñ Ga. in li. de tipo adducēs hūc affo. dixit ꝙ Ipo. ait ter/
tiana certa iudicat i.7.piodis lõgissima. Et subdit raro ṽo
tardat.i.ꝓlongat: ⁊ maxie si nō ꝯstituat autūno finiēte iaz
hyemi copulato. Dixit Ysaac. hᵉ accessio q̃tuor horis pma/
net: aut sex aut octo: ⁊ sunt eius accñtia pua. Scōe aūt ac/
cessionis accñtia sunt q̃si pme: sed tñ sunt lõgiora: q: pma/
net decē horis. Adueniēte aūt 3ª incipiūt supfluitates ptur
bari ⁊ ebulire: ⁊ nā molestat fortibus accñtibus: ⁊ veniēte
4ª augmentant accñtia: ⁊ ꝓlongat paroxismus: ita ꝙ duret
aliqñ.15.horis aut.16. In 5ª ṽo accessiōe sunt minora q̃; in
4ª ⁊ similant tertiane: ⁊ 6ª leuior est: ⁊ modica. ⁊ 7ª adhuc
est leuior: ⁊ vt plim.12.horis pmanet: deinde ab infirmo ce/
dit ois molestatio ⁊ angustia. Et sīlr dixit Gordo. primus
periodus est debilis: scōs fortior. tertius fortissimus. q̃rtus
est in vltimo fortitudinis: ⁊ est in statu. q̃ntus incipit decli/
nare. sextus plus erit debilis. ⁊ septimus erit modicus aut
nullus. ¶ De ordine paroxismoꝝ. in tertiana pura. dixit. A.
est additio ⁊ antecessio paroxismoꝝ. sup. ⁊ diminutio. ⁊ post/
positio eoꝝ adinuicē ẜm ordinē seruantē ꝓportiones sīlter
q: s. q̃tum addit vel minuit añcedit vel postponit scōs pa/
roxismus ad primū: tñ facit tertius ad 2ᵐ: ⁊ sic deinceps do/
nec addit vel minuit añcedit vel postponit: vel vt dixit q.daz
additio ⁊ añcessio sunt seruātes ordinē. s. h̄ mō ꝙ q̃tū scōs
paroxismus addit ad pmū tñ añcedit: ⁊ sīlr est de diminutio
ne: ⁊ postpositiōe: q: q̃tum scōs paroxismus diminuit a pri/
mo tñ postponit q ordo ꝓuenit ex vniformitate mãe eius.
¶ Quintū signū dixit Gal. 2º de crisi ṽa tertiana eradicat
cõplete ⁊ quiescit. Et dixit. 2º de dif. fe. Intermixtiōis ṽo pa/
roxismi tpe signū putrefactiōis humoꝝ: qō est ẜm pulsus
omnifariā indignoscibile h; ẜm deinceps diē vl noctē pa/
roxismi: ⁊ in dictis v̄bis voluit ꝙ.12.horis sequētib⁹ pomi vel
plibus: si paroxismus fuerit finitus añ.12.horas. q̄ hore sunt
vna dies si paroxismus fuerit de nocte vl vna nox si fuerit de
die. Et in summa voluit ꝙ post horā dimissiōis pomi vsq; a
pnº ipsius pomi finiat vna dies nālis in pulsu nullū signū
putrefactiōis appeat: sed trāsactis illis horis postea appet:
remisse tñ ⁊ fere impceptibilr in pnº sui redit⁹ hoc est ime/
diate post.12.horas.i.finita die nāli a pnº pomi in pnº scōe
diei: sed semp q̃to plus appropinquat ad pnᵐ paroxismi fu/
turi tãto plus manifestat: ⁊ h̄ cõtingit ꝑꝑ humorē q de no/
uo aggregat. Inq̃t Ga. ibidē. breuiter ṽo suffumigans co/
gnoscibile est illud signū putrefactionis in pulsu: obtuse tñ
in pmis pticulis eius q̄ est post ipsaz. s. totalē remotionē si/
gni putredinis in pulsu vel in pmis pticulis ei⁹. s. sequētis.
digōnē est post ipsaz. s. diē nalē a pnº pomi. Manifesti⁹ aūt
est iā circa finē ipsius diei vel noctis ẜm ꝙ acciderit termi/
nari scōa dies nālis aut de die aut de nocte: adhuc aūt ma/
nifestius est in 2º die q̄ p̄cedit exacerbatione vel ẜm diē vel
noctē. In illo ṽo casu manifestū signū est. Et ego vidi Bar/
tholomeū Joānis de canonib⁹ in q̄ signū putredinis in pul
su satis manifeste appebat horis.30.añ pnᵐ pomi: cā aūt to
talis cessatiōis signi putrefactiōis in tertiana pura est tota
lis transpiratio: ⁊ pfecta resolō mãe ipsi⁹ putride: est aūt h̄
tps breue. s. xij. horaꝝ post pomᵐ aut paulo amplius: in quo
tpe illud signū cessat a pulsu postea: q: noua mã icepit ag
gregari ꝓ nouo paroxismo cū venit ad aliq̃lez magnitudinē
incipit suffumigare ⁊ grauare nām: ⁊ sic facē aliquā diuer
sitatē: ⁊ q: q̃to plus vltra ꝓcedit ṽsus paroxismū tãto plus
de mã aggregat: ⁊ q̃to plus grauat v̄tutez tãto diuersitas
maior fit: ⁊ magis manifesta. Et h̄ signū cū medicus inue/
nerit añ pomᵐ põt ꝓnosticari ꝙ paroxismus adueniet. Et qdā
dicūt h̄ signū solū esse tertiane pure: vt ex v̄bis Gal. cõpre/
hendit: nā in nō pura ēt iā transpirāte mã pmi paroxismi pfe
cte iā pro nouo pomo mã incipit aggregari. Quidā ṽo fa/
ciūt ipsuz cõem ad purā: ⁊ non purā: ⁊ h̄ maxie esse poterit
in nō pura q̄ nō multū addit pomᵐ suū. s̄. xij. horas. Et Gal.
qdē h̄ signū solū posuit in tertiana: nō aūt in q̃tidiana ⁊ q̃r/
tana: q: in q̃tidiana tale signū nunq̃; repit: q: in ea nunq̃;
fit cõpleta resolō mãe: ⁊ ēt añ tps incõpletā resolōnez mãe
noua ꝓ futuro paroxismo iā aggregata est. dicūt ꝙ in q̃rtana
h̄ signum medio mō se h; inter tertianam ⁊ quotidianam.
¶ Rabi Moyses i pticula.x. colligēs a. G. sigª tertiane pu/ Epiloga/ tio signo/ rū tertia/ ne pure.
re posuit ea eē.xi. qb⁹ stati cū accit egrotāti: q: s. in ꝓ pomo
cognoscit. Primū est rigor fortis q sentit in ꝓ pnº in q sen/
tit ꝙ cutis acub⁹ sit plena: ⁊ pūgit ab eis. Scōm est sitis ⁊
inflāmatio q̄ nō ꝓlõgat. Tertiū est fortitudo pulsus oi tpe
suo. Quartū est stat⁹ accessiōis pncipio proxim⁹. Quintū
diffusio caloris p totū corpus eq̃lit. Sextū repitio acuti ca
loris multū cū ꝓ man⁹ apponat supra corp⁹ q postea debi
litat: ⁊ vincit a manu ipa. Scias.n. ꝙ calitas eius est leuis

quo ad malitiā: qr nō est maligna: sȝ tñ est acuta estuosa q̄si
artiua. Septimū est exit⁹ vaporis calī a poris cū bibit͛ aq̄.
Octauū vomitus col'e citrine vel fluxus ventris colicus vt
vrina supra quā colera dominat͛: ꝛ q̄n̄qȝ hec tria simul. No
num est sudor vaporosus calīus: ꝛ equalis in corpore toto.
Decimū est post hec oīa eradicatio ꝛ cessatio febris cōple/
ta. Undecimū est mora porisimi nō transiēs. 12. horas de di
ctis aūt signis potiora sunt duo. s. rigor vt. ē. dictū est eue/
niēs: ꝛ sudor in fine exuberās: vñ Aui. dixit. cū vides pnᵐ
cū rigore ṡm q determinauimus: ꝛ statū cū sudore exube/
rante: tūc nō dubites qn ipsa sit tertiana pura. Sorio. tñ di
xit. q inceptio fe. cū rigore q̄si cū actu pungēte est oīa cō
stitutiua huius febris tertiane pure. ℂ Tertiana vō nō pu
ra in oībus dictis signis a tertiana pura est diuersa: naȝ in
ea rigor pro motu cōcussiuo est minor: sed ꝓ frigore est ma
ior: q̄ȝ in pura. Et fortasse est mot⁹ rigoris simplr minor fri
gore: ꝛ est rigor ꝓlixior tā in motu eius q̄ȝ in frigore: ꝛ sen/
sus pūctionis in ea ēt est minor ꝛ minus acutus. Et Auic.
dixit fortasse nō incipit cū rigore. s. forti: ꝛ calitas nō pure
est magis mitis nō acuta: nec ita mordax: sȝ est min⁹ vapo/
rosa: ꝛ magis maligna ꝛ nō est calitas eius sic eq̄lis per to
tū: ꝛ in ꝓcessu appōnis manus ꝑcipit͛ calitas eius augeri lȝ
nō sicut in causone. dixit. n. de h signo. Aui. non est calitas
eius cū mlta fortitudine. i. intēsiōe: ꝛ nō est augᵐ eius eq̄le:
imo est q̄si ipsa addat͛: deinde ꝓcedit ꝛ minuit͛. sup. ꝛ dein/
de iterū auget͛: ꝛ ꝓcedit ad statū. Et cōtingit h ineq̄litas ca
loris ꝑꝑ mãe etherogeneitatē. ℂ Dixit Zoar. si nō fuerit h
febris multe calitatis ꝛ siccitatis: tūc nō erit ex colā. s. pu/
ra: sed ex alio hūore cui abūdat colera citrina: ꝛ pulsus nō
pure est diuersus magis: nec est in aug° ei⁹ velocitas equa/
lis: sed itrinseca aliq̄n maior: ꝛ hoc est ꝑꝑ diuersitatē ꝓces/
sus caloris eius in aug°: ꝛ est in fortitudine ꝛ magnitudine
ꝛ velocitate ꝛ frequētia in statu infra pulsum tertiane pu/
re: qr est minus fortis magnus velox: ꝛ frequēs: ꝛ sunt ac/
cidētia in ea remissiora: q̄uis grauitas capitis in ea sit ma
ior: aut adūt in ea grauitas capitis q nō accidit in pura: q̄ȝ/
uis ēt grauitas capitis non in q̄libet impura repiat͛: sed vt
dixit. A. in qbusdā cap: dixit aūt de h signo. Cum nō pura
inuenit͛ grauitas in capite: ꝛ extēsio in eo ꝑꝑ multitudinē
mãe: ꝛ vapoꝝ eleuatoꝝ ad caput. ꝛ subdit. A. Accidentia
seua tertiane pure de qbus dixerat minorant͛ in non pura.
Alia lr̄a dicit: accītia seua. s. de ingtudine ꝛ vigilijs ꝛ alijs
minorant͛ in nō pura. ℂ Dixit Zoar. Fiūt eius accn̄a leuia:
ꝛ vrina in nō pura est i calore remissior q̄ȝ in pura in sbā est
grossa saltē respectu vrine pure: ꝛ tñ q̄n̄qȝ est plus grossa:
ꝛ aliq̄n minus ṡm q opilatio stat aut apit͛: ꝛ est in pn° cru
da ꝛ tarde appitio digōnis in ea ꝑꝑ mãe eius diuersitatē: ꝛ
dn̄t q̄dam. vrina in nō pura est citrina vel subrussa: sed nō
est clara neqȝ lucida: imo est ꝑturbata ꝛ obscura: ꝛ sudor in
ista nō est exuberās nec est sic vaporosus: ꝛ maxie in corpe
toto: vñ dixit Aui. fortasse non eradicat͛ cū sudore copioso
ꝑꝑ grossitiē sue mãe: ꝛ vomitus ꝛ egestio in ea nō attestant͛
colere nāli sed innāli: ꝛ aduenit nō pura in cōplone non sic
calā: ꝛ in etate alia a iuuentute: vt pᵃ senectute ꝛ pueritia ꝛ
autūno ꝛ alijs tpib⁹ ab estate ꝛ regione: nō sic in calā ꝛ sic/
ca: ꝛ in alio regimine ꝑterito. ℂ Silr dixit Auic. nō appet
in forma. s. patiētis eā offuscatio neqȝ extenuatio: qr nō ac/
cidit in cōplonibus ꝛ habitudinibus sic colicis sicut pura.
sup. neqȝ in alijs ēt ꝑticularibus: sed ꝑticularia oīa aut plu
ra que reperiunt͛ ad puraȝ differūt in ista. ℂ Et porisimus
eius morat͛ vltra. 12. horas: ꝛ vltra ēt. 14. Est. n. dixit Aui.
cū ea extensio. s. sui porisimi: nā ꝓlongat͛ vsqȝ ad horā suaȝ
.i. vsqȝ ad statū: vel vsqȝ ad horā suaȝ. i. vsqȝ ad aduentū sui
paroxismi: scd̄i: naȝ q̄n̄qȝ ꝓlōgat͛ donec ꝑuenit vsqȝ ad. 24.
horas: ꝛ post tepescit. i. declinat vsqȝ ad. 48. horas vel po/
stea q̄escit: ꝛ interpolata. Et sunt qui dicūt vidisse tertianā
nō purā cuius porisimus ꝓlongatus est vsqȝ ad. 40. horas.
ꝛ aliā cuius porisimus prolongatus est vsqȝ ad. 48. horas.
Dn̄t q̄dā. nō appet h esse veꝝ cū flātica que est de mā gros/
sior ꝛ viscosior q̄ȝ sit mā tertiane non pure nō duret tanto
tpe porisimus eius. Colera. n. vincēs in mā nō pura reddit
eā subtiliorē: ꝛ magis obedientē digōni ꝛ resoloni ei⁹ q̄ȝ sit
mā flātice. Quibus rn̄dēt alij q eā hui⁹ nō est de p se: sed ꝑ
accn̄s: qd̄ est: qr porisimus flātice finit͛ in. 18. horis: ꝛ sex ho
ras hȝ in falsa q̄ete ꝛ statim supuenit porisimus ali⁹ qd̄ nō
est in tertiana nota. Alij aūt dn̄t cām esse deformitatē mãe
que resistit nãe opatiōi: sicut duo inimici. Dixit Zoar: ṡm re
motionē huius hūoris a colera simplici fit diuturnitas sui
poᵐⁱ. Et Aui. dixit: q ṡm q̄ntitatē additiōis poᵐⁱ ei⁹. ē. 12.
horas est elōgatio eius a puritate. Et calitas nō pure nō ci/
to auget͛: nec hȝ statū ꝓpinquū pn°: ꝛ iō egredit͛ ex corpo/
re patiētis eā si bibit aquā frigidā vapor multus: ꝛ h est: qr
aqua frida ingrossat plus mãm eius: nec pōt etiā sic pene/
trare ad cutē ꝑꝑ opilōnes: ꝛ fortasse infridat nimis cōple/
xionē bibētis: ꝛ iō nocet in ea. Dixit Gal. sentit patiēs ma/
nifeste impedimentū ex potu aque fride: ꝛ dolorē in capite
ꝛ tensionē in vētre. ℂ Et tertiana si addit. ē. 7. ꝑiodos. di/
xit. A. additionē plurimā: tūc ipsa nō est pura: ꝛ ṡm q̄ntita/
tem additionis eius. ē. 7. ꝑiodos est remotio eius a purita
te: ipa. n. semꝑ est lōgior tertiana pura. Dixit Rasis. 16. cti.
Sicut q̄rtana ꝛ quotidiana quotiēs nō pure fuerint carū
spatiū nō breue fiet: sic in tertiana nō pura: spatiū eius ꝓli/
xū erit: ꝛ h q̄dem de q̄rtana oīno nō pura hȝ vitatē: sed nō
de oī quotidiana nō pura: facta. n. a flāte dulci ꝛ a flāte sal
so breuiant͛: qr haꝝ mā subtilior quotidiana pure est mā.
Dixit Gal. pᵃ ad glau. nō certā tertianā vidi aliq̄n autūno
incipientē: in vē vō cessantē. Et Isaac dixit: h febris aliq̄n
incipit in autūno: ꝛ dimittit in vere. ℂ Et dixit Aui. nō est
additio ꝛ antecessio suoꝝ porismoꝝ ṡm ordinē: vt dictū est
in pura: sed variat͛ additio ꝛ antecessio: ꝛ silr diminutio ꝛ
postpositio. Et dixit: similant͛ poᵐⁱ ṡm terminū vnum. i. sit
inuasio porismoꝝ eq̄lis nō añcedens neqȝ postponens: qd̄
est signū lōgitudinis: hoc tñ nō semꝑ accidit in ea: ꝛ subdit:
si cū ea sunt reliq̄ signa lōgitudinis que dicētur in suo cap:
tunc ipsa est nō pura: ꝛ eradicatio eius nō fit ꝑfecta sicut in
pura: vt. ē. patuit. Cūqȝ hec febris prolongat͛: dixit Gal. ad
glau. iā fit palida discoloratio circa faciē ꝛ vultus tumidior
fit sitis abscindit͛. vomūt sepe flāta colibus mixta. vēter ef/
ficit͛ stipticus: ꝛ vrina subalbida. ℂ Dixit Gal. 2° de diffe.
fe. febribus deficiētibus que per 3ᵐ exacuunt͛ quibuscūqȝ
tps porisimi breuius: ꝛ inuasio est cū rigore ꝛ solo cū sudo/
ribus: ꝛ colere vomitibus vel egestionibus colicis his no
men impositū est: tertiana certa. i. pura. qbuscūqȝ vō defi/
cit qd hoꝝ non certa: sed simplr tertiana nominat͛. Si vero
deficientiā. i. interpolationē breuiorē hūerit ꝓlongato po
rismo tertianā hāc noiant extētaȝ: ꝛ hec multū in magis ꝛ
minus hȝ diuaȝ. nā simplr ꝓlongatā: lȝ vocare eā que. 24.
horas porisimi faciet: ꝛ sine febre erit reliqs horis sui per/
iodi: que vō circa. 30. horas porisimi extēderit hanc sufficiē
ter extēsam lȝ vocare. que vā extēderit in. 36. horas: lȝ vo/
care amplius ꝓlongatā: que vō ad. 40. horas vel plēs ex/
tēsa fuerit: lȝ vocare plim ꝓlongatā. ℂ Dixit Gal. 2° de dif.
fe. q febris facta a colera gn̄ata a sanguine per cōuersionē
sanguis in ipsam est differēs a malignitate morū febris fa
cte a colera alia: ꝛ hoc qr febris facta ex colā gn̄ata ex san/
guine sapit de nā sanguinis: ꝛ iō illa que existit in trāsmu/
tatione sanguinis est simplicior ꝛ ꝓprie mitis: ꝛ dato q ad
tactū calor appareat multus in q̄ntitate: qr multū extra eua
porat: est tñ eius caliditas mitis: qr anxietas caliditatis in
manu tangētis nō est a multitudine eius qd̄ euaporat: sed
ex acredine eius: qualis est acredo colere que nō fit ex san/
guine. In alijs aūt signis ista fe. est similis predicte.

ℂ De signis specierum febrium colericarum notaruȝ inter/
polatarum: ꝛ de signis tertiane continue. Cap. vȝ

Differunt

Signa facte a cola ꝑ adustionē ingrossata.

DIfferunt quoqꝫ species tertiane nō pure ab inuicē per ꝓpria signa. ¶ Nā que est cola ingrossata ꝑ adustionē est in oībus signis supradictis magis silis tertiane pure: ⁊ ꝓsertim in accidētibus que cōsequūtur ad ipsam. Rigor nāqꝫ in ea pro motu cōcussiuo aliquātulum est remissior lʒ sit ꝓlixior: sed rigor pro frigore est fere eq̄lis: ⁊ pūcture in ea sunt pauciores plus tñ ꝑdurātes. Sitis vo ⁊ inflāmatio ⁊ vigilie ⁊ calitas sensata circa epar: ⁊ alia accñtia pure supradicta in hac sunt sicut in pura aut paꝝ remissiora: ⁊ pulsus est parūper magis diuersus: ⁊ nō est ita fortis: sed est aliq̄ꝫtulū durus. Et vrina i hac febre est ignea: sed est magis subtilis q̄ꝫ in pura ꝑꝑ maiorē siccitatē nec ꝓlongant̄ multū po^m^ eius.ṡ.12.horas aut multū sunt inequales: ⁊ nō erit vapor calis ex corpe patiētis cā sicut in pura ꝓpter grossitiē eius: ⁊ fortasse pro aliquo spatio eradicatur perfecte: ⁊ non multū additur supra.7. periodos.

Signa facte a cola prasina vel eruginosa.

¶ Et signa facte ex cola prassina vel eruginosa. dixit Zoar: qr hēbit accidētia magis fraudalenta: ⁊ accidit infirmo in hora suoꝝ ꝑoxismoꝝ molestia: ⁊ sitis ⁊ alienatio.s. magis q̄ꝫ in pura: ⁊ submittit se eger molestiis: ⁊ q̄stionibus.s. ⁊ rixis ⁊ impedit̄ eius somnus: ⁊ fiūt eius po^m^ diuturni: ⁊ terminus egritudinis silr: ⁊ pulsus eius erit difficilis.i. valde diuersus ⁊ prauus: ⁊ praue alterationis.i.multū inordinat^9^. Et multotiēs fit vrina declinis ad nigredinē aut ad viriditatē: ⁊ possibile est sic esse hypostasim.s. nigrā aut viridē: ⁊ qñ hypostasis sola fuerit nigra: ⁊ in fundo mersa mortē in paroxismo signat: maxime si virtus sit defecta. Si vo sit suspensa.s. hypostasis nigra mortē lōginquā ostēdit ꝑm distātiā eius a fundo vasis. Dixit Gili. vrina in colore rubea vel subrubea in sba per totum tenuis cuꝫ circulo viridi vel subnigro signat abūdantiā colere prassine vel eruginose. Et apparent in ea signa cole.s. facientis tertianā puraꝫ. longe tñ intensiora: ⁊ sunt cū vomitu prassino vel eruginoso. Et dixit Zoar multotiēs peruenit sitis istius ad magnū periculum: ⁊ pauci sunt qui ab hac infirmitate euadāt. Et si euaserint erit hoc post multū studiū ⁊ egritudinis ꝓlōgationē. ⁊ possibile erit permanere ei longo tempore praua accidētia.

Signa facte a cola flegmatica.

¶ Facta vo per admixtionē flegmatis cū cola.s. nō perducente ad vnā formam est cū rigore diuturniore in quo motus cōcussionis non est multus. ⁊ sensus pūcturarū est paruus frigus tñ est intensius: ⁊ accidētia alia pure sunt in ea remissa multū. Et pulsus est magnus diuersus minus velox ⁊ frequēs. ⁊ vrina in ea est in colore remissior q̄ꝫ in aliis notis. In substantia tñ est mediocris. ⁊ minus fetida q̄ꝫ in aliis. Et extendit̄ paroxismus eius vtplurimū vsqꝫ ad horas.18. ⁊ augmentū paroxismi eius est inequale quasi hñs stationes: sicut in flegmatica cōtingit. Et sunt ꝑoxismi eius minus ordinati. ⁊ non eradicatur perfecte: ⁊ vtplurimum extenditur ad dies.40.vel.60. Et de hac videtur Zoar. dixisse talem febrē nō vocamus colericam: sed hñtem colerā.

Signa facte a cola citrina.

¶ Et signa facte a colera citrina. dixit Ferrarius sunt frigus a ꝓncipio ante accessionē: ⁊ accipit hic frigus pro rigore. Et calor non multuꝫ intensus ⁊ acutus vrina citrina per totū equaliter tenuis. morsus ori stomaci sine asperitate gutturis: ⁊ lingue ⁊ amaritudo oris dolor capitis: ⁊ precipue dextre partis: ⁊ temporū ⁊ dolor renum: ⁊ pulsus velocitas: sed non adeo: vt in tertiana vera.

Signa facte a cola vitellina.

¶ Et signa facte a colera vitellina: dixit ipe sunt frigus intensius q̄ꝫ in ꝑdicta: ⁊ vrina tenuis: ⁊ in sup̄ficie minus tenuis: ⁊ frigus ⁊ accessio multo tempore perseuerāt: ⁊ sepe per vomitū quasi vitellos ouorū proyciunt. ¶ Gilibertus dixit. signa note facte a colera citrina vel vitellina sunt eadem cū signis pure. diuturnior tamē est accessio ꝓpter admixtionē flātis: ⁊ semp est cū tipo ⁊ frigore: ⁊ accessiones modo anticipāt mō suboccupāt: ⁊ sunt accñtia in eis remissiora q̄ꝫ in pura. Verūtñ in facta ex cola citrina adsunt dolor capitis acutus: ⁊ ꝑcipue dextre ptis: ⁊ amaritudo oris ⁊ sitis fastidiuꝫ: ⁊ morsus oris stōi: ⁊ dolor lūboꝝ: ⁊ vrina est citrina incēsa tenuis vel mediocris magis accedens ad tenuitatē. Et vomitus vel egō sunt in ea citrini coloris tenuis sbe ⁊ fluide. Et sunt accñtia in ea aliquātulū intēsiora q̄ꝫ in facta a cola vitellina: in qua ēt vrina est magis renussa: ⁊ in sba magis accedēs ad tenuitatē. Et est i sup̄ficie magis tenuis obūbrata supius. ¶ Dixit Platear^9^ q̄ facta ex cola citrina vel vitellina inter horas colt: que.s. sunt ab hora 3^a^ diei vsqꝫ in horā nonā ipsius diei. Et dixit. non seruāt certas horas accessionis: qr mō anticipant: mō subocupant: ⁊ accñtia sunt remissiora q̄ꝫ in facta ex colera nāli.

Signa facte a cola melle permixta.

¶ Et q̄ est ex cola pmixta melle est cuꝫ rigore diuturniore oibus aliis: ⁊ sensus puncturaꝝ est in ea maior q̄ꝫ in facta ex cola ⁊ flāte. ⁊ vrina in ea est subtilior q̄ꝫ in oib^9^ aliis ꝑdictis: est tñ magis tincta q̄ꝫ in ꝑdicta: ⁊ pulsus ēt in hac est minus diuersus q̄ꝫ in ꝑdicta: ⁊ ꝑoximus huius est longior oibus aliis: ⁊ ꝑm plm ꝑuenit ad.24.horas. ⁊ est magis extensa in ꝑduratione sua: ⁊ est magis silis febrib^9^ erraticis. Et dicūt qdā q̄ si hʒ febris inuenit̄. Signa eius erūt silia signis q̄rtane note gñate ex melia innāli facta ex adustione cole q̄ infra suo ca^o^ dicent̄. Et dicūt q̄ ꝑm eos nō dꝫ ista febris vocari nota: qr ꝑm eos nota vocat̄ solū illa q̄ fit ex colera cū admixtiōe flātis: est tñ tertiana nō pura: nō pura.n. in plus se hꝫ q̄ꝫ nota. ois.n. nota est nō pura: sʒ nō ꝯuertit̄. Dixit Aui. tertiana nō pura.s. ois est lōgioris spatii q̄ꝫ pura tā referēdo spatiū ad totū tps morbi q̄ꝫ ēt ad tpa pticularia ꝑoxismi. ¶ Dixit Giliber. in tertiana simplici.i. pura vel copiosa.i. nō pura si post appitionē signoꝝ digōnis interdū duplicet̄ accessio nō inde est verēdū: qr interdū cum morbus sit acutior salus est ꝓpinquior. Ego aūt vidi hʒ multis vicibus: ⁊ plm accidit in tertianis notis: ⁊ ēt in quartanis. Opꝫ tñ aspicere q̄ cuꝫ tertiana vel q̄rtana geminat̄ an ambe febres sint equalis intēsionis ei que prius erat an prima remaneat in intensione sua: ⁊ scōo sit remissior vel ecōuerso an ambe sint facte remisse. Et si qdē ambe sint facte remisse signū est ꝓpinque salutis. diuidit.n. nā mām febris in duas ptes: vt leuius ferret pondus eius: sicut lator ponderū diuidit pōdus graue in duo pondera: vt leuius ferat ea. Si aūt p^a^ remaneat in magnitudine sua aduentitia ente remissiori non est signū ꝓpinque salutis: sʒ multitudinis mãe grauātis ⁊ irritantis nām ad expulsionē frequētiorē: ⁊ multo magis si ambe essent eq̄lis magnitudinis p^s^. nā tūc signat mãe exuberātiā in q̄ꝫtitate ⁊ malignitate ei^9^.

De duplicatione tertiane postq̄ incepit sim pliciter.

Signa cōtinue.

¶ Signa vo tertiane cōtinue sunt silia. imo eadē que sunt signa tertiane piodice: ⁊ hoc tā in pura q̄ꝫ in nō pura. dixit tñ Aui. cognoscit̄ cōtinua ꝑ vehementiā ꝑoxismoꝝ.i. eoꝝ insepabilitatē: qr nō desinūt in infebricitationē sicut paroxismi piodice. ⁊ nō sunt ei veri ꝑoxismi: sʒ solū excrescētie additionis fortiorationes siue exacerbationes. Et subdit. cognoscit̄ per accñtiuꝫ tertiane piodice vehementiā. naꝫ oia accñtia in ꝯtinua sunt intēsiora q̄ꝫ in piodica sibi ꝓportionali. ¶ Dixit Zoar. tertiana ꝯtinua non hēbit rigorē: ⁊ patiet̄ vehementē sui: ⁊ intēsaꝫ inflāmationē. ⁊ Auer. 4^o^ col. dixit. febres colerice que ꝑoxismos nō hñt cōicant colericis febribus interpolatis in oibus circuitibus ⁊ tipo exceptꝫ: ⁊ ꝯtinua qdem nō sepabit̄ a corpore nisi cuꝫ sepatione ꝑfecta postq̄ꝫ non redit. Et scias q̄ ois ꝯtinua breuior est sua interpolata aut saltē non longior. Et scias q̄ Ga. 2^o^ de diff. fe. ait q̄ maxima cognitio humoris facientis feb. habetur ex qualitate ⁊ quātitate caliditatis febrilis eius.

¶ De cura febris colerice pure. Ca.vj.

GAlenus prima ad glau. dixit. tertiana.s. pura interpolata acutissima.i. breuissima ⁊ estuosa simul ⁊ mitissima.i. securissima est absqꝫ oi piculo. tertiana aūt nō pura nō solū cito nō digerit̄: sʒ ēt si nō diligētissi-

me mox a pn° cōgruis curatiōibus obseruet̄ euidēs piculū fit in ea nec facile postea qbuslibet remedijs coarcet̄ .opꝫ ḡ ī ea medicū nō errare nec ifirmū trāsgredi mādatū medici: nō.n.solū nō pura nō patit̄ infirmū peccare neqꝫ errare medicū pꝛe velocitate sue mãe mot⁹:ꝛ sue q̄litatꝫ acuitate. Scire.n.oꝫ ꝙ aliqñ repit̄ tertiana pura cui⁹ mã ē furiosa:vñ ꝛ valde suspecta est de q̄ loquēs. Uiati.ait h̄ fe. timidioꝛ est ꝛ molestioꝛ.sup. q̄ꝫ alie spēs tertiane pure. Sciēdū āt ē ꝙ cura causonis: ꝛ tertiane cōtinue pure ꝛ tertiane piodice pure eadē fere est.nec differunt nisi ꝑm magis ꝛ minus: ꝛ ꝑm obseruationē maiorē vel minorē. dixit Auer.7.col.tertiana interpolata si pura fuerit erit secura absqꝫ piculo: ꝛ scimus cert̄ ssime ꝙ nā dñiū hēbit.s.hūc hūorē. Et dix̄ Sili. ꝙ ipsa inter oēs interpolatas est facilioꝛis curatiōis ꝓpter tres cās:vna est breuitas egritudinis. 2° q2 salua ē in ea v̄tus a febre. 3° q2 qcqd cōuenit cāe antecedēti ꝯuenit egritudini ꝛ eꝫ cuꝫ sit eiusdē nāe forma que est febris: ꝛ mã eius que est colera rubea:ꝛ ista cā efficacioꝛ est alijs duabus.

Regimē per sex res nō nālcs.

ris flātis sine tipo. Et Guil.dixit.fit absq3 frigore. Et dixit
Judeus q vrina vna die vr̄ alba subtilis alia die grossa ⁊
russa cū multa residētia. Et in summa vrina mutabiᷓ nunc
vno mō nūc alio. Et dixit Judeus.accidit patiēti cū multa
caliditate:q cū tāgiᷓ corpus eiꝰ sentiᷓ irroratū nō siccū aspe
rū ⁊ multiplicaᷓ sputū eius:⁊ aduenit patiēti obliuio ⁊ su
beth nec sitit.s.intēse:sic in alijs ↄtinuis. Et de ista spē flā-
tice ↄtinue dixerūt q̄dā ipsā3 sp esse pportionalē:⁊ differt
a flātica piodica in pulsu ⁊ vrina ſm q̄d.nā pulsus in cōti-
nua ↄtinue ē inequalis ⁊ vrina est turbida:in piodica aūt
nō sic. ¶ De signis aūt flātice ↄtinue latice.dixit. A.q ipsa
est res magis siꝰs cū ethica:⁊ hoc pp vniformitatē caloris
eius ⁊ ipsius diuturnitatē ⁊ lōgā afflictionē ⁊ corpis exte
nuationē ⁊ ariditatē inde sequētē:⁊ ēt ad indigōnē multū
siāᷓ ethice:qm̄ corpis macrefactio ⁊ ariditas in ea oī die
augeᷓ:sicut in ethica. ¶ Dixit. Gui.nō ē hec febris magne
inflāmatiōis.imo lēte affligit:s3 ē lōgi spatij ⁊ afflictiōis:⁊
est multū abscōsa ⁊ latēs. Et pp suā lōgā ⁊ occultā ⁊ intrin
secā calefactionē cū ↄtinue calefactione corpa desiccat: ita
q p hoc q̄n̄q3 a medicis ethica iudiceᷓ:⁊ ſm istā viā ⁊ afflı
ctionis modū magnā vr̄ hēre affinitatē cū ethica. ¶ Sed
differt:q2 in ethica pulsus ē subtilis ⁊ strictꝰ ⁊ siccus durꝰ
s3 in latica ē lenis ⁊ mollis paruꝰ cū q̄dā latitudine. vn̄ leni
tas pulsus est q sepat eā ab ethica. ¶ Differt ēt dixit Gui.
q2 ethica q̄si sp ē vnius tenoris: q̄uis post cibū aliq̄lr istā
meᷓ.latica v̄o in pnº noctis siue sumpserit cibū siue nō sp
magis incipit ifestare:⁊ circa mediā noctē magis iflāmaᷓ.
¶ Vrina ēt i latica magis fit discolorata grossa saltē i pnº
quodāmō liuida:s3 in augᵗᵒ ⁊ statu fit colorata russa ⁊ spis
sa ⁊ multū variaᷓ in ea vrina in sb̄a ⁊ colore:s3 in ethica est
sp q̄si vniꝰ tenoris in sub̄a ⁊ colore:⁊ est q̄si siꝰs vrine sanoꝝ
vel parū ab ea elōgata:⁊ est oleaginea in sup̄ficie. Et iterū
pellꝰ in ethica ē tēsa arida ⁊ aspa:s3 in latica ē mollis absq3
aspitate manifesta. ¶ Et ista spēs ↄtinue flātice iter febres
ↄclusas a q̄busdā numeraᷓ:q2 nullā vr̄ hēre excrescētiam
manifestā. ¶ Dixit Sili.signa ↄtinue flātice sunt vrina ruf
fa vel sub russa p totū spissa ⁊ feculēta:⁊ q̄si pturbata in su
p̄ficie liuida.calor enī3 ↄtinuus est:s3 i noctē minor ⁊ lēꝰs

a pnº faciēs modū paroxismi i horis flātis sine tipo cū capitꝭ
grauitate ⁊ totiꝰ corporis stupore:facies ē tumida ⁊ sbal-
bida ⁊ sitis modica aut nulla oris isipiditas pulsus ē latus
mollis tardus ⁊ ineq̄lis.s.q̄n̄q3 fortis q̄n̄q3 debilis. Et dix̄
q sicut garulitas ē signū colē:⁊ taciturnitas melēc:ita stu
por est signū flātis.palpebraꝝ ēt adest oppressio ⁊ oculoꝝ
turbatio ⁊ subcineritius color in facie ⁊ ventris inflatio ⁊
nausea.sup.⁊ stōi debilitas:⁊ reliq̄ accn̄tia dicta in signis
piodice. Et dixit Sili.vrina i q̄busdā corpibus est valde re
missa vt q̄n̄q3 p vrinā ⁊ eius colorē anceps sit febris discra
sie cognitio. Et ego in plrībus viris ⁊ mulieribus patiētibꝰ
hāc febrē vrinā aquosā3 in colr ⁊ sub̄a vidi:s3 febris i eis p
pulsū3 ⁊ alia signa manifestabaᷓ. ¶ Et pdcā signa sunt fe
bris flātice ↄtinue v̄e facte a flāte nāli putrefacto. flāte v̄o
ↄtinue note signa sunt oīno siꝰa signis febris flātice piodi
ce note distincta ſm diuersas eius spēs. verū in ↄtinua flā
tica semp calor ē additus supra calorē piodice sibi pportio
nalis in mā. dixit Ras.18° ↄtnū.q de febre flātica.s.ↄtinua
ē aliq̄ q ē adurēs:⁊ ē inflāmatio circa cor plusq̄3 i corpe to
to:⁊ hoc est ex flāte salso:vt.ā.i causone. Dixit Ras.vbi.ā.
G.dixit.q in febre flātica nō cognosciᷓ ad quē finē debeat
puenire:⁊ dixit.q q̄n̄q3 febris flātica ē pauce q̄ntitatis ⁊
in q̄litate caliditatis est piculosa:⁊ hoc idē:q2 talis est latica.

Dixit Ras.in diuisiōibꝰ q curatio huiꝰ febris ē sicut cura De cura.
quotidiane piodice. Verūtn̄ oꝫ vt sit intētio tua i
hac febre ſm ea q calefaciūt cū cautela plus:⁊ pprie cū ca
put ē debile ⁊ eger est de illis in q̄bus egritudines assuete
fiunt.s.in capite suo. Multotiēs enī3 fit in eleuatiōe huiꝰ
febris in augᵗᵒ vel statu hirsen frm̄.i.litargia. ¶ Et. A.dix̄
est sic cura faciētis poᵐ oī die.s.q̄tidiane pioᶜᵉ.dr̄ tn̄ ab ea
in h:q̄m oꝫ vt in illa.s.ↄtinua fit administratio caloꝝ sub-
tiliātiū cū facilitate.dēbēt.n.eē remissiora i gradu caliditatis:
q2 q̄uis in oī flātica sit aᵒʳ intētio ad cā3 q̄3 ad dispōnē: tn̄
in ↄtinua ē intētio ad dispōnē aᵒʳ nō q̄dē absolute:s3 reᵘ
sue pioᶜᵉ. Et h pp māᵐ ↄtinuaꝝ ↄtineri i venis loci maio
ris ebullitōis. Et itellexerūt sapiētes.q curatiōes vtriusq3
sint siles tā istr̄o diete q̄3 potōis. vn̄ de instr̄o diete. ¶ Dix̄.
A.ppareᷓ cibi eoꝝ i obseruatiōe tēpoꝝ ⁊ diuersitatis eiꝰ
.s.ſ3 suas spēs ⁊ mās ⁊ i fortitudie vtutis ⁊ debilitᵉ:sic est
illud.cuius rememoratio pcessit.s.in cura flātice pioᶜᵉ. Et
dixit i spāli.q̄n̄q3 ↄfert eis kist de aneto ⁊ capparibꝰ. Et h
p kist itellexit extremitates aneti ⁊ cappis ⁊ fructꝰ eius cō
ditos cū aceto sale ⁊ oleo. Dix̄ Sili.a pnº vtaᷓ dieta ↄfor
tāte nāᵐ añq̄3 vtus debiliteᷓ ⁊ bibāt vinū albū liphatū ⁊
sit debile. Et si timeᷓ de debilitate capitis abstineat a vino
⁊ bibat loco eiꝰ aquā decoctiōis granoꝝ granatoꝝ vel se-
besté ⁊ mell:⁊ comedat aquā ciceꝝ ru. vel folia sicle cocta
aut cibariū fcm̄ ex folijs feniculi petro. ⁊ spinachioꝝ aut
carnes edi ⁊ pullaꝝ aut gallinaꝝ sex mētiū ⁊ silr coctas cū
lactucis spinachijs ⁊ silibꝰ ⁊ ↄditas cū agresta ⁊ succo gra
natoꝝ ⁊ silu3:⁊ cū cardamomo aut assatas ↄditas cū suc
cis acetosis. ¶ Dixit Rogerius. Si videris ipsum debilita
ri i 7° die poteris dare colaturā gallie:si aūt veneris ad 14ᵐ
diē:⁊ adhuc vrina ē paꝝ cocta poterimꝰ dare vinū mellinū
liphatū. ¶ Scias tn̄ q in ↄtinua cibi debēt offerri subti-
liores ⁊ faciliōris digōnis mioris q̄ntitatis ⁊ paucioris re
plōnis q̄3 in piodica:quāuis.n. vtraq3 plongeᷓ: ↄtinua tn̄
minoris ē spacij. Et ſ3 pdcā obserua regimē i alijs rebꝰ n̄
nālibꝰ. Silr sic siles instr̄o potiōis obseruādo ip3 i ↄtinua
sic dcm̄ ē in pioᶜᵉ in necitate lenificatiōis digōnis euōnis ⁊
alteratiōis. ¶ Verūtn̄ flōmia hec ↄueniētior ē q̄3 i pioᶜᵉ cō De flebotomia.
sentiētibꝰ pticularibꝰ ⁊ flātibꝰ ↄditionibꝰ ibi positis. Et po
tissime ē ↄueniēs i facta a flāte dulci ⁊ in ea flōmia magis
ↄsentiᷓ. Dixit Sili.in q̄tidiana de flāte dulci fiat flōmia ſm
virtutē ⁊ etatē ⁊ in facta a flāte ēt nāli q nō latet ēt ↄsuliᷓ
de flōmia. Dix̄ Ferrariꝰ.si patiēs carnosus fuerit ⁊ sanguis
quodāmō supabūdauerit fiat flōmia pua ad virtutis ↄfer-

Alia si-gna.

Signa la-tice q cu3 ethica cō-ueniūt ⁊ ab ea differt.

nationẽ:sed fiat lata vt sanguis grossus possit exire: ⁊ si q̃ vẽtositas in venis ẽ possit exhalare. Et Rogerius dixit. ꝙ pᵐ ↄsiliũ est vt ↄueniẽtibus pticularib⁹ fiat flõmia ⁊ silr trã scurrere p alias intẽtiones dictas: vñ in digõne dixit. A. sit ↄtentus eis q̃ sunt sicͤ syrupus acetosus ⁊ geleniabin ⁊ iu/lep de melle ⁊ aq̃ mellis q̃ lȝ ↄueniãt i mã differũt i q̃titate iulep.n.recipit plˀs de melle ⁊ minus de aq̃: ⁊ eȝ aq̃ mellis plus recipit de aq̃ ⁊ minus de melle. Et subdit. ⁊ sicͤ aq̃ feni culi ⁊ aq̃ apij ⁊ triũ radicũ.s.apij ⁊ feniculi ⁊ petrosilij.naȝ ista sine dubio ↄferũt in digõne mãie flatice ↄtinue ṽe. Ro/gerius dat p digestiuo syrupũ acetosuȝ simplicẽ vel cõposi tũ. Guil.exhibet oximel aut mel ros.cũ aq̃ radicũ:deinde euo fiat cũ medicis euãntib⁹ flã. ℂ Dixͭ Ras.i diuisioib⁹.qñ ca put fuerit debile ⁊ febris tarda tepida.tũc da ei in potu for tiora i ꝓuocãdo vrinã ⁊ eũa flã cũ eis:sicͤ sunt troc.de eupa torio ⁊ pilˀle in qb⁹ est pulpa collogntide ⁊ aq̃ seiuȝ ⁊ radi. s.diureticoꝝ ⁊ aq̃ mellis diacimĩnũ ⁊ diatriõ ↄueniũt. ℂ Et A.posuit plˀes descriptiões trocisco. vtiliũ inter q̃s ponit descriptionẽ troc.de absintbio:⁊ in ea nõ ponitˀ absintbiũ qḋ fuit forte.se vitio scriptoris.vñ dixͭ qdã.ꝙ dȝ suppleri. vel fortalˀse vocauit eos sic nõ ab absintbio qḋ ibi igrediatˀ vel ingredi d̃beat:sȝ q: hñt ṽtutẽ silẽȝ ṽtuti absintbij:sicͤ et diacurcuma:describitˀ a Me.⁊ alijs.⁊ tñ in ea ñ igreditˀ cur cuma. ℂ Rogeri⁹ in intẽtione ad alterationẽ dat zuccaruȝ vio.⁊ syrupũ vio.i potu q̃cunq̧ hora ↄgrua voluerit eger accipe. Et in summa p cura flatice ↄtinue tã ṽe q̃ȝ nõ ṽe re currẽdũ ẽ ad curationẽ sue piodice pꝓportionalis in mã ob/seruato cañ. supposito. Dixit Ras.in diuisionib⁹.multo/tiens pueni ad ↄfortãdũ stõm cũ zuccaro ros.⁊ troc.de ro. ⁊ similibus. Uñ dixit Guil.tota intẽtio tua sit in hac febre in ↄfortatione stõi ⁊ appetitus ne deficiat. ℂ Et dixit Ras. multotiens pducit hec febris ad hydropẽ ⁊ ꝓprie hyposar ca.. Lũ ergo videris inceptionẽ corruptionis tunc incipe succurrere ei cũ illis que dicta sunt in ca° suo:⁊ in ca° de hy drope. Et elige ex medicinis illis ↄuenientiores eaꝝ fm ca liditatẽ febris ⁊ earũ tarditatẽ. Dixit Gui.si times ↄuersio nẽ istius febris in ethicã:prepara te cũ medicinis ethice:⁊ cõpone eas cuȝ medicinis istis ponendo in cõpositione de medicinis istis plusq̃ȝ de medicinis ethice.

ℂ Incipit distinctio quinta summe quarte.

Quinta distinctio est de febre melancolica: ⁊ continet capitula noueȝ.

ℂ De febre melancolica ⁊ speciebus eius. Cap.j.

Febris melica q̃nq̧ absolute vocatˀ ab au/ctoribus quartana:q: vt patuit me lãcolie inest moueri de q̃rto in q̃rtũ. Ab Isaac aũt vocatˀ tetrateus. Est aũt febris melica calor extraneus pncipalr ex accensiõe ⁊ melie putre factione ad cor veniens ⁊ ipsum ⁊ humores p̃ter nãm distẽ perãs:⁊ ab eo i totũ corpus ꝓcedens nãlib⁹ opõnib⁹ vt.ð.

Causa aũt huius febris dixit Gerar. sup Uia.ẽ humor melicus nãlis vel innãlis putrefactus. Lũ aũt di xit Me.ꝙ melia nõ putrefit intellexit facilr sicut alij humo res.resistit.n.putrefactioni cũ terrestreitate sue subẽ ⁊ frigidi tate ⁊ siccitate sue cõplonis:q̃re difficulter putrefit. ℂ Qui dã ãt dixit.q̃rtanã aliqñ fieri ex flãte acetoso vel vitreo vel salso absq̧ ipsoꝝ adustione vel ↄuersione in meliã. Et dixit Ferrarius.qdã volunt ꝙ nõ fiat de vitreo:sȝ melius ⁊ fre/quẽtius de salso. Talis aũt q̃rtana nõ dȝ inter febres meli/cas cõputari:q: mã eius nõ est melica:sȝ flãtica:⁊ iõ iter flã ticas dȝ numerari:⁊ sicut flãtica ⁊ nõ sicut melica curatur. Dixͭ ergo aliqñ q̃rtanã fieri de flãte.i. flãticã febrẽ de flãte cui accidit vt moueatˀ de 4° in 4ᵐ in modũ motus melie ꝓp aliq̃s ↄditiones in ipso flãte qḋ est eius mã reptas. ℂ Se/quẽdo ergo ð melica q̃rtana.dixit. A.ꝙ oẽs q̃rtane sunt ea q̃ gñant meliam:⁊ que postea putrefiunt. ℂ Diuiditˀ aũt fe bris melica in spẽs diuisione sue mãe:nã melia alia est nãlis alia innãlis. Dixit.n. A.ꝙ melia alia ẽ q̃ est fex sanguinis: ⁊ ista est q̃ est nãlis: ⁊ alia ẽ adustio eius ⁊ cinis hũoꝝ.s. alioꝝ:⁊ ista ẽ innãlis. Itaq̧ febris melica alia ẽ a melia nãli putrefacta:q̃ si mouetˀ p 4ᵐ vocatˀ q̃rtana pura siue ṽa siue certissima. Quãuis velit Gor.⁊ multi alij ꝙ ad q̃rtanã ve/rã regrantˀ ẽt ↄueniẽtia pticulariũ. Dixit.n. G.1° de dif.fe. certissima.q̃rtana solũ fit i melico hũore frido ⁊ sicco cõplo ne ex tũc.s.nãli nõ facto p adustionẽ alioꝝ hũoꝝ ⁊ ↄuersio nẽ eoꝝ in meliã:vel ẽt nõ melia nãli vel innãli cũ admixtio ne alteri⁹ hũoris secũ. ℂ Et alia ẽ a melia innãli:⁊ ẽ 1ᵉ vna facta innãlis p admixtionẽ alterius hũoris cũ melia cõmix tione nõ vnita. attñ melia ẽ tãta reᵘ istius hũoris ꝙ trahit ipsum secũ ad suũ motũ. Alio° p ↄuersionẽ alteri⁹ hũoris: vel ẽt sui ipsius melie nãlis in meliã inãlẽ:⁊ ista ẽ 4ᵃ.dixit. A.nã de ea ẽ sanguinea.s.facta p ↄuersionẽ sanguinis in eã alia flãtica alia colica:⁊ de ea est adustio melie nãlis. ℂ Di xit Gera.hunc vltimũ modũ ex adustione.s.melie nãlis q/dã negauerũt:sȝ nõ recte. Et de istis fuit Simeõ: vt scripsit Ras.18° ↄtiñ.dixit.n.nõ fit nisi ex adustione triũ humoꝝ.s. sanguinis cole ⁊ flãtis.meliã aũt nãlẽ nõ est posĕ putrescãȝ esse.s.post q̃ȝ adusta fuerit. Et subdit.sicͤ plˀes sunt spẽs flã/tis:ita plˀes pñt ex eo gñari spẽs melie p adustionẽ. Et silr dixit de spẽbus cole. Et febris facta a melia inãli vocatˀ q̃r tana nõ ṽa siue ⁊ nõ pura nõ certissima siue nota. ℂ Dixit Gili.q̃rtana nota ex adustione humoꝝ facta q̃tuor hȝ spẽs vna ex adustione sanguinis gñata. Et adustũ ex sanguine ẽ salsuȝ cũ pauca dulcedine ⁊ ad põticitatẽ trahit. Alia ẽ ex adustione flãtis:⁊ si flã fuerit subtilis sube.s.inter flãta: ad dulcedinẽ trahit:si ṽo grosse sit sube ⁊ spisse trahit ad aceto sitatẽ ⁊ põticitatẽ. Alia ex adustiõe cole ⁊ trahit adustũ ei⁹ ad amaritudinẽ:⁊ alia fit ex adustiõe melie nãlis:⁊ adustuȝ ex subtiliorib⁹ ptib⁹ eius ẽ acretisͤ acetũ:qḋ cadẽs sup terrã ebullit ⁊ fugiunt ab eo musce ꝓp horribilitatẽ sui saporis ⁊ odoris:adustũ ṽo ex spissioribus ptib⁹ ei⁹ ẽ minoris mali tie ⁊ minoris acredis ⁊ min⁹ bullit sup terrã. ℂ Dixͭ Ser. plm hũoꝝ faciẽs q̃rtanã nõ ẽ nisi ex adustiõe alioꝝ hũoꝝ: ⁊ iõ plm q̃rtana ẽ nota. ℂ Et scias ꝙ qñ auctores dixerũt febrẽ putridã:⁊ q̃rtanã fieri ð hũore adusto nõ itellexerũt adustione vltiata ducẽte ad icinerationẽ nã hũor sic incine ratus ñ põt recipe ebullitionẽ:⁊ p ↄñs neq̧ putrefactionẽ inducẽtẽ febrẽ:cũ nõ remãserit in eo hũiditas q̃ foret pabu lũ caloris febrilis:sȝ intellexerũt de adustione remissa que nõ pducit ad icinerationẽ neq̧ ad corruptionẽ forme hũo/ralis q̃ adustio ẽ q̃dã igrossatio p ↄsumptionẽ ptiũ subti/liũ hũoris q̃ adurit a calore forti agẽte in quo tñ nõ adhuc remãserũt q̃dã ptes humide:⁊ cũ adhuc seruet formã humo ris:rõne q̃ruȝ põt ebullire ⁊ putrefieri. Qz aũt vi innuere Isaac cap° de q̃rtana: ⁊ ẽt expsse dixit. A.qñ ex diuturno morbo debilitatˀ nã.ita ꝙ nõ põt expellere mãȝ putrefactã cũ sudore vel vrina remanet i corpore reliq̃ q̃ ibi ↄgregatˀ ⁊ ↄuertitˀ in meliam:⁊ sic fit febris ex incineratione dereli cta in porisimis.nõ ẽ intelligẽdũ ꝙ ex illa re incinerata sola p se fiat febris:q: ꝓp cãm dictã nõ põt putrefieri: sed tunc gñat:q: pmiscetˀ cũ hũoribus grossis:⁊ ↄuertit eos ad nãȝ melicã:⁊ sic intelligitˀ ꝙ ex illo cinere gñetˀ q̃rtana. ℂ Dixͭ Auer.7.colli. febriũ q̃ ex hũoribus melicis fiunt q̃dã fiũt in 2° digõne ⁊ q̃dã in 3°. Et qḋ adiuuat sup gñonẽ istoꝝ est opilõ poroꝝ cũ grossitie hũoꝝ ⁊ difficultas digestionis. ℂ Diuiditˀ isup q̃rtana tã ṽa q̃ȝ nõ ṽa in ↄtinuã ⁊ interpo latã. verũtñ. G.2° ð dif.fe.dixit 3ᵐ genus sinocarũ.i.ↄtinua rũ febriũ:cuius porism⁹ in forma q̃rtani poᵐ ↄuenit raro fiẽs ẽ nõ q̃escẽs in ifebricitationẽ.i.raro fit q̃rtana ↄtinua Iõ Aui.ait plm q̃rtana ẽ piodica ⁊ minoratˀ cusus q̃rtane isepabilis. Dixit Gerar.sup Uia.q: raro talis hũoris habi tatio ẽ intra vasa ꝓp dissimilitudinẽ suã ad nãȝ.reptˀ ẽt ex eo i corpe paucũ:⁊ illud est ineptũ ad suscipiẽdũ putrefactionẽ vt.ð.dctm ẽ.⁊ iõ cũ colligitˀ in venis ⁊ dereliqͭ a nã pulsq̃ȝ

Flegma ð quarto in quartum mouens ꝓ tsŧ.

Feb.melica multas hȝ spẽs sȝ

Spẽs mate re ex qua fit.

Quartana alia inter/polata alia continua.

possideat a putrefactione expellit ad extra venas ſm plim
⁊ dñt ſm plim. nō vt credas q ex q̄litatibus ſuis: ⁊ mo ſbe
repugnātib⁹ putrefactioni nō possit putrefieri: tñ̄ qdā ex/
timauerūt: vt dixit Aui. q q̄rtana non gñat ex melia nālis
qm̄ ipſa nō putrefit pp dictas cās. Qm̄ hic ſermo nō oz: vt
auſcultet. imo de ꝓprietate ois hūiditatis ē vt putrefiat:
q̄uis rarificet in ꝑparatione .ſ. minori ad putrefactionem
vni⁹ hūoris q̄ȝ alterius. ⁊ max̄ melie cū min⁹ ſit pata putre
factioni. Inuenit g̃ aliqñ q̄rtana ꝯtinua. Et dixit Gale. vt
adduxit Raſ. 18°. ꝯti. qñ febris gñat ex melia q̄ ſpgit p to
tū corpus febris eſt q̄rtana pura interpolata. Et ſi melia ē
occulta intra venas: tūc eſt q̄rtana ꝯtinua nec in alio ē diña
ꝯtinue ab iterpolata. ❡ Febris q̄rtana va ſm plꝫ ſit icipiē
do: ⁊ rara eſt q ſequat poſt alias egritudies ⁊ notha q̄rta
na raro fit incipiēdo: ſꝫ vt plim ad alias egritudines ſequi
tur: de hac intelligēs Raſ. in diuiſionibus dixit: plim acci/
dit poſt febres pmiſcent eaꝝ poriſmi. Et Gale. dixit p̄ ad
glau. q̄rtana ſepius gñat ex reliquijs febriū pcedentiū: ⁊
max̄ eius q̄ cōpoſita noiat. vñ Sera. ait pcedit eā aduent⁹
febriū erraticaꝝ. dixit Aui. q̄rtana .ſ. nota plim euenit i ſuc
ceſſiōe febriū putridaꝝ pp diuerſitatē hūoꝝ ex qbus gñat
⁊ coꝝ putrefactionē. Na cū aduruut ⁊ nō euacuant multi
plicat melia .ſ. innālis: deinde cū putrefit fit q̄rtana. Dixit
Ipo. 3° pnoſticoꝝ. Febribus inordinate vagātibus q̄rta/
na future ſunt: certius tñ circa autūnū. Et Gal. dixit in cō/
mē. hui⁹ qñ inuenis febrē aſſiduā iterpolare ⁊ inuenis illud
accidere in eo ꝓprius v̄ſus ꝯſumationē eſtatis: tunc ſcias
q: eſſe eius ꝯuertit ad febrē q̄rtanā: eo q hūores q bulliūt
in eſtate in febribus aſſiduis qñ fuerit colera nigra extin/
guīt in eis caliтas eaꝝ q̄dā extinctiōe: q̄re euadit minimus
p eā a caliditate febris ⁊ ꝓpe qñ accidit ei ſudor. verūtñ ſi
nā nō pcedit: ⁊ eiiat rē aduſtā ex hūoribus q̄ eſt ſicut fex q̄
morat in corpore: redit 1° ⁊ caleſit ⁊ putrefit. Et qñ accidit
ei illud ebulit itez 2° ⁊ inflāmat febris. cū ergo accidit ſu/
dor reſoluit cū eo res q̄ iam bulierat ex colera nigra: cūq̄ȝ
ebulit itez alia ex ea accidit poriſmus ali⁹ ex ea: ⁊ qm̄ egri⁹
corporis nō eſt vna: ſꝫ egritudines multe qm̄ colera nigra
gñant in qbuſdā mēbris: ⁊ geſcit eius mot⁹ in qbuſdā eo/
rū aut putrefit: ꝓ neceſſario: ⁊ ſunt poriſmi ſe. nō ſm ordi
nē. Cū ergo equat eā vel egri⁹ in oibus venis cū victoria co
lere nigre accidit q̄rtana: ⁊ ꝓprie ſi eſt hora anni tunc tps
in quo pmutat ad autūnū: ita vt ꝓhibeat reſolutionē hūo
rū: ⁊ faciat eos redire ad interiora corporis. ❡ Dixit Aui.
multotiēs pducūt febres diuerſe ad febres pmixtas qbus
nō eſt ordo pp diuerſitatē reſidui humoꝝ remanētiū poſt
febres. Cū ergo ꝯſumunt ſm additionē .ſcꝫ cinereitatis cō
firmant ſup q̄rtanā. Et Alm. dixit. h poſt lōgas febres q̄/
rū circuitus planetici .i. errātes fuerint ſepius ꝯtingere ſo
let. Et dixit Aui. febris melica multotiēs fit ſucceſſiōe ſple
nis. ❡ Et dixit Ipo. vbi. ſ. Marie accidit febres pdictas
ꝯuerti in q̄rtanā his q. 35. annos ptranſierint in etate ſua.
Quia dixit Gal. in cōmē. in etate ſtatus humores cōuertū
tur ad colerā nigrā. Cū ergo pmutat ex hac etate ad etatē
perfectoꝝ .ſ. in ſapiētia q̄ eſt etas pme ſenectutis ꝓhibebit
ſꝫ etas illā colerā reſolui: q: frida ⁊ debilior: q̄re accidit ab
ea q̄rtana. Et dixit Ipo. 3° affo. q febris q̄rtana multiplica
tur in autūno ⁊ ita dixit Gal. in cōmē. ⁊ ēt ſcdo de criſi: ⁊ ē
veꝝ ſi autūnus fuerit frigidus ⁊ ſiccus ſe uans naim ſuaꝫ.
❡ Dixit Sera. feb. q̄rtana accidit ſm plim in nā melica: ⁊
etate media ⁊ regionibus frigidis ⁊ ſiccioꝛ ⁊ illis qui vtunt
tur cibis q gñant colerā nigrā ſicut caro vaccina ⁊ piſces
ſaliti ⁊ lētes ⁊ caules ⁊ caſeus antiqu⁹. Et Raſ. dixit. in di
uiſionib⁹ plim accidit in autūno: ⁊ hyeme ⁊ his qbus cole
ra nigra dñat ⁊ hñtibus ſplenes groſſos: ⁊ his q vtunt ci
bis melicis. Et Al. dix̄. in autūno ⁊ fine eſtatis ⁊ cōplones
hñtibus ſiccas: frequētius ſolet accidere. Et Zoar dixit. h
ſe. ſolet accidere: vt in pluribus ſenibus: ⁊ illis q vñ ſunt

comedere res valde groſſas ⁊ ſiccas ſicut caſeū vetuſtuꝫ ⁊
carnes caprarū ⁊ hyrcoꝝ ⁊ aſinoꝝ iduſtriū ⁊ piſces val/
de groſſos multi nutrimēti. aut carnes vetuſtas ſalitas in
multa q̄ȝtitate vel ſi fuerit vſus cōedere oliuas aut melon/
gianas. ❡ Dixit Sera. Incipit fortaſſe cū ledit ſplen: ⁊ nō
attrahit ſicut oz q̄re remanet colera nigra. Et qñ comeſtio
fit ex his q̄ gñant colerā nigrā, donec generet ex ea ſupra id
qd̄ poſſibile eſt ſplenē mundificare. Viaticus ait. plim pa/
tiunt hanc febrē qui cōplonē hñt ſiccā ⁊ frigidā ⁊ etate ſe
nes ⁊ magis fridi ⁊ ſicci ⁊ macri. ⁊ ſubtiles venas hñtes
⁊ cauſe: ⁊ autūno ⁊ aere frido ⁊ ſicco ⁊ regiōe ſimili. ❡ Et
dixit Sera. pcedunt eā aduētus febriū erraticaꝝ ſupp.⁹ vel
aliaꝝ. Et dixit Raſ. 18°. ꝯtin. q̄ accidit poſt tertianā eſt ex
aduſtione colere: ⁊ q̄ poſt quotidianā eſt ex aduſtione flā
tis. ⁊ ſic in alijs. ſup. ſm plim. Dicūt quidā q̄rtana q̄ fit ex
melia nāli vel ex nāli vſta eſt illa q̄ maxime accidit in ſene/
ctute. Que vō fit ex melia per aduſtionē alioꝝ humoꝝ ge
nerata fit frequētius in iuuentute: ⁊ maxie in fine eius qñ
maior fit aduſtio. ❡ Et nota q̄ ē q̄rtana frequētius accit
q̄ȝ va: q: frequētius accidit incinerari humores. ⁊ melanco
liā aduſtā multiplicari in corpore q̄ȝ meliam nālem. Et qz
cū innālis ſit magis odio nae citius a regimine eius dere/
linquit: q: putrefit frequētius ⁊ frequētius facit q̄rtanā.
❡ Dixit Raſ. 18° ꝯtiñ. Febris q̄rtana ſm ſe eſt ſubtilior ex
febribus: ⁊ leuior corpori: dat enim qetē maiorē: ⁊ q̄ñq̄ȝ p
eā accidit liberatio ab epilentia ⁊ mala cogitatione: ⁊ ſimi
libus. Et Aui. dixit. q̄rtana ſm plim eſt ſalua: ⁊ hoc eſt pp
longā ſbā qetē. Saluior tñ q̄rtana eſt illa q̄ non accidit ab
apate ſplenis: ſꝫ aut cū q̄ nō ē apa ſplenis: ſup. neq̄ȝ durities
neq̄ȝ opilatio: q̄uis q̄ eſt cū apate ſit deterior: ſignificatur
enim q q̄ȝtitas melie facientis eā nō eſt multa: ex quo rece
ptaculū eius nō eſt leſum. Et Serar. addidit q nō ſit ēt cū
apate epatis: nā que eſt cū apate epatis multotiens pducit
ad hydropē: ⁊ pernitiē. Et de hac dixit Gor. q ēt hec q̄ p/
ducit ad hydropē eſt longa: ēt ſi bono vtat regimine: cum
malo aūt regimie eſt longiſſima ⁊ mortalis ſm plim. ❡ Et
quartana ꝯtinua deterior eſt ſua interpolata proportiona
li ei ſm plin. ❡ Et deterior ſpērū eius eſt illa q̄ fit ab adu/
ſtione melie nālis: deinde que fit ab aduſtione flātis. deide
q̄ fit ex aduſtione colere. Quartana aūt ex aduſtione ſan/
guinis eſt minus mala. Et dixit Aui. q ipſa velociter reci/
pit curationē. Et ea q̄ fit ex aduſtione cole innālis vel flā/
tis innālis deterior eſt ea q fit ex aduſtione cole nālis vel
flātis nālis. ❡ Dixit Zoar. tota mali⁹ ſe. q̄rtane ꝯſiſtit i dif
ficultate ſue curationis: ē. n. valde magis difficilis recipere
curationē q̄ȝ flātica: ⁊ nō ſuſcipit curatione niſi in eſtate .ſ.
ſm plim. ❡ Dixit Gal. in cōmē. ſupius dicto tertij pnoſtico
rū. Cū ſm plin fiat in autūno cū venerit hyems ⁊ occurre
rit corpori ſm illā diſpōnē addet in eā: cū adiuuet inclina/
tionē hūoꝝ ad interiora corpis q̄re ſeruat illa infirmitas
ſup eo vſq̄ȝ quo ſuperueniat tps aliud in quo permutet ho/
ra ad caliтatē. ❡ Dixit Gil. q̄rtana in valde ſenibus nō cu/
rat pp debilitatē virtutū coꝝ. Et ego vidi hoc in Iacobo
ſer bonacurſij q exiſtens decrepitus paſſus ē q̄rtanā: ⁊ tñ
poſt appitionē ſignoꝝ digeſtionis bonoꝝ in quo ēt q̄rtane
viſa fuit declinare finaliter mortu⁹ eſt. Dixit. n. Ipo. in aff.
Quecuuq̄ȝ egritudines .ſ. cronice valde ſenibus fiunt cō/
moriunt: ſimul. n. finit egritudo ⁊ vita. Dixit Aui. febris
melica longa pducit ad hydropē. ❡ Dixit Gui. Omnis q̄r.
tana q̄ ex ſe incipit: ⁊ nō ſequit aliā egritudinē ſiue q̄ nō ſit
p ꝯuerſionē alterius egritudinis in q̄rtanā breuior eſt ⁊ me
lius curat. ❡ Febris q̄rtana ab auctoribus inter ſe. croni
cas numerat. Dixit tñ Ipo. in affo. Eſtiue q̄rtane: vt plim
fiunt breues: autūnales vō longe: ⁊ maxime q̄ ad hyemeꝫ
ꝯiungunt. Eſt enim breuior quartanis oib⁹ alioꝝ tepoꝝ.
⁊ q̄ȝtū ad ſua tpa vſa dia: ita q citius finit: ⁊ q̄ȝtū ad tēpo
ra particularia: q: hꝫ paroxiſmos breuiores. Nam eſtiua

Quarta na de plꝫ ſit incipiē do quarta na do no, tha raro ſit incipiēdo ⁊ quo ſunt

Pronoſtica.

melia minoris q̄ʒtitatis existit ⁊ subtilioris substātie ⁊ calidioris cōplōnis q̄ʒ melia alioꝝ tēpoꝝ. quare citioris est resolutionis. Et vt dicūt: verificaꝫ de estiua q̄rtana siue sit gn̄ata in estate pp māʒ melicā i estate genitā: siue pp māʒ melicā p̄cedēti tpe genitā: ⁊ tunc faciētē feb. siue sit ipsa q̄rtana p̄cedēti tpe facta ⁊ reseruata ad estatem: ⁊ fortasse de hac maxie verificaꝫ. Est enim q̄rtana de mā gn̄ata in estate breuior autūnali ⁊ hyemali: q2 nō fit estate nisi ex adustiōe cole q̄ magis dissolubilis ē oi mā aliaꝝ sperū melie: ita q̄ ēt melie nālis. dico si fecerit egritudinē vel fe. in ipsa estate qm̄ si cola gn̄ata in estate faceret feb. in autūno ipsa posset esse difficilius dissolubilis: q2 i estate nō p̄cessit multū adustio: sʒ in autūno sic. ⁊ sic est p̄ducta in autūno ad exiccationē maiorē: ⁊ sic ad maiorē resolōnis difficultatē. Estiua tn̄ q̄rtana fortiora hʒ accn̄tia de ingetudine siti acuitate caliditate ⁊ silibus. ¶ Dixit Ipo. 5. affo. a q̄rtanis habiti nō valde spasmis app̄hēdunꝫ. intelligēs p̄ habitos a q̄rtanis patientes lōgas ⁊ intēsas q̄rtanas: ⁊ p̄ spasmos spasmū ⁊ tetanū de replōne. dixit aūt nō valde: q2 nō frequētaꝫ: vel q2 nō itēsos patiunꝫ spasmos: sʒ remissos hn̄ pati p̄nt si abūdaret flā in corpibus eoꝝ. Et Aui. dixit. ē in ea securitas a spasmo. s. hūido repletionali. qm̄ hūor ē sicc⁹ nō apt⁹ p̄currere ad neruos: ⁊ ēt exiccat flā hūidū aptū descēdē i neruis ⁊ sic reddit ipʒ ieptū. Et dixit Ipo. si supueniat q̄rtana patiētib⁹ spasmos sedanꝫ. itelligēs ēt de alijs egritudinibus melicis ⁊ fridis. sic dixit Aui. q̄rtana salua liberat ab egritudinib⁹ malis melicis sic ē melia lepra epilēsia. s. melica. ⁊ ipsa qdē saluat p̄dictas egritudies resoluēdo ⁊ ꝯsumēdo mās eaꝝ: ⁊ ēt ipsaʒ disponēdo euōni suo rigore agitāte ⁊ ꝯcutiēte mēbra. vn̄ mā eaꝝ paraꝫ exitui: ⁊ max° si diuturna fuerit. ¶ Dixit Hali. q2 q̄rtana ex hūore fit colere nigre grosso viscoso: ⁊ ematurari tardāte: iō longe est p̄seuerātie ⁊ tpis diuturnioris nisi forte estate fieri ꝯtigerit fm eius maiorē partem si hoc anni tpe fieri ꝯtigerit finiꝫ velociter nec eius p̄longaꝫ tps. Quando vero estatis ꝯtingit vltio aut autūno aut hyeme longi ē spatij: quartana in vere raro ꝯtingit: ⁊ si aliqn̄ ꝯtingit est breuior post estiuā. Dixit Aui. Autūnus inimicus est q̄rtane. Dixit Rasis 19° ꝯtin̄. In decrepitis nō de facili fit p̄mutatio ad q̄rtanā. s. ex alijs egritudinibus. ¶ Dixit. A. q̄rtana qn̄ non accidit ex ea error nō addit supra annū. Et cā est dixit Serap. q2 ipsa insequiꝫ motū solis sicut febres acute motū lune. modo i vno anno terminaꝫ motus solis per signa zodiaci. Et subdit Aui. qn̄qꝫ durat annis. 12. ⁊ quod est infra eos. ⁊ hoc est qn̄ cōmittiꝫ in ea error: ⁊ fm q̄ʒtitatē erroris fit q̄ʒtitas p̄longationis: nam cū errore magno longitudo magna cuʒ paruo parua: ⁊ cum mediocri mediocris hn̄s latitudineʒ versus magnā ⁊ puā longitudinē fʒ diuersitatē erroris in plus vel minus. Dixit Cōstantinus 18°. ꝯtin̄. Audiui q̄ q̄rtana durauit. 12. annis: ⁊ vidi cui durauit vltra q̄ttuor annos: ⁊ isti sunt in qbus colera nigra est in fine grossitiei.

¶ De signis quartane. Cap. ij.

DIxit Uliati. hec feb. de pura nasciꝫ colera nigra nāli: ⁊ iteꝝ de colera nigra que de incisionibus est alioꝝ humoꝝ: opꝫ vnam quāqꝫ suis p̄prietatibus discerni: vt medicina sua suis singulis ordineꝫ. ¶ Signa itaqꝫ q̄rtane p̄iodice pure sunt. Primū sumiꝫ a rigore p̄ncipij sui porismi. de quo dixit Gal. secūdo de differentijs febrium. Rigor in ea maxie accidit talis q̄lis maxie accidit his qui in gelu vasto. i. magno infrigidati sunt. Et voluit p̄ hoc q̄ rigor q̄rtane infrigidet mēbra infridatione pura: ⁊ in hoc diuersificaꝫ a tertiana pura q̄ pungit. ¶ Et dixit 2° de crisi: ⁊ adduciꝫ. 18. ꝯti. Febris q̄rtana non incipit a p̄io die quo incipit cū rigore forti: sed rigor non fit fortis ⁊ augmentaꝫ in ea nisi fm additionē suam fm dies: ⁊ sensus ēt in rigore eius non est quasi corpus pungatur: sed quasi res infrigidans ipsum: ⁊ q̄si cū hoc alterat ipsum: ⁊ cōfringat ita vt perueniat lesio ad ossa. cōqueriꝫ enim patiēs de lesione in ossibus suis: ⁊ de attritione in carnibus suis. Et p̄mo ad glau. vt scribit Rabi dixit: q̄rtanā nullo tpe recolo me vidisse incipere cū rigore: sʒ tn̄ fortificaꝫ rigor in ea: ⁊ efficiꝫ difficilis p̄ longitudinē dieꝝ. ¶ Et de hoc signo dixit Serap. accidit in inceptione p̄iodi tremor fatigans corpus ⁊ ledēs ipsum. ¶ Et Al. dixit. hec febris cū tremore adeo vehementi incipit: vt dentes ꝯstringere faciat ⁊ ꝯcutere. Iuncture quoqꝫ atqꝫ ossa dolent ac si sup ea foret appensuʒ: qd̄ ea grauaret ⁊ cōcuteret. Et subdit: q̄ dispositio tremoris eius est sufficiens ad significandū ipsam: nō enim est talis tremor in alijs febribus. Et Rasis in diuisionibus dixit: signa eius sunt horripilatio difficilis vehemēs ꝯsequens p̄funditatē ossium. Et Hal. dixit. accessio eius in initio hʒ rigorē ⁊ tremorē nimiū cū grauitate nimia ⁊ fatigatione totius corporis: ⁊ forti frigiditate. vn̄ Zoar dixit: sentit patiens frigus magnū: ita q̄ ossa sua videnꝫ cōfringi veluti essent percussa cū grandinibus. ¶ Dixit Aui. q̄rtana incipit in p̄mis cū frigore paruo: deinde incipit frigus eius addi postea minoraꝫ paꝝ apud statū sicut in flāte. Qd̄ dictū dupliciter exponunt: vno modo ad diuersas partes p̄ncipij referendo: qd̄ est q2 cū humor iste paulatim sufflumiget: vt in sequēti signo diceꝫ: ⁊ tādē moueaꝫ ad putrefactionē: ⁊ tarde calefiat hinc est q̄ in frigore eius cadit diuersitas: ita vt initio sui p̄ncipij sit parum. deinde augeaꝫ p̄cedente p̄n°: vt circa mediū eius: postea minoraꝫ paꝝ apud statum: nō qdē statū porismi: sʒ statū principij ipsius: sup. deinde declinat cū incipit augmēti p̄n^m 2° modo referendo hoc dictū ad porismos: diuersoꝝ tēpoꝝ vliuʒ hui⁹ febris vt voluerit q̄ in p̄n° in p̄mis porismis. s. in porismis p̄ncipij frigus fit paruū: q2 cū humor eius sit crudus tarde in eis moueꝫ sup mēbra sensibilia. Deinde incipit addi. s. in porismis augmenti vl'is: ⁊ fm quosdā ēt in statu vl'. Immo in statu plus additꝫ q̄ʒ in aug^to: q2 mā magis subtiliata ⁊ calefacta est: vnde accidit q̄ rigor nō fit fortis in p̄n° nec augetur nisi fm additionē suā: ⁊ fm dies: q2 mā magis putrefacta ⁊ digesta magis efficiꝫ calida ⁊ subtilis: vnde velocius: ⁊ magis repente moueꝫ sup mēbra sensibilia: ⁊ adiuuat ad maiorē rigorē amplior q̄ʒtitas māe q̄ in p̄cessu moueꝫ respectu eius q̄ moueꝫ in p̄n°: ⁊ postea minoraꝫ parū apud statū. idest post statū. s. in declinatione minorata iam mā. Et nō intellexerunt sapiētes p̄dicti q̄ addaꝫ in augmēto ⁊ statu frigus. scʒ qualitas positiua frigida. q2 imo ista minuiꝫ: cū sit magis mā putrefacta ⁊ digesta ⁊ calefacta. Nā dixit Gal. p̄ia ad glau. q̄ veri quartanarij cū. x. periodos expleuerint declinationē frigoris patiunꝫ: sed febres idest calores febriles: vel febres: idest rigores qui p̄prie a febribus p̄cedunt augenꝫ. Et Aui. dixit. verū minuiꝫ frigus apud digēnem: qm̄ minoraꝫ sua malitia. scʒ frigiditatis ab eo qd̄ fuit in p̄n° parumper. Sed intellexerūt q̄ addiꝫ tremor: ⁊ cōcussio mēbroꝝ. Et fortasse ēt friditas priuatiue causata pp maiorem reuocationē caloris. ¶ Et subdit Aui. est cū aliquātulo dolore ac si frangāꝫ ossa. i. quidā dolor p̄fundus sentiꝫ q̄si sit cōfractio ossiuʒ. Est aūt h̄ sensatio sicut sensatio ponderosa. Et reddens Uliati. causaʒ huius dicit: q̄ colera nigra que huius feb. est mā: pp sui frigiditatē ⁊ grossitiē sup mēbra sensibilia effluens grauat fatigat ⁊ frangit ea: Isaac aūt dixit q̄ cā huius est siccitas ⁊ grossities māe. q̄re nō currit ad sensibilia mēbra: sʒ aggrauans p̄ nimium mēbra ea frangit ⁊ disiungit: ⁊ sup eis longo moraꝫ tpe. vn̄ sentit ea patiens ac si essent baculis cōfracta: ⁊ est hic sensus in p̄fundo: ideoqꝫ iudicat infirmus q̄ sit in ossibus: ⁊ circa ea. Et cā huius p̄funditatis ē: q2 mā eius grossa terrestris cū venas egrediꝫ nō pōt multū vsus cutē p̄pelli: sʒ remanet in p̄fundo magis. ¶ Et dicūt qdā q̄ cā huius feb. est vapor grossus siccus petens musculos

Primū signum. De rigore.

profundos ⁊ pāniculos tegentes ossa:⁊ cāt in eis malam
sensationē pp quā ɔ̈bunt:⁊ iudicat iō patiens hoc esse in
ossibus. Et sunt q putāt hoc accidere ex ꝓpietate melici hu
moris ex eo ꝙ hic humor q est basis in hac febre cū corru
ptiōe sua puenit ad ossa:nutriunt .n. sanguine melico gros
so:qꝛ accidit in eis cōmotionē fieri:⁊ sensum circa ea dolo
ris ⁊ cōmotiōis. ℭ Et subdit Aui. ꝙ illic pp ocā cāz est ɔ̈/
ctio aliter cōcussio:pp quā strident dentes:qꝛ letio fit i mu
sculis mādibulaꝝ pp vapores grossos siccos puenientes ad
eos. Et scias ꝙ aliqñ stridor dentiū est tātus ꝙ necessariū
est eorū ori īmittere baculū vel qd sile. vt nō rumpant den
tes ex forti inuicē allisione ⁊ ɔfricatione. Et dicūt qdā ꝙ
in q̈rtana aliqñ tremor est fortis valde:ita vt faciat treme
re lectū infirmi:⁊ ꝙ est supra ipsum:⁊ tenentes eū. Et cau
sa huius fortis tremoris est fortis motus expulsiue irrita/
te a forti frigiditate huius hūoris:⁊ eius acredine ⁊ aceto
sitate. Et adiuuat ad hec tensio ⁊ disruptio musculoꝝ cāta
a dicto hūore grosso intrāte p ꝓfundas ptes eoꝝ:vñ acci/
dit eos solui ⁊ ɔ̈hi. vñ fortis motus ⁊ cōcussio cāturꝛ ⁊ ɔ̈/
ctio ēt q̄si spasmosa sicut a vētositate extēdēte. Dixit Gili.
ꝙ q̄nq; puenit ad hoc:vt interficiat pp attractionē ⁊ ɔfrica
tionē ossiū spōdiliū:⁊ spinalis medulle eiectionē. ℭ Et Di
xit Gal. eodē .2° de dif. fe. ꝙ rigor in q̈rtanarijs nō est talis
q̄lis est rigor accidens his q estū vel laborē passi sunt vel a
farmacijs calidis mordētibus vlcerū illatiuis: nā talis est
qui accidit a mā colica calida in q̄ sentit ac si cutis punge
ret aculeis:sz in q̈rtana sentit in suo rigore frigus forte si/
mile frigiditati quā patit homo in pn° hyemis apud vehe
mentiā frigoris. Et dicūt qdā q̄uis sit in fe. colerica velo/
cior ipsius mãe p mēbra sensitiua delatio per hoc nō sentit
nisi maior punctio ⁊ horriplō q̄z in q̈rtana. Attñ tremor
⁊ motus ɔcussiu⁹ est maior in q̈rtana q̄z in tertiana:⁊ ēt q̄z
in flātica. vis vboꝝ patuit. Et scias ꝙ ɔfricatio ⁊ stridor
dentiū euenientes in q̈rtana ꝓcedunt sicut dictū est de frigo
re ꝙ in pmis poxisimis sunt minores: deinde adduntur fm
additionē fm dies:⁊ in declone iā paucificata mā iteꝝ mi
nuunt. ℭ Quidā vero ⁊ fortasse melius dicūt ꝙ ɔfractio
⁊ stridor dentiū in pn° est maior. ⁊ postea minuit:⁊ addu/
cunt vbū Aui. suprapositū. Uerū lenit apud digōnē .s. cō/
fractio ⁊ stridor dentiū:qm malitia minorat q̈re remittit
eius ponticitas ⁊ acredo:⁊ eius grossities pp digōnē. Et lz
sit hec cā maioris cōcussionis pp magis subitā delationem
eius:nō tñ est cā tā fortis cōfractiōis dentiū: ⁊ tāte grau/
tatis mēbroꝝ: ⁊ disruptionis musculoꝝ: imo minoris q̄z
antea fuerit. Et signū qdē hui⁹ ɔfractionis ossiū ⁊ strido
ris dentiū ē ꝓpriū signū febriū melicaꝝ. Un̄ Aui. ait. non
est sicut in flātica:nā in ea nō sentit ɔfractio ossiū neq; stri
dor dentiū sicut in q̈rtana:⁊ nō expssit nō est sicut in colica
relinquens notū ꝙ in ea nō accidit:qꝛ non fit a mā grossa
graui sicut fit flātica. Et dicūt ꝙ Auctores itellexerūt ō stri
dore dentiū sequēte ad tremorē ⁊ ɔcussionē totius corporis
⁊ mandibulaꝝ:qꝛ talis q̄nq; accidit in flātica ⁊ colerica:⁊
aliqñ nō minor q̄z in q̈rtana:sz intellexerunt de eo q sequit
ad ɔfractionē mandibulaꝝ:⁊ dentiū adinuicē q̄ ɔfractio
ꝓcedit a ɔ̈ctione mandibulaꝝ ⁊ relaxatione eaꝝ ꝓcedenti
bus a vapore terrestri sicco ad eos puenientes:⁊ eos aliquo
tpe ɔ̈bente:⁊ aliquo alio relaxāte. vñ dicunt ꝙ repert alia
lra dicens:nō est aūt sile in flātica: supplēt ⁊ in colerica. s.
stridor dentiū. q̄si dixerit. nō intelligo de stridore dentium
eueniente in flātica ⁊ colerica ex ɔcussione faciente dentes
allidere inuicē ⁊ cōcutere:sz de eo q per confricationez fit
qui est huic febri signū propriū de quo vulgares dicūt ꝙ
infirmus derugiat dētes. Ista ēt lra q dicit:nō sicut in flāti
ca pt referri ēt ad frigus:⁊ vñ fit sensus ꝙ lz magnū accidat
in hac fe. frigus:nō tñ est tm̄ q̄ztū est in flātica nec extēsiue
[illegible] intēsiue. Et cā est qꝛ q̄uis ꝓ pte accidat in hac fe. frig⁹
positiuū a mā frida infrigidāte:tñ p̄s ꝓuenit a reuocatio
ne caloris nālis:qd non sic est in flātica in q̄ ꝓ maiori pte
frig⁹ est positiuū ꝓueniēs a mā fridiori:⁊ iō in flātica ē in/
tēsius:⁊ magis pdurās. Dixit Ras. 18° ɔti. vidi patiētē q̈r
tanā sine rigore dio:cuius pn̄m fuit cū calitate vehementi:⁊
cogitaui ꝙ eēt ɔtinua. ℭ Qꝛ rigor in hac fe. sit maior apō
statū:⁊ in statu monstrat ex eo ꝙ Gal. dixit. sic ponit .18°.
ɔtiñ. Rigor fortis in hac egritudine ē signū bonū. signat
.n. humorē esse digestū:q̈re puus rigor signat ipsum esse i/
digestū:nā qñ est indigestus parū exit ex eo ad musculos.
vñ ⁊ puas ptes attingit:sz qñ est digestus exit ex eo multū
⁊ ēt multas ptes attingit:⁊ tūc est rigor fortis purgās ex
eo multū. vñ subdit. vehemētia rigoris in q̈rtana laudat:⁊
dūmō nō sit in pn°:qꝛ vt dixit ibi Rasis cū est in pn° signat
multitudinē hūoris. Et cū post vehemētiā rigoris q̄ signat
hūorē digestū rigor sit leuis signat ꝙ supfluitas est diminu
ta:⁊ iō pauca transit ad musculos. Et dixit iteꝝ Gal. super
6° epidimiaꝝ. vt scribit a Rabi. febris q̈rtane nō cognosci
tur pfecte status quousq; nō incipit rigor diminui. i. ⁊ seq
declinationē. Nā in hoc vbo nō itellexit. Gal. p rigorē fri/
gus sic fecit in pxio vbo sz intellexit motū ɔcussiuū. ℭ Di/
xit Gal. in pn° accessiōis adest pus oscitatio postea horriplō
postea rigor. Et frigus in accessionis pn° est debile postea
inualescit:⁊ stridor fit in dentibus pp neruoꝝ ɔstrictionē:⁊
dolor in ꝓfundo mēbroꝝ ac si ossa debeāt frangi:deīde fit
frigus ⁊ tremor. Et Rogeri⁹ dixit:p̄ fit oscitatio:deīde hor
riplō. s. cū piloꝝ corporis erectiōe. deinde rigor. deīde frigus
fridissimū ⁊ frāgitiuū ossiū ⁊ sepatiuū iuncturaꝝ:deīde tre
mor. 18° ɔtin. inqt iudeus q̈rtana icipit cū frigore vehemē
ti tarde calefactiōis ⁊ ponderositate corporis ⁊ ossiū fortes
hñs alices ⁊ oscitatiōes vehementes. Et Aue. dixit 4° colli.
hec febris incipit cū frigore grauiꝫ:ita ꝙ tūc accit patienti
stridor dētiū:⁊ patiēs tūc sentit mēbroꝝ suoꝝ ɔfractionē.
ℭ Scd̄m signū est sumptū a calore huius fe. de quo dixit
Gal. 2° de dif. fe. ꝙ paulatim suffumigat velut qdā lapis vl' Secundū signum.
obsitrachū vel os vel qd aliō corporꝝ frigidoꝝ ⁊ siccoꝝ q̄si
dixerit. in humore huius fe. nō cito ⁊ subito accendit calor
sz paulatim pp eius frigiditatē ⁊ grossitiē sicut fit in alijs
corporibus insensatis duris ⁊ frigidis:vt igni exponun/
tur:⁊ pp ea a quibusdā lentus calor vocat. Et dixit. calidi
tas melie nō ꝓprie ōr flāma:⁊ ꝓprie in cōparatione ad ca
liditatē colere:sed in cōparatiōe flātis:sicut dixit Isaac sua
grossitie nō cito vrit:sz cū incipit vri nō nimiū facit calorē
sz disturbat corp⁹ pp maz laborē faciētē. Aliqñ tñ nā mãe
dñat:⁊ qeicit ifirm⁹:⁊ aliqñ mā nãe:⁊ tunc molestat. Et
Hal. dixit. cū auget hz calorē nō acutū neq; pungitiuū nz
sentit calorē tertiane. ℭ Dix Ras. in diuisiōib⁹ calitas hui⁹
febris cū calefit est ifra calitatē tertiane:sz nō est i siccitate
infra illā. Immo pp siccitatē est acutior calore fe. flātice:qꝛ
siccitas ē lima caloris:⁊ ēt qꝛ flā ē fridius ⁊ minus iflāma
bile rōne sue hūiditatis q̄z melia. ℭ Dix Aui. cū calefit cor
pus nō fit calitas vehemēs:sz sit magis appiēs:⁊ maior q̄z
illa q̄ est in flātica:nā melia cū difficultate sua in iflāmatiōe
.i. cū h̄ ꝙ difficulter iflāmat nō iflāmat iflāmatiōe de q̄ cu
rer .i. iflāmatiōe itēsa sicut ignis in lignis grossis terrestri/
bus nō fit cū flāma multa:⁊ ēt nō sic subito iflāmat:⁊ non
cōprehēdit flāma eius corp⁹ totū. s. subito vel itēse. imo in
ea ē calitas cū horripilone hoc ē exteriora adhuc sr frida
īterioribus existitibus iā calefactis:⁊ iō est cū frigore tūc i ex/
terioib⁹:qd est veꝝ ⁊ positiuū:q̄uis ēt possit eē in eis fri
gus puatiuū:qꝛ calitas nālis i eis differt venire ad exterio
ra. Scias tñ ꝙ qñ calitas ei⁹ puenit ad statū: ⁊ ē expāsa p
totū corpus ipsa ē satis magna. vñ .18° ɔti. dixit filius Me
suaꝝ: q̈rtana qñ calefit est vehemēs eius caliditas sicut in
grossis lignis in qbus caliditas tardat. in qb⁹ cū iflāmant
est calitas vehemēs:nullo tñ tpe est ita vehemēs sicut i ter
tiana. Dixit Almā. hec feb. cū calefit ⁊ accēdit valde calor
existit q̄z flātica:non tamen ad calitatē tertiane deuenit.

Tertium signum. ¶ Tertiū signū. dixit Sera. paroxismus eius.24.est horarū qñ est pura. Qz si cū ea misceatur colera citrina eius periodus minuit: ⁊ si permiscet᷑ ei flegma prolongat᷑. Dixit Uiati.14.horas ꝟ3.48.dimittit. Zoar dixit. duratio porismi eius non est maior q̃ȝ porismus flătice.s.cū tota sua falsa qete.sed duratio egritudinis longior fit.dixit Auic. porismus eius.24.est horaꝝ. Dixit Auer. porismus huiꝰ feb.est lógior⁊ tp̄s reuolutionis eius est dimittēs duobꝰ diebus:⁊ inualescit 3° die. ¶ Dixit Gal.2° de dif.feb.ꝙ ea exñte certissima porismus eius est longior porismo tertiane qr est in fridiori humore:⁊ subdit ꝙ est similis in longitudine cū porismo tertiane:non qr sit eq̄ longus:qr lógior est:ſ3 est ei similis in longitudine:idest in diuersitate sue lógitudinis:nā sicut porismus tertiane pure durat ad plus.12.vel.14.horis.⁊ pōt eē breuior:⁊ in hac breuitate p̄t multiplir variari in plus ⁊ minus:ita porismus q̈rtane durat ad plus.24.horis:⁊ pōt eē breuior. Et in longitudine sue abbreuiationis h3 vel hr̄e pōt diuersitatē multā in plus ⁊ minus. ¶ Et dixit pᵃ ad glau. quartanā febrē nō tā difficili cognitione cognoscimus:sup.sicut alias:quia q̈rtana ex se euidēs est:naȝ duos dies puros ⁊ qetos integros h3 ⁊.4. die mouetur. vñ dixit Auer.ꝙ hoc signū ꝓpriū est in hac febre:qr non inuenit᷑ hic circuitus in aliq̄ alia fe. simplici vel cōposita. ¶ Dixit Aui. ꝙ porismus eius mouet᷑ hora diei.8ᵃ ſm plm.qr tunc appropinq̄t motus melic:que qr rōne sue grossitiei est difficile resolubilis durat porismus eiꝰ plus porismis aliaꝝ.

Quartum signum. ¶ Quartū signū est sumptū a declinatione porismi:de quo dixit Gal. 2° de dif.fe. Euōnes in hac febre plures sunt q̃ȝ in flătica:⁊ măxie itellexit de euōne p sudorē. Qđ est:qr eius mă non sic inuiscat᷑ ⁊ adheret sicut flegma:ſ3 ideo magis subtiliat᷑ a calo. Et sunt iste euōnes maiores in pn° ⁊ ꝓcessu eius:⁊ fine ꝓportionabiliter cōparădo eas ſm tp̄a: ſ3 sup.sunt minores q̃ȝ in colerica vñ ait Aui.sudor eiꝰ est plurimus p cōpōnē ad flăticā.ſ3 nō multiplicat᷑ p cōparatione ad alias:absolute tñ sudor non est multus. Immo dixit Rasis.18°.ꝯtin. In feb.q̈rtana nō est possibilis sudor multus:minima enim pars sudoris eiꝰ transit ad musculos.

Quintum signum. De pulsu ¶ Quintū signū est sumptū a pulsu: de quo dixit Gal. pma ad glau. pulsus q̈rtane rarior est ⁊ segnior.i.tardior: ⁊ hñs ineq̄litatē. Et dixit.2° de crisi:febris q̈rtana in pn° sui porismi ponit venā in dispōne puitatis pulsus:⁊ debilitatis ⁊ tarditatis ⁊ raritatis eius:quaȝ nō ꝯsequit᷑ egritudo alia p̄ter eā. Et imaginare tibi in pmis paroxismis q̈rtane ꝙ sit vena solida coarctata vel tecta q̄si trahat᷑ ad interiora:⁊ ꝓhibeat᷑ eleuari. Et cū icipit ponit pulsum hñtis eā q̃ȝuis sit adolescens ſm pulsus dispositionē eius q est in vltimo senectutis. Et dixit:si tu cognoueris pulsum eius in sanitate sua aut tetigisti eū in egritudine alia in pmo porᵒfe.nō erit tibi necēū considerare in signo alio donec tu cognoscas ꝙ ipsa sit q̈rtana: qm̄ ꝯuersio pulsus ad tarditatē ⁊ raritatē est in inceptione eius superflua valde:vñ decimosexto ꝯtinētis:ait Rasis. Maior significatio q̈rtane est vna q̄ appet in pn° accessionis eius dū rigor est crescēs ꝙ pulsus eius erit vehemētis tarditatis ⁊ raritatis in ipso tp̄e. Et 18°. ꝯtinētis. Febricitătibus ergo febre quartana qñ tangis pulsum iudica eadē hora si inueneris pulsum decliuē ad tarditatē ⁊ raritatē ꝙ non potest esse tale principiū in aliq̄ febre nisi i quartana:⁊ erit iudiciū tuū verū. Et dixit Gal.vbi.s̈.dispositio eius in augmento febris: ⁊ peruentione eius status in motu caliditatis:⁊ in pulsu est ſm cōtrariū dispōnibus horū in febre tertiana:immo ⁊ in oibus dispositionibus alis ipsa est ſ3 cōtrariū eius quo currit res febris tertiane. Et dixit pma ad glau.si cōparaueris statum quartane statui tertiane multo aliqua tibi videbunt᷑ citius ⁊ spissius in tertianis arterie pulsantes. Et Rasis.18.ꝯtiñ.dixit tp̄e augmēti velox ꝓcul dubio erit ⁊ spissu ꝯfacta tñ eq̄ rōne de pulsu in augᵗᵒ tertiane erit minor valde. Et dixit pma ad gla.cōem oiuȝ febriū putridarū in vna percussione arterie inequalitatē euidētiorē in hac inuenire est. Un.16° ꝯtiñ.diuersitas eius in pulsu manifesta est valde: ⁊ nō erit in ea de violentia calitatis ⁊ inflămationis illud qđ erit in tertiana. Et dixit iterū pma ad gla. febre cessante si febris signū adhuc remăsit ⁊ pulsus nălibus tardiores ⁊ rariores fiăt q̈rtana erit manifeste hmōi feb. Et Ras.16.ꝯtiñ.dixit. Si videris post quietē febris pulsum esse vehemētioris raritatis pulsu năli manifestū est ꝙ ipsa est q̈rtana. ¶ Dixit Sera. pulsus in pn° pioditidest paroxismi est paruus tardus ⁊ intersectus:⁊ est in statu magnus ꝯsecutiuus:⁊ apparet in eo diuersitas multa.s.in oi tp̄e. Alm.quoq̧ dixit.pulsus in inceptione huiꝰ febris ex puitate tarditate debilitate quoq̧ ⁊ raritate peruenit ad mirabilē dispōnē. ⁊ si quis recordatus fuerit pulsus infirmi qñ sanus erat nō indigebit alio signo in cognoscēdo ꝙ fe.q̄ incipit est q̈rtana:nă illud qdē ex tactu vene cognoscit᷑ de supfluitate prauitaţ debilitatis ⁊ tarditatis ⁊ raritatis atq̧ minorationis: ⁊ ꝙ valde sit ꝯriūs ipsius pulsus febris flătice. Oppositū tñ huius vltimi dicti Sera.c° de quottidiana dixit.ait eniȝ pulsus est puior pulsu illorū qbus accidit fe.melie.dicunt qdă ꝙ textus Alm. ē corruptus:⁊ vbi dixit flătice d3 dicere tertiane. Dixit Ras. in diuisionibꝰ.debilitat᷑ pulsus in pn° huius valde.ita ꝙ si essi duas illū q hanc fe.h3 nō indiges in eo significatione alia ſ3.n.in pulsu minorat᷑ in inceptione aliaꝝ feb.non tñ sic minorat᷑ in hac. Dixit Hal. pulsus i initio est tardus rarus ⁊ multū diuersus cū augmētat᷑ pulsus mutat᷑ in velociorem ⁊ spissiorē q̃ȝ fuerit in initio:ſ3 tñ ad cōparationem pulsus tertiane est minor ⁊ tardior. Et cū recedit fit pulsus tardus ⁊ rarus:⁊ tñ diuersus est. Isaac vō dixit.pulsus in initio ē paruus tardus ⁊ occultus. In vltimitate vō.i. in statu fit magnus ⁊ plenus pp fortitudinē motus măe năe repugnătis. dixit Auer. pulsus huius feb.est puus tardus ⁊ rarus in pn° porismi. Et di ꝙ in augmēto maior est q̃ȝ in flătica: qr calor qui in hac manifestat᷑ feb. maior existit. ¶ Dixit A.est pulsus decliuis ad duritiē pp siccitatē hūoris exiccătem arteriă:⁊ trahit᷑ pulsus ad interiora:qr nō pōt arteria pp siccitatē bñ extendi:⁊ in altū eleuari. vñ est quasi ipse sit pulsus senis.alias serinus.i.durus. Et dixit pulsus in q̈rtana ē decliuis ad eq̄litatē:dū nō mouet᷑.i.tp̄e interpolationis ⁊ qetis:⁊ si mouet᷑.i.tp̄e motus ⁊ porismi diuersificat᷑ pulsus valde pp grossitiē humoris multū aggrauantē v̄tutē. Et dicunt qdă ꝙ est decliuis in pn° ad eq̄litatē reᵘ pulsus flătice:qr mă q̈rtane magis vniformiter calefit q̃ȝ mă flătice. Et subdit. A. multotiēs fit i ea dyastoles ieq̄lis.i.diuersa:⁊ sistoles vehemens ſ3 velocitatis ꝯriū huiꝰ:qđ ē in tertiana. q̄si dixerit:q̃ȝuis sistoles sit velocior in oi putrida q̃ȝ dyastoles:nihilominus in q̈rtana hoc plus accit reᵘ tertiane:qr hūor eius grossus indiget plus eductiōe:⁊ calor eiꝰ minor indiget minori euētatiōe. Si in tertiana hūor ē subtilis nō sic stimulăs ad sistolē:⁊ cū hoc eius calor ē magnꝰ plꝰ necessitans ad diastolē reᵘ q̈rtane. Et oppositū hoꝝ est ruᵘ flătice. vnde Auic. dixit pulsus q̈rtane melior est pulsu flătice in paruitate:⁊ frequētia. qr.s.nō est ita puus nec ita frequēs:nō enim est ita puus:qr v̄tus est fortior in q̈rtana. Et q̃ȝtū facit in fe. flătica ad tarditatē pulsus debilitas v̄tutis:vnde recupat p frequētiă:tm̄ facit ad tarditatē pulsus in q̈rtana melior puitas.i.nō tanta puitas q̄nta est puitas flătice. vñ pulsus q̈rtane est filis pulsui flătice in tarditate. Quidă aūt exponunt melior puitas.i.addens supra puitatem ⁊ frequētiă: qr.s.ē puior ⁊ frequētior pulsu flătice pp inobediētiă instri. Et dixit. A.ꝙ diuersitas pulsus eius est maior diuersitate aliarū febrium.s.in pn° porismi:qr est ex mă grossiori:tunc magis grauăte năȝ. verū tñ in sua diuersitate reᵘ flătice pulsus magni sunt plures in ista q̃ȝ in illa: ſ3 reᵘ febriū colericarū sunt pauciores. Et dixit. apud ince/

ptionē paroxismi addit᷑ tarditas ⁊ sua frequētia. Dicūt qdā
q᷑ ista lr̃a.s.⁊ addit᷑ sua frequētia: repugnat ṽitati: ⁊ dictis
Gal. ⁊ alioꝝ auctoꝝ: vt.ē.appet: ꝙ lr̃a est corrupta ⁊ dꝫ di
cere. est sua raritas. ꝓp additionē.n. frigoris addit᷑ tarditas
⁊ raritas. Dicūt tñ alij ꝙ lr̃a q̄ dicit frequētia pōt saluari
sic.s. vt voluerit Aui. ꝙ q̄zuis addat᷑ tarditas ⁊ raritas: tñ
plus addit᷑ tarditas q̄ꝫ raritas: ita ꝙ pulsus sit magis tar/
dus q̄ꝫ rarus: q᷑ puitatē plus recōpēsat ṽtus debilis ꝑ fre
quētiā q̄ꝫ ꝑ velocitatē. Addit᷑ ergo sua frequētia nō abso
lute: imo vt sic addit᷑ raritas: sꝫ in cōparatione ad tardita/
tē. Et subdit. A. deinde cū iā calor incipit eleuari ⁊ expādi
īcipit pulsus magnificari ⁊ fieri velox ⁊ frequēs. ¶ Dixit
Gili. pulsus est tardus rarus debilis puus ꝓfundus ⁊ oc/
cultus in pn̄° accessiōis: deinde fit magnus ⁊ plenus: fit tñ
tardior ⁊ longe rarior q̄ꝫ in q̄tidiana. Serap. āt dixit. ꝙ pul
sus est puus ⁊ frequēs ⁊ tardus ⁊ valde diuersus gracilis
⁊ valde subtilis: sꝫ addit᷑ in velocitate ⁊ freq̄ntia. dū appro
pinq̄t status paroxismi. ⁊ Gui. dixit. pulsus est puus ⁊ astri/
ctus ⁊ occultus plusq̄ꝫ ī oībus alijs ita ꝙ ex solo pulsu pos
sit bonus medic⁹ cognoscere eā si ī sanitate ei⁹ noticiā hūis
set. Et dꝫ h̄ ꝓp multos q dū sunt sani hn̄t pulsū puū subti
lē ⁊ occultū. ī. qbus ꝑ talē pulsū in ipsis febricitātibus nō
iudicaret᷑ ꝙ febris eēt q̄rtana: sꝫ in alijs sic. Gor. autē dixit
ꝙ pulsus est puus ⁊ occultus: ⁊ postea efficit᷑ velox. ¶ 6ᵐ
sigᵐ est sumptū ab vrina. dixit Gal. 2° de crisi: vrina est sub/
tilis alba ⁊ aquosa. Et Ser. dixit. vrina in pn̄° ē subtilis al
ba ⁊ cruda: ⁊ in declōne ē nigra ſm plꝫ ꝓp mundificatio/
nē hūoris melici ꝑ eā. Et dixit: ex eis q̄ accidunt in mūdifi
catione illi⁹ ē q᷑ appent in hac febre vrine diuerse ſꝫ diuer
sitatē caloris hūoꝝ vñ fit. Et Al. dixit. vrina alba appꝫ: ⁊
subtilis aut appropinq̄t rubedini: ⁊ plꝫ ē clara cruda gros
sa nigra aut rubea. Et Hal. dixit: vrina in pn̄° ē liuida ⁊ in/
digesta. In declōne ṽo cū recedit fe. est in colore diuersa ⁊
nō digesta. Uia. āt dixit: vrina in pn̄° fe. vel in p° fe. est alba
⁊ aquosa sꝫ ī declōne ⁊ cessatione ⁊ mãe digōne fit nigra.
Isaac dixit. In pn̄° ē alba subtilis aquosa ⁊ cruda. Et clari
tas ⁊ subtilitas ꝓp siccitatē ē mãe: ⁊ ꝓp grossitiē q̄ vie opi/
lant᷑: sꝫ fe. veniēte ad finē fit nigra: ⁊ signt ꝑfectā crisim. Et
subdit. vrina in hac fe. est diuersa: alia enim vrina ē in q̄rta
na pura: ⁊ est illa q̄ dcā est. Et alia ē in alijs: vt appebit. A.
aūt dixit: vrina in pn̄° est alba ad viriditatē declinis cruda
cui nō ē digō. Est.n. lucida trāsparēs ⁊ h̄ ē cōe oībus spēb⁹
melie. ⁊ post pn̄ᵐ eius diuersificat᷑ dispō in sb̃a ⁊ colore: ⁊ h̄
ſm diuersas spēs melie faciētes q̄rtanā nō.n. hn̄t in ꝓcessu
aliquā vnā rē cōez oībus sicut in pn̄°: ⁊ q̄zuis vrina dicta in
pn̄° magis appropriet᷑ melie nāli: ⁊ q̄rtane pure. Et dixit
Aui. ꝙ ē apud declōnē nigra: ⁊ max͂ in q̄rtana pura q̄zuis
in alijs ēt tēdat ad nigredinē. Paulus dixit. vrine q̄rtanaꝝ
sunt multaꝝ mutationū indigeste. Dixit Sera. sup Uia. vri
na in pn̄° in q̄rtana de melia nāli ē glauca siue alba subtilis
❡ De itētiōe āt alteratiōis ꝛ appoximādis ab eo. dix. G. in his neq̄q̄ vtēdū ē cataplasmatib^9 vel ifusiōib^9 calastictis anteq̄ magnā multitudinē euacues ꝛ illā digeras: q: inducunt apatā: sꝫ post euōnē multitudinis sic. Dñt qdā q̄ ēt p^9 euōnē multitudinis calasticis solis vtēdū nō ē: sꝫ hēant sibi pnca qdā admixta. Dixit Aui. cañ. curatiōis eoꝝ ē vt ēt iā dcm̄ ē subtiliatio nō calefactio. valde vt nō subito resoluat᷑ subtile ꝛ ne p intēsaꝫ calitatē cōmotio fiat in mā. Jdeoq̄ subtiliātia dñt esse calā cū eq̄litate: sicut aq̄ mellis cū virtute ysopi ꝛ seis apij in matutinis ꝛ tibi silib^9. s. ysopo ꝛ sei. apij vł sibi silib^9. s. horis vt in vespis. ❡ De cibis aūt bonis i hac hora. dixit Aui. qñ nō ē sincopis ciba illū aq̄ ordei. s. quā nō addat᷑ nisi cū cadit virtus. ꝛ si pur addit᷑ supra ipsaꝫ tūc sit panis infusus in iulep aut aq̄ mellis: ꝛ max^e sis ꝯtentus his cibis vsq̄ ad pl'es dies: vt nō fiat additio in mām morbi p^9 cibaria alia magis nutriētia. Et Aue. dixit eis dare d̄ ben^9 micā panis lotā cū aq̄ mellis aut vino aromatico. Et vocauit. A. hos cibos sup quos fiat dormitio. i. ꝯcedit sōnus ad diaꝫ ciboꝝ q̄ dant᷑ tpe sincopis aut cū iā pat᷑ sincopali. sup qb^9 nō ꝯcedit sōnus: imo ꝓhibet᷑. ❡ Et de potib^9 ꝯuenietib^9 in hoc. dix. A. est syrup^9 acetosus mellin^9: ꝯfert n. eis i estate. Et cū ꝯsuetudine pot^9 aq̄ fride pmixt^9 cū aq̄ frida. sꝫ in hyeme dꝫ vt nō sumat aquā frigidā in potu cū dcō syrupo. sꝫ sit ꝯtentus aq̄ calā. sumēt. n. calꝫ. ex potibus .i. potū actu calm̄ ē melius eis nisi apud necītatē estus estatis ꝛ apud vehemētiā pmi caloris. Et hoc innuit q̄ tpib^9 tpatis ēt ē melius sumē potū actu calm. ❡ T pib^9 n̄ ris cōcedi pōt pulla bñ alterata ꝯtusa aut saltē ptisana ordeacea vel far. ꝛ pot^9 vini pun antiq̄ subtilis ꝛ liphati cū aq̄ decocta. Et qdē indicatiōe sūpta a virtute cū pulsuꝫ cadē inuenis vinū tribue. lꝫ noceat indicatiōe sūpta a morbo. Gal. nāq̄ de potu vini in quo necāriū esset p virtute ait his aq̄suꝫ vinū ꝯfestim. tā in pn^o aptū ē nisi vehemēter febriat. qd nō valde aliquo ꝯtingit sm̄ pdictā dispōnē. Et adhuc magis aptū ē si senex ꝯtigerit eē patiēs. ❡ Dixit Alex. vinuꝫ qdē in febriū curis in plenitudine nō dꝫ dari: manētib^9 aūt cruditis hūorib^9 dari dꝫ: sꝫ nō multū. Et si vinū tenue: ꝛ nil gustu hñs in se stipticitatis aut dulcoris: sꝫ tpatū sit: ꝛ non nimis nouellū aut neq̄ nimis vetustū: neq̄ colore sit nigrū sꝫ magis rubeū aut albū. sꝫ ꝯstōne sit tenue: qd anodosiꝫ faciat p venas ꝛ totū corpus pcurrēs. h̄. n. cū virtutis maxie dari dꝫ ne cadat virtus. ꝛ eo ne pdita piclitet᷑ reiterare festinemus. Et. A. qdē sumēs supradictū vbū Ga. dixit. vinuꝫ ꝯfert ei in pn^o rei. ꝛ ꝓprie si fuerint febres coꝝ sanguinee sꝫ pauꝝ sumat ꝛ ꝓprie in senib^9. vbi dicit qdā q̄ Sera. trāslator errauit h̄ cū dixit. si febres fuerint sanguinee. nā h̄ est sermo de flātica. Et iō dñt repiri aliā lrām q̄ dicit. si non fuerint sanguinee: sꝫ. sup. ex flāte sanguini nō pmixto. Aliq tñ conant᷑ saluare pmā lraꝫ exponētes sanguinee. i. ex flāte sāguini pmixto vel saltē in corporib^9 sint nālr sanguineis vł sint de flāte ꝓpinquo nāe sanguinis facile ꝯuertibili in sanguinē vt de flāte nāli vel dulci: q: in oib^9 istis casibus magna ꝛ velox fit resolō: magna in eis sollicitudo hñda est ad virtutē. Et fortasse nō intellexerūt Gal. ꝛ Aui. p pn^m p^{ri} ntiū morbi: sꝫ post tres dies vel q̄tuor. qm̄ lꝫ iā his cibū dare. Et fortasse intellexerunt. q̄ in pn^o ꝓpe ꝛ in oi ēt tpe. sed expresserunt de prio pn^o. in quo vr̄ min^9 vinū ꝯuenire. Dꝫ aūt vinū istud esse aquosuꝫ. i. nō vinosuꝫ potēs ne multuꝫ inflāmet vel aq̄uꝫ nō ad aq̄tū in casu in quo nō vinosuꝫ nō repit᷑. Et sit aq̄ q̄ ei admiscet᷑ q̄titatis req̄site sm̄ potētiā vini ꝛ sm̄ gradū dispōnis febris ꝛ dispōnē mae febris. Ego vsus sū loco vini aq̄ buglose cū zuc^o vel melle aromatizata cū xiloaloes bono ꝛ inueni vtile q̄ ēt sola cū xiloaloes ꝯuenit odorata ꝛ irrorata sup faciē. ❡ De his. dixit Rasis. 16. cōti. ꝛ si ad curā vocatus nō es nisi postq̄ aduenerit sincopis si in nullo mēbroꝝ nobiliū est apa ciba eos modico pane cū aliq tpe vini velociter penetrātis. Q. si tps est nālr calm ꝛ aer regiōis q̄etus suffocat᷑ des vinū cū aq̄ frigida ꝛ si nullū istoꝝ fuerit da cū aq̄ calā. Jn q̄lꝫ. n. alia dispōne dādū ē cū aq̄ calā. potus nāq̄ calus laudabilior ē frigido in hieꝫ qm̄ calm. s. actu ꝯfert in digerēdo grossos ꝛ globosos hūores. debes aūt subtiliare regimē eoꝝ sm̄ q̄ poss ē in febricātibus. Et subdit. vinū limphatū vel aqueū iuuatiuus est his ēt a pn^o. egritudinis si febris nō est fortis. Rero aūt accidit febrē hmōi eē fortē. Et cū h̄ si patiētes fuerit senes vinū ē iuuātius: nā cū senib^9 accidit talis morbus debes p^9 cibū dare vinū: ꝛ ꝓpe qñ tps interpolatiōis fuerit tpatū. Dixit Aui. necēū est eis vinū p^9 cibū. s. cū iā digestus ē cib^9 vt sit ille pot^9 delatiu^9 cibi: ꝛ tē dꝫ eē ꝯueniētis q̄titatꝫ. posset ēt i casu necītatꝫ dari vinū p^9 cibū ēt añ ipsi^9 digōnē qñ vr̄^9 reqrit ꝓp appropinq̄tionē ad sincopi. ❡ Jn dictis ēt itēciōib^9 curari dꝫ febris sincopal' minuta facta a flāte subtili: nisi q: i hac nō indigem^9 tāta subtiliatōe ꝛ calefactiōe hūoris. Et i hac securi^9 possum^9 admistrare euōnē ꝓp obediētiā maiorē quā hꝫ h̄ flā eductiōi p farmaca. ❡ Jn cura āt sincopal' hūorose fcē a colā grossa: dix. Aui. Si fuerit in eo hūor colic^9 aliqs tūc facilior ē vomit^9. Et vōit^9 qdē ꝯuenit qñ colā ē mixta flātib^9. Juuat. n. colā siue g̊ssa sit siue subtil' q̄tis subtilis pl'is ad h̄ vt flā facili^9 vomitu expellat᷑. Q: si colā absq̄ flāte i cāu fuerit siue grossa siue sbtilis vōit^9 adhuc pl'is ꝯuenit q̄uis cū colā fuerit subtil' vōit^9 sit facili^9 ꝛ magis ꝯferēs. Et fortasse ad oñdēdū q̄ vōit^9 ꝯuenit in hūore colico q̄cūq̄: dix. Aui. si affuerit hūor colic^9 aliqs. s. q̄cūq̄ sit ille. ꝛ iō ꝯuenit ēt i sincopali minuta vt appebit. Et subdit Aui. ꝛ si leniat᷑. s. vēter ei^9 in q̄cūq̄ ēt hūore colico ē iuuatiu^9. Quidā tñ exponūt ꝛ si leniat᷑. s. vōit^9 q̄si voluerit q̄ vōit^9 nō fortiter ꝓuocet᷑: sꝫ leuiter. nā vōit^9 leuis ē q̄ ē iuuatiu^9. Et clysteria qdē i hūorosa colica sr̄ iuuatiua valde. Fiāt g̊ p̄ lenitiua: deinde gradatiꝫ pcedat᷑ ad fortiora. Fricationes ēt ꝯueniūt ꝛ abstinētia a cibo. tñ fricatiōes dñt esse leniores: ꝛ nō tm̄ plire. Et abstinētia dꝫ esse minor q̄ in hūorosa flātica. Et sir totū aliud regimē dꝫ esse remissuꝫ i calefactiōe aut tpatū ꝛ in dispōnib^9 ꝛ tpib^9 calis dꝫ ad

De euōne fienda solū per clysteria.

De alteratione.

Cibus ꝛ potus.

De vino.

Cura humorose a flāte subtili.

Cura eius a colera.

frigiditatē leuē declinare. Et syrupus qdē acetosus simplex cū aq̄ lupulor sumpt⁹ est digestiuū bonū in hac materia.

Cura sin/copal' mi/[illegible]

De cura sincopal' minute: dix̄ G.12.terap. ex diametro ɔ̄rie tibi sūt he dispōnes.s.sincopalis minuta ⁊ hūorosa a stāte. intelligēs in mō curatiōis. Et iō auxilioꝝ spē ɔ̄rarissima indigēt. locādi ḡ hi sūt i aere frido ⁊ hūido vt inspissef cutis: ⁊ sic ꝓhibeaf euaporatio. Et dix̄. patiētes sincopalē ab hūorib⁹ calis sūt sbtiles.i. apti i poris vl' sbtil' i. macri sūt ⁊ euaporāt citissime. curādi sūt hos nutriētes pau latī ɔ̄tinue. si tn̄ hos a pn° suscepim⁹ v̄tute robusta adhuc nō nutrim⁹ paulati ɔ̄tinue: sz q̄ p̄nt sel' datū suscipe cibuz nutrim⁹ mltū dādo d̄ cibo. nutrire tn̄ necariū ē q̄cuq̄ hoꝝ ⁊ dēsare supficiē. ⁊ aer fridus ⁊ stiptic⁹ faciēdus ⁊ stipticā/tib⁹ vnctiōibus vngēdi sūt. iōq̄ fricādi nō sūt. Et cibi dādi sūt nō pati valde fluere nō medicratū nec succus ptisane siue aq̄ ordei ⁊ panis ⁊ sorbitiōes ɔ̄dri ⁊ fruct⁹ stiptici difficile cor/ruptibiles. dāda aūt sūt his q̄nq̄ oua ⁊ maxie vitelli coꝝ. difficile digestibile ē.n. albume: ⁊ testicl̄i galloꝝ. s. nōdum coeūtiū cū lacte nutriti.i. d̄cocti ɔ̄pati cū nutritoꝝ.s. gallo rū cū lacte. ⁊ q̄nq̄ dāda sūt his cēbra porcis. Ras.16°. ɔ̄tin̄. hz arietina cū dn̄af assa: q̄nq̄ assatio hoꝝ cerebroꝝ: si nō fuerit ɔ̄dn̄abil' erit magni nocu⁹. Et G. dix̄. oua q̄q̄ diligē ter cocta sint nō sāguinolēta data nec albū ei⁹. Et vlt̄ dixit G. oia gerēda vt g̃sliox fiat hūor mā ⁊ densef cutis ⁊ ꝓhi/beaf trāspiratiōes. ⁊ dix̄. necariū ē his aq̄sum vinū mox a pn° i cibarijs: ⁊ sic regēd⁹ ē vsq̄ ad tertiū. vl q̄rtū diē. Q. si vt spam⁹ ꝓcedif cānosa cibaria supaddim⁹ ⁊ max' p⁹ q̄rtū. diē iā hūorib⁹ q ad has febres g̃iant in coctiōz veniētib⁹. Et dix̄. his cōpetit cibū dare an̄ po^m. ℭ Dix̄ Al. oz eis ad/biberi q̄ ispissent: ⁊ n̄ eūent.i. apiāt ⁊ diaforesim faciāt. die ta ḡ eis ɔ̄ueniēs ē succ⁹ ꝓcalfica ⁊ panis cū idromelle rob. aut cū onfancino melle ⁊ galloꝝ testicl̄i ⁊ lactuca ⁊ itube ⁊ pisces duras carnes hn̄tes boni chimi ⁊ mala ⁊ nuces ⁊ pira: ⁊ h̄ nō subito: sz ꝑ ptes dari debēt vt cito n̄ grauef cū sincopis exagitaf: sz magi v̄t⁹ augmētaf. Et vinū his ɔ̄ue niēs aq̄su oz dari nō vetustū: sz aq̄tū oz bibē. ℭ Dix̄ Aue. 7°. coll̄z. Illis qb⁹ ꝓuenit sincopis ex caliditate ⁊ acumine q̄s scire poteris: q̄ ex eis sūt nares acute oculi ɔ̄caui tipora plana ⁊ sim̄a ad ɔ̄seruationē istoꝝ n̄ idigem⁹ abstinētia ci/bi neq̄ respicere diē creticū neq̄ statutuz egritudinis aliq̄ mō. Et ex ɔ̄ueniētib⁹ cibis eis ē mica panis vel kist or/dei cū granis granatoꝝ. ⁊ ex cibis ēt q eos hn̄t ɔ̄fortare sūt vitelli ouoꝝ ⁊ testicl̄i galloꝝ ⁊ pulle pue. ℭ Et Aui. dixit. viuificef v̄tus cū cibo paulati ⁊ sit cib⁹ ei⁹ sic panis de si/mila infusus i succo granatoꝝ ifridata si d̄siderat ipsaz ⁊ silr in aq̄ de fructib⁹. s. stipticis: ⁊ si indigef carnib⁹ sint ex pullis ɔ̄ditis cū aceto vel agresta ⁊ silib⁹ succis. Et xi^a ter/tij ca°. de sincopi q̄ accit febricitātib⁹ ad ꝓhibēdū sincopi q̄ accit in pncipijs po^{is}: ꝑp effusionē col'e ad stōz eoꝝ dix̄. opz vt def eis an̄ po^m aut apō po^m. sup. ⁊ ēt i ipso pn° po^{mi} si erratū fuerit: pāis d̄ sim̄a cū aq̄ ḡnati aut aq̄ agreste. q̄ ɔ̄for taf p h̄ stōus ne recipiat ⁊ remittaf calor ipsi⁹. Un̄ ꝓhibea tur aduētus col'e ad ipm. ⁊ si pur venerit d̄fendif stōus ab ipsi⁹ mordicatiōe: q̄ ibibif col'a in pane illo ⁊ remittitur acuitas ei⁹ nec ēt sic imediate adhēt stō ad mordicādū. Et si necari⁹ fuerit vōit⁹ illi⁹ col'ē facili⁹ fiet q̄z in ieiunio. Et de ɔ̄ueniētib⁹ ap appropinq̄tionē sincopis an̄ pn^m po^{mi} ē panis infusus in vino liphato cū aq̄ rob. ⁊ pot⁹ vini lipha ti cū aq̄ veri frigoris. Dix̄ Aui. iduat i die multotiēs cami/siā infusaz in aq̄ rob. sup. ⁊ expssaz vl' i aq̄ mixta cū cāpho ra ⁊ puluere sandaloꝝ. Et dix̄. nutriaf multū.i. ꝑ bonū spa tiū an̄ accessionē ex carnib⁹ pulloꝝ ⁊ edoꝝ alteratis cū la ctucis ⁊ ɔ̄ditis cū agresta ⁊ silib⁹ ⁊ sepe bibat aquā fridaz cū succo fructuū. Dix̄ G.12°. tera. ⁊ scribif sic.16°. ɔ̄tin̄. Cū h̄ morb⁹ supuenerit cuidā iuueni dedi ei nutri^m q̄lz die an̄ [illegible] febris: Deide: q̄n̄ nō dedi ei nutri^m sciēter i vno die. supuenit ei isultū po^{mi} cū sincopi. Dix̄ Aui. tota itētio tua sit in ɔ̄fortatōe v̄tutis ⁊ ɔ̄dictōe sincopis. nā h̄ egri⁹ ex ma litia sui accn̄tis. ⁊ ne v̄t⁹ cadat reqrit q̄ oi tpe ⁊ hora infir/mus nutriaf ⁊ regaf cū reb⁹ cor ɔ̄fortātib⁹ ⁊ refrigerāti/b⁹ calorē ⁊ spm̄. nō.n. hz egri⁹ i cibatiōe horā electā. ℭ De intētiōe āt ad eūonē iā dcm̄ ē. ℭ De vōitu ⁊ solōne leniti/ua qd dixerit Aui. Inq̄t Sera. Si cā sincopis fuerit hūo/res mordicatiui mali: dam⁹ eis i potu aquā calidā. i. tepi/dā aut cū oleo aliq̄ ⁊ facim⁹ eos vōere. Si āt vōit⁹ ē difficil' sup eos calefacim⁹ i pnris loca ꝓpinq̄ stō ⁊ man⁹ ⁊ pedes. Si āt sic nō vōerit itromittim⁹ i os digitū. ⁊ si sic nō vōerit damus eis oleū calefactū. hoc.n. mouet vomitū: multum. verūtn̄ lenit ēt vētrē: ⁊ lenitas nāe in istis est iuuatiua val/de: ⁊ ꝑp h̄ q̄n̄ n̄ lenif est necīū nob̄ vt adiuuem⁹ cū suppo/sitiōe scief aut suppositorio ꝑ. Dix̄ Aui. oio custodiātur ab oi eūone. s. ꝑter lenitiuā ⁊ vōitū leuē. Dix̄ Al. vitef oē sudar/faciēs. nā sudor si āplior fuerit ex sincopi laborās i magnā v̄tis d̄bilitatē ⁊ v̄t⁹ ei⁹ sic sudādo d̄ficit. Dix̄ Al. t'tij xi^a. sō/mis mltotiēs addit i sincopi. ⁊ clystē hn̄ ē magis ɔ̄ueniēs. Dix̄ Aui. nllo mō i tali fe. extrēa fricēt'. q̄ tal' frica° trahit calorē ex̄. ⁊ sic dimittif pn^m. Et ēt cū ista febris sit ex cā cali/addif in aug^m ipsi⁹ ⁊ malitiā ꝑ fricationē: cū ois frica° irri tet calorē ⁊ spm̄ euaporar̄ faciat: ⁊ sic i tali casu iducit sinco/pi. imo ⁊ mltotiēs ⁊ mortē ⁊ sincopi quā iuenit augmētat.

Cura aūt sincopal' minute scē a melia q̄si sz mediū inter curā hūorose slātice ⁊ curā minute colerice. ℭ Et. tyriaca qdē in oi sincopali fe. ɔ̄uenit. Verūtn̄ in scā a stāte vel melia oz dari cū aq̄ melisse ⁊ buglosse: ⁊ i colica cū aq̄ vi frigoris p̄ima. Dix̄ Aui. q̄ tyriaca sic sūpta d̄ sui ꝓpeta/te oē d̄struit venenū: ⁊ si daf cū reb⁹ fridis colerā ⁊ ei⁹ ve/nenositatē d̄struit oio. ⁊ i h̄ ɔ̄ueniūt oēs: ⁊ vitas sic se hz.

De tyria/ca.

ℭ Et p̄dicte cure sūt hui⁹ febris q̄n̄ nō ē sincopis actu aut nō ē de ꝓrio futura. Ad remouēdū aūt q̄ iā scā ē ⁊ ꝓhibē/dū q̄ iā in ꝓrio futura ē oz medic⁹ toto opari igenio. Inq̄t G. vbi.s. In his febrib⁹ i qb⁹ ē spes salutis i oib⁹ q sine slō/ne egrotāt cū a pn° suscepim⁹ eos turpissimū mihi vr̄ sin/copizari hoiez: q̄si dixerit. si sic se nō exponat. q̄ sincopis nō supueniat fedū ē medico. Et tn̄ dix̄ G. q̄tidie accit egrū sincopizari: ꝑp insciaꝝ medicoꝝ. Extia tn̄ maxi' turpe ifir/mū sincopizari nō p̄dicēte medico neq̄ p̄pato ad ipz remo/uēdū: neq̄ ꝓhibēte ipsaz fieri. ℭ Prohibef aūt sincopis fieri h̄ mō. dix̄ Sera. si cā sincopis ē vehementia slōnis aut malitia po^{mi} febris ⁊ in iceptiōe piodi ifridanf man⁹ ⁊ pe des ⁊ v̄tus cadit cura ē vt calefaciam⁹ eos ⁊ fricem⁹ eos v̄tuose ⁊ stringam⁹ eos ⁊ ꝓhibeam⁹ eos a sōno ⁊ aliene/m⁹ eos a comestione ⁊ potu. Et dix̄. sup q̄s v̄o cadit vt cō/sequaf eos sincopis ⁊ inc ꝓriōe piodi cā siccitatis infūda/m⁹ aliqd panis i vino ⁊ dam⁹ eis an̄ piodū. Si aūt in ven/tris supfluū aut aliqd difficil' digōnis tūc pl⁹ fit fortis sup eos sincopis. ℭ Dix̄ Al. q ex magnitudine inflātiōes mal' fiūt ⁊ deficiūt in actiōib⁹. i. accessiōib⁹ fe. cū infridatiōe pe des ⁊ calefaciēdi ⁊ fricādi sūt fortit: ⁊ extreme ptes frican de sūt ⁊ detinere iubeo ab oib⁹ cibis ⁊ abstinere a potu. In cōmotiōe āt febriū optimū est p̄scire futurā actōz al' accēs/sionē. Et si an̄ accessionē ꝑ horas.ij. aut tres nutris ⁊ ɔ̄ti/nere facis pedes ⁊ man⁹ ⁊ iubeo nō solū dare cibos hn̄ di/gestibiles: ⁊ hn̄ coctos ⁊ emaditos: ⁊ si i actōe nimiū picu/lū eē ɔ̄sideras i ipa accessiōe das vinū sup aquā coctā ifu/suz: si aūt h̄ nō erit da panē vino ifusū. Mediocrib⁹ āt sin/copib⁹ tales cibos nō oz dari: sz sufficit aut ḡnata aut piras aut mala: aut aliquē fructuū stipticoꝝ dari. ℭ Et Hal. dix̄. si acciderit malitia fe. ⁊ hūor maloꝝ d̄fectio opz hora q̄ fe. accēdif ligari cruriū lacertos vberaq̄ ⁊ man⁹ ⁊ pedes atq̄ talos q̄ educaf ab iterorib⁹ corpis ad exriora mā ⁊ ab emi nētib⁹ ⁊ dignioib⁹ ad min⁹ dig^a ⁊ ꝓhibebis eos a sōno. nā sōn⁹ mās ad iteriora reducit ⁊ imergit calorē inatū. ꝓhibe ēt eos a cōestiōe ne forte occupef calor in ciboꝝ celebrāda digōne: ⁊ si i māe maf atōe: sz ⁊ i replōne addaf ⁊ exigua/

Modus quo ꝓhi/betur sin/copis fie/ri.

tur nālis calor. Si aūt siccitatis cā aliqñ in pn° accessiōis defectio aduenerit: oportebit añ accessionē cibos apponere: s; cū iudicio. nā si defectio difficilior ē panē infusum in vino veteri dabis. nā ꝛ si vinū febrē augeat: v̾tutē tñ ɔfortat ꝛ corpus pascit. dabis quoq; syrupū pomoꝛū ꝛ aquā: pedes quoq; ꝛ man⁹ illius liga ꝛ frica vtrūq;. Si v̾o defectio minime fortis fuerit ciba patiētē añ accessionē pomis piris aut granatis quo stōus cōfortet᷑ ꝛ ɔseruet᷑ vitalis v̾tus. Qñ aūt iā defecta febre d̾fectio acciderit. oportebit patientē pane cibare infuso in calefacto vino quo ei⁹ ad mēbra acceleret᷑ missio ꝛ humectet ea: ꝓhibeatq; desiccari. ℭ Aui. aūt dixit. vbi .ē. pulsui semꝑ esse intēdēdū. Et cum videris ipm incipe debilitari ꝛ cadere subito cibandū esse cū pane infuso in vino cōmixto si nō ꝓhibeat apā in visceribus. nā in h̾ casu derelinqtur intētio q̄ est ad morbū ꝛ solū intendit᷑ ad accñs. Uerꝫ dixit Aui. oꝫ vt ꝓhibeat᷑ illō .s. illa cibatio qñ iam est sincopis actu ꝛ qñ est apa in visceribus. ℭ Guil. ad ꝓhibēdū sincopim in minuta colica añ paroxismū ꝛ in horis maioris gētis dat troc. de karabe cū aq ros. ꝛ vino granatoꝝ berberoꝝ vel agresta ꝛ ribibus aut cū vino stiptico cū aq̄ frida valde multiplicata ad vinū. ℭ Et qdā dixit. his qb⁹ colā fluit ad stōm inducēs sincopim cibū dabis in pn° paroxismoꝝ ꝛ ante. sic eñi datus cibus stōm roborat vt venīētes ad se repellat humores. Sit aūt panis infusus in succo granatoꝝ muzoꝝ: qm̄ optim⁹ est stō laborāti colico humore vel in vino limphato vt multiplicet spūs ꝛ velociter penetrādo ad cor v̾tuti succurrat si expedit. Et qñq; oportet eos facere vomere cū aqua ꝛ aceto: s; superuēiēte febre post horripilationē p̄cedētē nō det᷑ cib⁹ vsq; ad declōnē. cū tūc humorē currere nō ꝓhibeat. s; ad grauedinē ꝛ angustiā addat. Declōne v̾o succedēte det᷑ cibus eius pfectiōe nō expectata. Cū .n. hi siccū habitū hēant ꝛ solutā virtutē nisi ꝑus hūectētur ꝛ ɔfortent᷑ cibo ꝛ potu febris pfecte declinare nō poterit. ℭ Cūq; sincopis iā; actu fuerit cura est: dixit Gal. 12°. tera. Si v̾o sincopatis iā dederis sine flōne exñtib⁹ in his q̄ dixi locis. dādū esse panē nō multū vini hn̄tē. qm̄ reditionē faciet citā ꝛ cōfestim ad fricationē eūandū. Et siqdē fuerit estas vel ɔstitutio calā cū aqua frida dādū est vinū: si v̾o eꝫ cū calā. Et scias. ꝙ si nil p̄dictoꝝ fuerit vel obsteterit qcōq; tēprādū oī mō oximel ꝛ vinū dare calidū: qm̄ melius est calm cooperans digōnē humorū crudoꝝ. Et dixit. in his eligēda sunt vina saporosiora ꝛ calidiora ꝛ si patiēs vsus fuerit vino dulci nihil ꝓhibet dare qō dulcius est vt v̾nacinū: s; in his vina grossa fugiēda sunt vt nocētia ꝛ aquosa ēt vt inoꝑabilia: ꝛ h̾ in sincopali ex flāte. In his aūt q sincopim patiūtur ex hūorib⁹ calis coacervatis circa stōm vel ēt aptis illic coacervari frigidū actu dari opꝫ potū vinū .s. aliqō nā calm. nā tale aptū est oib⁹ q sincopizāt: qm̄ volum⁹ in his cibū reddi mēbris ꝛ nō in stō manere. talia aūt vina st̄ in colore rubea in suba subtilia ꝛ etate vetera: nō tñ amara sint p̄ vetustate: ꝛ max° in his q̄x stōus a xanta ledit᷑ cola: q2 talia vina sunt inutribilia inodorabilia ꝛ idelectabilia stōꝫ ɔtristātia: s; debent eē odorabilia: ꝛ talia ex qb⁹ mixtis cū pauco cibi possē sit bibēti sentire calitatē in totū corpus ire. Optia igit᷑ vina sūt q̄cūq; austera extrīa .s. moderata austeritate iā stipticitatē amiserūt pp̄ vetustatē ꝛ manifestā hn̄tia caliditatē sufficiēter. hec .n. delectabilr̄ accepta vniuersa faciēt qb⁹ idigem⁹ in his quoꝝ stōus est colericus. nā digōni ꝛ redditiōi nutrimenti ad mēbra sunt coadiuuātia ꝛ malitiā humoris mitigātia ꝛ calidū habitū operātia ꝛ stōm roborātia. Et s̄bdit Gal. scrutari aūt opꝫ añ oia q̄lis ē laborātis nā si qdē imbecillis capite fuerit ꝛ facile a calidis vinis replet᷑ ad ea q̄ minus calida venire magis oꝫ. Si v̾o fortis capite magis fuerit ꝛ gaudēs talib⁹ vinis vel assuet⁹ est sine tristicia ea ferre vtendū est eis audaciter. Caput .n. grauātia ꝛ replentia sunt q̄ntū est in se ipsis oia vina odorifera ꝛ imbecilli capiti nociua. ℭ Dixit Aui. in cap̄ de sincopi superuenīēte febricitātib⁹ pp̄ colerā effusā; ad stōm eoꝝ. si indigēs .s. pp̄ v̾tutē det᷑ pmixtū cū .ʒ. iij. de vino antiq̄ nec timeas in tali casu dare vinū l; sit a caliditate ꝛ vinū sit calidū: qm̄ dixit A. qñ aggregant᷑ sincopis ꝛ febris tūc sincopis est dignior curatiōis. Et subdit Aui. si v̾o nō .s. indiget᷑ vino vel nō habet᷑ vel nō vult patiēs accipere pp̄ legē: vel q2 nō est cōsuetus bibere vinū: tūc det᷑ syrupus de mal' antiqs vt superfluitas aquosa resoluta sit ab eis. Et subdit Gala. ꝙ si in sincopalib⁹ siue a colā siue ab humorib⁹ grossis penuria fuerit vini cōueniētis fugiēda sunt oia austera .i. pōtica nō min⁹ aq̄s: ꝛ noua fugiēda sunt ꝛ grossata. Eligēda v̾o sunt aq̄sa: ꝛ maxime si vetera ɔtingat esse in penuria vini ɔueniētis. ℭ Amp. in curatiōe hui⁹ febris tā in p̄seruatiōe a sincopi q̄; in curatiōe pñtis sincopis adducēdi sunt canones ipi⁹ febris q̄cūq; sit qñ fuerit sine sincopi ꝛ ēt cast. curatiōis sincopis tā ante sincopim q̄; in sincopi q̄; ēt post sincopim dicēdi in sermone 4°. in cura sincopis afferēdi sunt ad locū; istū. ℭ Dixit Aui. in sincopali minuta colerica cū euadūt a sincopi tēde cōsuetudinē: ꝛ est vt cibet᷑ sauich ordei infrigidato in quo sint grana granatoꝝ. ℭ Dixit Guil. si sincopis superuenerit ꝛ os cū dentibus clauderet᷑ apiat᷑ os secure cū aliquo instr̄o ꝛ ꝓiciat᷑ in os infirmitāra vt trāsglutiat᷑ aliqd de aq̄ frida in q̄ sit vinū de granatis muzū vel forte idest acetosū: ꝛ ponat᷑ i ipa aq̄ vel vino micha panis ablata. vel aliqd de aq̄ ordei cū dicto vino vel alio sili aut aliqd de vino stiptico cū aq̄ veri frigoris mltiplicata .ē. vinūr ꝛ intellexit in colica minuta. In hūorali aūt cōpeteret aliqd de vino odorifero limphato cū aq̄ melisse vel buglosse.

ℭ De febre composita cū rigore. Cap. xxv.

Teligatur rigor q in febrib⁹ diuertit ad se curā sciendum est vt ait Aui. p° q̄rti: rigor in febribus eueniens est triplex. vn⁹ est seq̄ns ad sudorē ꝛ iste ē duplex. vn⁹ q seqt᷑ sudorē añ totalē eūonē m̄ïe facientis sudorē siue q̄ cū illo sudore oꝫ expelli de quo dixit Aui. ꝙ regimine nō indiget: eo ꝙ velocit᷑ cū rectificat᷑ p cōplemētū sudoris ꝛ si regimie indiget illud regimē est facile ꝛ est silr̄ regimini sudoris cretici. ali⁹ est 2° rigor eueniēs añ cōplemētū sudoris ex quadā leui reuocatiōe caloris ab exteriorib⁹ ad sitū pn̄m a q̄dā irritatione v̾tutis motiue musculoꝝ ad expellēdū m̄āē religas. de quo dixit Aui. 3° q̄rti de signis bonis. horripilatio accñs post eūonē est d̾ signis bonis exp̄mēs de eūone p sudorē. ꝛ h̾ ēt regie nō indiget: s; rectificat᷑ velocit᷑. Uerūtñ ante cōplemētū sudoris euenit rigor fortis ꝛ ꝑdurās ꝛ est malus sicut dixit Ipo. 3° afo. In sudore rigor malū. significat .n. m̄ām rebellē ꝛ n̄āe resistentē in sua expulsiōe ꝛ hic rigor regimine indiget. nō eñi velociter neq; facilr̄ remouet᷑. ℭ Secūdus rigor est q accidit per crisim: ꝛ hic aliqñ antecedit crisim. ꝛ indicat ipsā; ꝛ est eueniēs in statu maxime febriū acutaꝝ m̄ā iam digesta: de quo loqtur Ipo. in afo. a causone habito rigor superueniēs bonū. ꝛ hic regimine nō indiget nisi superfluat: ꝛ aliqñ accidit rigor in crisi ꝛ est malus significans pditionē: ꝛ regimine non indiget: sed solū ꝓnosticatione future mortis. ℭ Tertius est rigor eueniens ex sparsione m̄āe super sensibilia mēbra ꝛ reuocatiōe caloris ad intra sicut est qui accidit in principijs paroxismoꝝ febriū ꝛ est duplex. vnus leuis ꝛ alius fortis. Et leuis non indiget regimine nisi in hoibus multe sensibilitatis. Fortis v̾o regimine indiget: ꝛ variat᷑ autē regimē eius s̄m maiorē intēsionē ꝛ minorem s̄m diuersitatē cāꝝ eius. Nā rigor qdē nō multe intēsionis eget calidis nō multū intēsis. fortissimus autē eget calidis fortibus ab intus ꝛ ab extra approximatis. Et si quidem m̄ā faciēs rigorē est multa: euāri oꝫ ꝛ diuerti ꝛ maxie ad extrema. Et eūo qdē fiēda est digōne p̄missa cū; medicina approp̄ata m̄āe faciēti rigorē. Et aliqñ fit eius eūo in ipso

Margin notes:

Cura sincopis actu existētis.

Rigor in febribus euenie(n)s triplx.

Cura rigoris indigētis regie.

rigore vel an̄ ip̄z ⁊ maxiᵉ p̄ vomitū leuibꝰ tn̄ iductū: ⁊ diuer
sio mãe fiat ꝓprie an̄ rigorē p̄ horā vel ēt in ipso rigore cū
fricatiōibꝰ ꝓpe extremitatū ⁊ ipsaꝝ ligaturis ⁊ cōpressio-
nibꝰ dolorosis ⁊ pone ipsaꝝ in aqua vel lixiuio bene calō.
¶ Dixit Aui. q̄ leuis rigor qn̄q̄ sedat̄ cū ligatiōe extremi
tatū ⁊ fricatiōe facili ⁊ cū calefactiōe coopture pānoꝝ ⁊ cū
inunctiōe cū oleo de aneto ⁊ de camomilla ⁊ silibus si indi-
get ea.s.inunctiōe. q̄n dixerit.si nō indeget: q̄ alia sufficiūt
nō inungas. ꝓscripta.n.iuuāt in facilitādo motū mãe ad

De applicādis ad extra.

exteriora ⁊ reuocando ab interioribus calorem ad extra.
¶ Si quoq̄ rigor sit fortis dixit Auicen. q̄ quando per-
seuerat siue sit in febribus siue in alijs idest absq̄ febre opꝫ
regimē adhibere per exterius ⁊ per interius approxima-
ta. p̄ exteriꝰ qdē oꝫ inq̄t ligētur extremitates in locis pluri
bus: q̄r in coxis.s.genua circa q̄tuor digitos ⁊ silr in bra-
chijs.s.cubitū: sed ꝓsoluant̄ ligature: ⁊ nō diu morētur: de
inde iteꝝ: ⁊ iterū iterētur s̄m exigētiā. Et oꝫ vt multi pāni
calidi applicētur extremis ⁊ testiculis ⁊ mirach ⁊ pectori
⁊ toti dorso: vel loco coꝝ si nō sufficiunt apponant̄ testule
vel lateres aut tegule calefacte ⁊ pānis inuolute vel capsu
la lignea intus ferreis laminis circūdata in qua ponatur
frustū ferri fere ignitū q̄ applicētur maxime extremis q̄ tn̄
hincinde ducant̄ vt cōicet̄ calitas eius toti. Et sunt q̄ appo
nūt vinoferos stāneos vel eneos repletos aq̄ feruēte sim-
plici vel in q̄ decocta sint camomilla sansucus ⁊ silia: ⁊ po-
nūt in manibꝰ patiētis balas vitreas rotūdas plenas aq̄
calīa. Et q̄dcūq̄ his silr igeniū ad calefaciēdū aptū ꝯuenit
Et oꝫ vt cooperiat̄ caput ⁊ facies ēt cōmode: ita vt ꝑueniat
anhelitꝰ ad iferiora vsq̄ pectꝰ. ¶ Et iunctio fiat. dixit A.
cū oleo cāomillino ⁊ modico lilij ꝓpe celestis.i. oleo yrio.
Et sūt q̄ ꝯfortāt istud oleū addēdo cardamomū ⁊ castoreū
⁊ rutā ⁊ pip̄ ⁊ piretrū ⁊ aliq̄n sinapi rasaꝫ. Et de ꝯferētibꝰ
sunt oleū de pip̄ibꝰ costinū oleū de piretro vel de sinapi ⁊
silia. Et sunt q̄ decoquūt medicias calīas in aq̄ simplici vel
in aq̄ sublimata ex eruca vel ozimo aut in lixiuio aut i vino
deīn colāt ⁊ supimittūt oleū cū q̄ iungere itēdūt: deīn ꝺco-
quūt ad ꝯsūptionē aq̄ lixiuij siue vini: ⁊ cū illo oleo q̄d re-
māsit iungūt: maxiᵉ sup̄ nucā ⁊ iūcturas ⁊ ēt alijs locis in
q̄bꝰ lesio rigoris ꝑcipit̄ iterādo eā s̄ꝫ q̄ videbit̄ expedire.
Scias tn̄ q̄ dimissio inūctionū maxiᵉ in rigore febriū me-
lior ē: q̄r iunctio tal̄ remoto rigore adauget calorē febrileꝫ
multū. Et iō loco iunctiōis meliꝰ est vti saccellis medicinis
calīs trituratꝗ repletꝗ q̄ loco vbi oꝫ calefacti apponāt̄. Si
tn̄ hūor eēt multū fridus q̄ febrē facit aut eēt rigor sine fe-
bre iunctiōes dicte cōpetūt. ¶ Et dix̄. A. q̄ itroitꝰ i oleū le
nis calitatꝗ.s.actual̄ q̄ possit tolerari: ⁊ac ēt leuis calitatꝗ po-
tētial̄: vt cōe vl̄ cāomillinū est iuuatiuū valde. Et h̄ maxᵉ in
mã multū frida cū febre vel sine febre ꝓpe q̄n adesset deū-
tas poroꝝ. nā tale balneū calefacit ⁊ relaxat poros. Et sūt
q̄ loco balnei olei vtunt̄ balneo aq̄ decoctiōis mediꝰꝰ cala
rū: ⁊ q̄nq̄ fit cū ea stupha. oꝫ aūt in admistratiōe p̄dictorū
adhiberi tp̄ibus fridis cautela ⁊ custodia magᵉ ne ꝑueniat
ad patiētē aer fridus. Et ꝑꝑ hāc cāꝫ q̄dā loco balneoꝝ vtū
tur epithimatibꝰ factis cū pānis duplicatꝗ in supradictis
oleis aq̄s lixiuijs vel lanis bn̄ calefactis infusis ⁊ exp̄ssis
locis ōbiꝗ applicādo illos. nō cōpeterēt āt p̄dicta i mã calīa
subtili: imo i tali casu dix̄ A. q̄ sedat̄ rigor eiꝰ cū aq̄ calīa le
uis calitatꝗ ⁊ iclinatiōe sup̄ vaporē eiꝰ. Et p̄ma p̄dcōꝝ i ri-
gore febriū debēt approximari ⁊ fieri an̄ rigorē p̄ horā vel
circa. nā tp̄e aduētꝰ rigoris nō possent cōmode fieri. ¶ Et
scias q̄ aq̄ vitis vtilr epithimat̄ locis ꝯueniētibꝰ cū mã ri-
gorē faciēs multū frā fuerit cū febre siue sine febre. Et ō vti
libꝰ est succꝰ crethemise vl̄ artemisie solus iunctꝰ spine aut
mixtꝰ cū oleo antiq̄ ⁊ modica cera: s̄ꝫ opꝫ q̄ fortiter fricet̄
donec ibibat̄ ⁊ calefiat locꝰ. aufert.n.tipū. ¶ Per iteriꝰ vō

De applicandis ab intra.

approxiata curat̄ rigor oīs s̄ꝫ itētiōeꝫ digōnis mãe ipsiu-
sq̄ icīonis ⁊ diuersiōis ⁊ alteratiōis: ⁊ aliq̄n ꝓhibitiōis mo
tꝰ eiꝰ sil̄ obtūdēdo sensuꝫ patiētis. Et digō quidē fit s̄m q̄
mã exigit igrossando sbtilē sbtiliādo g̃ssaꝫ ⁊ icidēdo visco-
saꝫ cū his q̄ dcā sūt in cura febriū. Et silr euo fiat cū cōpetē
ti mediᵉ: sic ēt i dictis curis dcm̄ ē siue p̄ vōitū siue p̄ secessū
fiat. Et fiūt tāto tp̄e an̄ p̄nᵐ poᵐⁱ q̄ eiꝰ opatio cōpleta sit an̄
iceptionē rigoris: nō aūt rigoris tp̄e fiat nisi in casu magni
ꝑiculi ⁊ p̄cipue in rigore cū febre. In rigore āt sine febre cō-
modiꝰ possꝫ fieri: imo dix̄ A. q̄n est rigor prauus laborio-
sus ꝓpe sine febre dent̄ in potu pillule fetide: q̄m sunt sani-
tas eiꝰ. Et in h̄ casu multū valēt yere magᵉ. Silr q̄ꝫ mã di-
uertat̄ put in p̄cedētibꝰ dcm̄ est. ¶ Alteret̄ g̃ mã calīa acu
ta mordicatiua cū fridis frāgētibꝰ acuitatē ⁊ mordicatiōeꝫ
eiꝰ cibis ⁊ potibꝰ ⁊ medicis: ⁊ mã frida cū calīs cibis ⁊ po
tibꝰ silr ⁊ medicis actu calīs. Vn̄ dix̄ A. q̄nq̄ est necūꝫ: vt
det̄ eis in potu vinū calefcm̄ vt sit calīm actu: ⁊ oꝫ eē vinuꝫ
potēs ⁊ purū: ⁊ cibi ēt calefacti.s.actu calī. Et dix̄. fortasse
ꝑꝑ rigorē a cā calīa sbtili in q̄ nō actu calī: s̄ꝫ fridi dari debēt.
Et isti cibi ⁊ potꝰ cibales debēt exhiberi an̄ rigorē nō in eo
nisi ad tūc dādū cogamur ꝑꝑ ṽtutē. de calīs aūt medicinis
sūt diatrionpipeon eliuꝫ de mētastro diacalemētū diacimī
nū diagalāga ⁊ silia. Et dixit Hal. 3° practice. si de agarico
bibat̄ vsq̄ ad exagiū vnū ꝓderit rigori q̄ de hūoribꝰ sit flā
ticis g̃ssis ⁊ viscosis.s.sbtiliādo ⁊ alterādo eos ⁊ fortasse ēt
educēdo eos p̄ vomitū vel secessuꝫ. Et A. dix̄. oēs medicie

Medicine bone et experte.

forꝗ ꝓuocatiōis.s.sudoris iteriꝰ supte icidūt rigorē. ¶ Et
de medicis bonis singularibꝰ est costus ⁊ agaricū: verūtn̄
agaricꝰ dꝫ dari in pua q̄ntitate q̄ calefaciat ⁊ subtiliet mãs
fridas g̃ssas ⁊ nō soluat: si tn̄ moueret eas p̄ vōitū vl̄ seces-
suꝫ ꝯferret. ¶ Et de vtilibꝰ ⁊ mihi exptis ad sedādū rigo-
rē fortē in q̄rtana ⁊ tertiana nota ⁊ frigus forte i q̄tidiana
de flāte mucillaginoso ē vt an̄ iceptionē rigoris p̄ horā me
diā vel plus p̄missa fricatiōe det̄ ad bibēdū patienti de aq̄
vitis pōdus circa.ʒ.ij. cū puluere gar. ⁊ galāge: post cꝰ po-
tū iteꝝ fricet̄ sine itermissione. Et q̄nq̄ ꝯsueui eādē aquaꝫ
dare cū tyriaca antiq̄: ē.n. optia. ¶ Dix̄ Hal. ex v̄bo G. i li.
de rigore. Cū creat̄ i corp̄e hūor flāticꝰ vitreꝰ nō corruptus
g̃nat tremorē p̄ multos dies ꝯtinuos. Et dū ꝑmanet ho ge-
tus nec aliq̄ mō mouet̄ q̄escit tremor ⁊ cū mouet̄ seq̄t̄ euꝫ
motꝰ tremoris statiꝫ. Et est ipse tremor s̄m q̄ntitatē motus.
nā cū mouet̄ motu forti seq̄t̄ ip̄ꝫ tremor fortis. Et vidi hec
accn̄tia ⁊ curaui ea cū medicinis q̄ calefaciūt ⁊ diuidūt hu
mores grossos: vt diatrionpipereon ⁊ eliuum de mētastro.
¶ Et friditas qdē extremitatū in febribꝰ q̄nq̄ accidit ꝑꝑ

De frigiditate extremitatū et eiꝰ cāa et cura.

ep̄a magᵐ q̄d est in iterioribꝰ: ⁊ tūc regimē fiat a p̄atis.
Et fricētur ⁊ ponant̄ extrēa in aq̄ bn̄ calīa. Et q̄nq̄ fit ꝑꝑ
paucitatē caloris ⁊ sp̄ūs ⁊ sāguis: q̄re nō expādit̄ calitas
ad exteriora: vn̄ remanēt frida. Et curent̄ cū resumptiuis
alijs cibis ⁊ potibꝰ ṽtutē ⁊ calorē restaurātibꝰ nālē multi
plicādo sanguinē. Et cū fricatiōe extrēitatū cū vino sbtili
aromatico ⁊ decoctiōe rerū aromaticaꝝ calīaꝝ ⁊ fomēta-
tiōe testicoloꝝ cū eo ⁊ epithimatiōe p̄ncipaliū ꝓpe cordis
⁊ odoratiōe aromatū: maxie cū recipiunt̄ gal. cortic. citri
cināomi nucis mus. an̄. ℈.ij. storacis calamite. gra.iiij. mu-
sci.gra.ij. ⁊ recludit̄ puluis coꝝ in sindone deīo duplicato
q̄d sepe naribꝰ applicet̄: ⁊ q̄r muscꝰ aliq̄bꝰ nō est placidꝰ in
eis nō apponat̄. ¶ Dix̄ A. i cap̄ de frigore extremitatū q̄d
accit febriētibꝰ q̄ multotiēs ꝓfundat̄ calor eoꝝ ifridātur
extrēa ⁊ tēdit calor īmo ⁊ ꝓfundatꝰ ad caput.i. ad suū p̄nᵐ
vl̄ pl̄ꝫ tēdit ad cor ⁊ cerebrū ⁊ cura eiꝰ dix̄ a. ē vt ponāt̄ ex-
trēitates i aq̄ calīa ⁊ nō bibāt aquā fridā. sup. ⁊ fiāt alia re-
media q̄ dcā sūt. ¶ Motū aūt mãe sistūt q̄ea corpal̄ ⁊ aia-
lis: ⁊ aliq̄n necīe sunt mediᶜ narcotice q̄ sistēdo mãm sen-

De opiatis.

suꝫ ēt aliq̄liter stupefaciūt maxiᵉ in corporibꝰ multe sensa-
tiōis. Et sunt ex eis simplices ⁊ cōposite nō fermētate q̄ de
bēt exhiberi an̄ motū mãe ⁊ rigoris circiter horā vnā. Et
dix̄ A. de vna istaꝝ q̄ det̄ infirmo stāte erecto sup̄ lectū vl̄
scānū suū: q̄d iō dix̄: vt pillō videat̄ si ē forꝗ potēs recipe

medicinã opiatã nõ fermẽtatã. nã si põt sic stare erect⁹ sig^m est q virt⁹ ei⁹ sufficit ad illud: si aũt nõ põt tũc est debilis ⁊ ꝟtuti debili nõ oꝫ dari. Et laudauit Aui. vt recipiat agarici electi. ʒ.i. opij gra.i. ⁊ terant ⁊ infundant in aqua ⁊ colet ⁊ colatura det. sopit.n. infirmũ ⁊ somnuꝫ facit ⁊ mãm imobilitat p opiũ. Agaricus aũt corrigit opiũ ⁊ calefacit ⁊ subtiliat mãꝫ: sꝫ vtplũ nõ soluit neqꝫ mouet vomitũ: virtute expulsiua ente sopita per opiũ. Et si aliqñ mouet ipm aut soluit vẽtrẽ leuiter h̃ facit ⁊ ꝯfert: aliqñ tñ dant medicine opiate fermẽtate ⁊ antiquate nõ vt stupefaciãt: sꝫ vt reliquias materieꝝ consumant.

¶ De febre cõposita cũ sudore. Cap.xxvj.

Sudor creticus aut qui accidit in declõne paroxismoꝝ febrũ arcẽdus nõ ẽ q̃tũ pole fuerit nisi ptrãseat t'minũ ⁊ augmẽtet sic q ꝟtuteꝫ deijciat aut sincopi attrabat. Sudor ꝟo diaforeticus q ⁊ cardiacus dr: qui fit seu fieri solet. dixit. G. p⁹ ad glau. in fortib⁹ ⁊ acerrimis febribus calore febrili subtiliãte hũores ⁊ rarificante corpis ⁊ cutis poros: vñ fit q ꝯtinue virt⁹ deficit sic cõtinere nõ põt hũores qn fluãt siue boni sint siue mali cũ qbus multi exsoluũtur spũs: vñ ꝟtus ẽt in toto deficit corpe in actiõibus suis: vñ eger ponit in magno piculo: vñ sinthomaticus appellatur restringi oꝫ. ¶ Restringit aũt dieta ⁊ potiõe. Et dieta qdẽ oꝫ esse ingrossatiua opilatiua resũptiua tñ ꝟtutꝫ. Dix̃ Gal. vbi. s̃. ꝯstitues patiẽtẽ in pauimẽto aut i tesclo aut in tegresti quẽ frigida rorauerit aqua: ⁊ pone coraꝫ eo pueros vel puellas cũ muscarijs .i. flabellis ad depellẽdũ muscas ⁊ meliora muscaria sunt ex cãna viridi in recẽte aqua intincta: vt pstare possint veꝝ frĩn corpi ⁊ gutturi humidũ rorẽ q̃ sine intermissiõe fieri iube. Et Aui. dixit. opꝫ vt euẽtet locus ⁊ infrigidet: ⁊ si h̃ nõ excusat: tũc eger sup instro posit⁹ in quo pueri siue iuuenes solẽt in aere cõcuti qd qdẽ fit de ligno aut de funib⁹ cõmoueat in loco frigido: ⁊ si locus in quo deducit esset sup decursus vel manationes aqꝝ esset meli⁹. ¶ Et dixit. nõ oꝫ vt occupet in exiccando illud de sudore qd irrorãdo egredit faciẽdo exiccationẽ p⁹ exiccationẽ. nã illud est cã ad ipm ꝓuocãdũ augmẽtãdũ ⁊ multiplicãdũ. nã ei⁹ abstersio addit in ipm: qꝛ cũ dimittit igrossat ab aere frigido in poris ⁊ opilat eos. Et opꝫ vt nõ moueat neqꝫ fricet neqꝫ aqua calida balneet. In aq̃ tñ frigida balneari qñ sudor nõ aliter restringit ⁊ ꝟt⁹ est adhuc ꝯseruata ꝯuenit ⁊ maxie in cõsuetis illo. Dix̃ Aui. qñ vehemẽs fit res opꝫ vt ponat nix sup extrema aut sola teneant i niue aut balneent cũ aq̃ frigida si suffert eã: ⁊ nõ opꝫ vt eger coopiat. Et si aliqñ coopit opꝫ vt sit coopimentũ ex pãno lineo leui simplici nõ duplicato q pãnus frequẽter subleuetur ab eo ⁊ subito dimittat cadere sup ipsum: restringit.n. frequẽter sic supfluus sudor. Nõ autẽ fiat mutatio de vno sinthomatũ ad aliud vel de vna camisia ad aliã: sꝫ dimittatur h⁹ donec sudor restringat. ¶ Dixit Hal. itῷre ⁊ si locus vbi morat patiẽs calidus est amoue illũ in locum frigidũ quẽ aqlo ꝯcusserit vt ꝯfortet corp⁹ ei⁹: ⁊ sudor retineatur. ¶ Et oꝫ vt nõ multũ dormiat: qm somn⁹ multiplicat sudorẽ: ⁊ opꝫ vt cibi ⁊ potus coꝝ partiant in plẽs vices ⁊ sint bñ digestibiles ⁊ boni nutrimẽti in qb⁹ sit glutinositas ⁊ iuiscatio ⁊ sanguinis ingrossatio: ⁊ si tales nã nõ fuerit cũ ingrossantib⁹ decoquant vl' misceant: sint ḡ frigidi po^e ⁊ actu ⁊ stiptici. calĩ ꝟo actu ⁊ po^e ⁊ subtiliatiui oio vitentur. ¶ Pot⁹ qꝫ ei⁹ sit vinũ stipticũ vel põticũ rubeũ puũ ⁊ bñ liphatũ cũ aq̃ fridissima aut pot⁹ ei⁹ sit iulep ros. cũ frida. Dixit Dios. vinũ mirtinũ mirifice ꝓhibet sudores supfluos ⁊ sic fit. ℞. sumitatũ ⁊ folioꝝ ⁊ fruct⁹ mirti. añ. M. iij. ꝯtũdant ⁊ ponãtur in trib⁹ medijs vini ⁊ bulliãt vsqꝫ ad ꝯsũptionẽ vni⁹ medij tũc colet ⁊ vsui reseruetur. Qd aũt dixit Ser. q vinũ ꝯfert his q sudãt multũ qñ bibit: ⁊ ꝓprie albũ vet⁹ boni odoris: nõ intellexit de supfluo sudore diaforetico: sꝫ de sudore multo pp colerã multã in venis cõtẽtã: qꝛ eã ꝓuocat p vrinã. ¶ Per insĩrm aũt potiõis curat sudor diaforeticus cũ medicinis ab intra ⁊ ab ex̃ approximatis ab itus qdẽ cũ iulep ⁊ syrupis ⁊ elijs ⁊ ꝯfectioib⁹ fridis stipticis. Dixit Gal. vbi. s̃. dãdũ est diacodion mane ⁊ sero coclear vnũ. Dixit Hẽ. iuuamẽtũ iueniũ⁹ i vsu ros. nouelle dãdo de ea pluries in die cuidã oñe q̃ post febrẽ lentã cõtinuã sudauit nouẽ dieb⁹ ꝯtinue. Dicũt qdã valẽt in superfluo sudore sine febre ⁊ valet iulep qd sic fit. ℞. aq̃ ros. sublimate a folijs q̃rcus ꝟge pastoris ⁊ plãtagine. añ. decoquant cũ syr⁰ mirtino vel mirta simplici. ẽ.n. vtile. ¶ Ab ex̃ ꝟo cũ iunctioib⁹ emplis epithimatib⁹ ⁊ alijs siũb⁹ facti ex reb⁹ fridis stipticis ⁊ glutiatiuis. Dix̃ G. vbi. s̃. cataplasmata ⁊ licopitia frida admistrãda sunt ⁊ maxie q̃ fiunt ex portulaca trita sola vel ex ea ⁊ acinis acidis. i. agresta. semp uiua qꝫ añ solis ortũ colligat ⁊ terat ⁊ succo eius fiat inunctio. Dixit Hal. oleo mirtino iungi opꝫ puluerizata desup rosa sicca ꝯtrita. Dixit Aui. iungat cũ oleo ros. forti. i. facto cũ oleo onfancino vel inungat cũ oleo mirtino vl' de salicib⁹: aut cũ oleo qd fit qñ oleũ ros. vel aliud de pdictis bullitur in aqs stipticis in qb⁹ coquũtur citonia põtica ⁊ mala põtica. i. imatura ⁊ balaustie ⁊ rose ⁊ karabe ⁊ similia q̃ cũ vltime ꝯterũt ⁊ feruẽt i aq̃: ⁊ ex ea infrigidata: postea fiat illinitio vel aspersio restringũt. Et qñqꝫ dixit Aui. restringũt ipm acetũ mixtũ: aq̃.s. multa frida cũ ex eis fit aspsio vel illinitio ⁊ succus agreste ⁊ decoctio gallaꝝ ⁊ filũ. ⁊ succus salicis est mirabilis ⁊ succus sempuiue. ¶ Dixit A. in ca⁰. de fetore corpis. q de eis q̃ opilãt poros. i. ꝓhibent sudorẽ sũt litargirũ ⁊ tucia ⁊ cinis folioꝝ lilij ⁊ alumẽ ⁊ similia: ⁊ myrrha ⁊ aloes ⁊ oleũ mirtinũ ⁊ ista cõpeterẽt in multo sudore sine febre. Dixit Ser. puluis folioꝝ mirti suspsus ꝯstringit sudorẽ ⁊ ꝯfortat. Dixit Dios. q sulphur aspsuꝫ sudores tollit supfluos: ⁊ intellexit qñ ꝓcedunt ab hũiditate supflua liqda: qꝛ illã ꝯsumit. Albertus tñ dix̃. q tollit sudores fridos aspsuꝫ solũ vel mixtũ cũ melle ⁊ vino ⁊ inũctũ. ¶ Puluis fact⁹ ex folijs q̃rcus ⁊ mirti ⁊ ros. ⁊ siliuꝫ aspgat sup lintcamine sup q̃ iaceat infirm⁹. ¶ Ego aũt vtor succo sempuiue vel solatri cũ mucillagine psilij ⁊ albumine oui ⁊ aq̃ ros. admixto puluere dragagãti gũmi arabici ⁊ gallaꝝ ⁊ iueni vtile. ¶ Dñt. localia remedia etiã adhiberi debẽt circa timpora ⁊ pulsus brachioruꝫ: ⁊ circa cor ⁊ epar ⁊ stõm ⁊ dorsuꝫ ⁊ nares ⁊ maxime circa parteꝫ in qua maxie existit sudor: ⁊ de vtilib⁹ est aq̃ ros. in q̃ distẽperat cãphora illinita ⁊ epithimata: ⁊ etiã odorata.

¶ De febre cõposita cũ fluxu sanguinis nariũ. Cap. xxvij.

Fluxus sanguis nariũ plꝫ accidit i febrib⁹ acuti ex supcalefactiõe acuitate ⁊ subtilitate sanguinis ꝓueniẽtib⁹ ex caliditate febrili: q qd si cretic⁹ fuerit restringẽdus nõ est nisi supfluat ⁊ ꝟtutẽ diciat: tũc.n. ipse ⁊ ois sinthomatic⁹ restringẽdus est. ¶ Restringit aũt cũ cibis ⁊ potib⁹ fridis stipticis ⁊ sanguinẽ ingrossantib⁹ ⁊ ei⁹ acuitatẽ obtũdẽtib⁹: sint tñ facilis digõnis pauce q̃titatis: de qb⁹ sũt caro pulle pue ⁊ aniculaꝝ puaꝝ ⁊ edi alterate cũ fris stipticis: ⁊ ꝓprie extrema edoꝝ agnoꝝ ⁊ porcoꝝ cuꝫ aceto vel agresta vel vino granatoꝝ ⁊ similibus. Et potus sit vinũ granatorũ aut iulep ros. aut in casu debilitatis vl' consuetudinis vinũ rubeũ debile ponticũ ⁊ bene limphatum. ¶ Stet in omni quiete animi ⁊ corporis sedens eleuato capite nõ super ceruicalibus ⁊ plumis ⁊ nõ coopertos ⁊ dormiat sic in loco obscuro in quo sint forme nigre timorẽ inducentes. ¶ Et medicine similiter sint frigide stiptice approximando eas ab intus ⁊ extra: maxime sup epate ⁊ renibus: aut etiã sup splene. Et epithimetur similiter cor ⁊ mãmille in mulierib⁹: ⁊ testiculi in viris. bibat succũ burse pastoris aut puluerẽ ipsi⁹. ¶ Eluꝫ vtile. ℞. zuccari ros. ʒ.ij. triasandaloꝝ. ʒ.ß. coraloꝝ sandalorum spodij marga

Admini-stratio ex rerum non naturaliũ

Admini-stratio medicinarũ tã ab int⁹ q̃ ab extra.

Fricatio/nes nō cō/ueniūt.

ritaꝝ gūmi arabici ꝛ sanguinis draconis.aā.ℨ.i.de b.ℨ.s. sequēte potu aque ros.vel plātaginis vl' portulace.℄ Nā q̄3 diuertat ad iferiora cū vētosis ꝛ ligaturis Fricationes vo licz diuertāt.tū agitatiōe quā faciūt in corpe sanguinez cōmouēt ꝛ ad fluēdū parāt:ꝛ ē eaꝝ nocuᵐ maꝰ iuuamēᵗᵒ ℄ Ut ꝗ̄z trāsitꝰ sanguis ad supiora claudunt cū fridis stipticis ꝛ glutinatiuis applicatis gule ꝛ collo capiti frōti ꝛ naribꝰ nisi ab eis ꝓhibeat dispō catarrosa vel trāsitꝰ eius per venas intrinsecas in qbꝰ nō ꝯfert:s3 potiꝰ nocēt: deinde fiant stuelli ex stercore asini recenti ꝛ imittant naribus aut ponat stercꝰ asini sup tegula calīa hincinde ducēdo donec bñ exiccet ꝛ pulueri3ari subtilissime possit q̄ ponat in calamo ꝛ cū violētia insufflet:vt pueniat supius ad loca venaꝝ aut misceat ipse puluis cū pilis leporis albumine oui ꝛ tela aranea molēdini cū mastice thure ꝛ sanguine draconis mixtis factis inde stuellis subtilibꝰ vt pueniat ad superiora nasi ꝯfert multū.℄ Amp. p cōplemēto cure recurrēdū est ad s'monē sequētē ad caplm fluxus sanguinis nariū.

℄ De febre cōposita cū vomitu. Cap.xxviij.

Vomitus creticꝰ.dixit.Aui.nō abscindatur nisi apud necitatē.s.si supfluat ꝛ deijciat vtutē.nō creticꝰ aūt dū ad ipsū seq̄t bona tolerātia ꝛ alleuiatio ꝛ hylaritas similiter restringēdus nō est:qcūq3 vo supfluit aut nō seq̄t ad ipsum alleuiatio ꝛ nō bñ fert restringedꝰ ē.
℄ Pro ipsius tū cōpleta curatiōe recurrēdū est ad s'monē 5ᵐ ad caplm supfluitatis vomitꝰ.vbi abscisio vomitꝰ docet s'm diuersas cās ciꝰ:hic aūt solū de tribꝰ eius dicet cautis.
℄ Quaꝝ vna est mā in stō cōtenta in eo ḡnata vel ab alio mēbro ad ipm fluxa:circa cuiꝰ vomitus restrictionē A. pᵒ ḡnalr dixit.mō alr ꝯsiderato ipsius māe i stō site ꝙ hic vomitus cōiter scindit p vomitū vel adiutoriū eiꝰ cū quo cōiter extrahit humor vomitꝰ nociuus a stō:sicut est syrupus acetosus ꝛ aq̄ calīa cū.s.bibit:ꝛ post potū eiꝰ ꝓuocat vomitus. Et hic qdē cōuenit qñ mā est leuis subtilis habilis eductioni p vomitū. Sed qñ mā esset grossa inhabilis: o3 vt ꝯfortet dictū auxiliū vomitꝰ:ꝛ fiat cū syrupo acetoso d' seminibꝰ loco acetosi simplicis cū aqua calīa. Deinde specialius Aui.loquēs in curatiōe vomitus a p̄dicta cā ait. Cōsiderādo modū sitꝰ māe:ꝙ si humor ē ibibitꝰ ꝛ grossus:tūc nō sufficeret vomitꝰ mō dicto iductus:s3 o3 vt fiat solutio sc3 p vomitū: vel etiā per fluxū vētris dādo in potu ea que educāt humorē ibibitū sic sunt aloes ꝛ yera.s.simplex Gal. Et qmuis in prima yera ponat aloes notāter addidit aloen ꝛ p̄misit cū:vt daret intelligere ꝙ solo facta p yerā ipsa3 solā nō sufficeret:sed o3 vt ꝯfortet cū maiori q̄ntitate aloes q̄3 sit illa q̄ de eo ponit in yera:ita ꝙ sit bona q̄ntitas eiꝰ. Nā ad eūandū humorē grossum colīam vel flā imbitū nō sufficeret parua q̄ntitas aloes:s3 qsi humor est grossus ꝛ nō imbibitꝰ.tūc dixit Aui.fortasse ꝯuenit yera ꝛ aloes: addit et hic aloes ad yerā vt idicaret:ꝙ q̄ntitas aloes o3 etiam esse maior ea q̄ de ipso ponit in yera:sed in hoc casu postposuit aloes ad yerā:vt indicaret ꝙ in hūore nō imbibito nō exigit tanta q̄ntitas aloes q̄ta in ibibito. Et dixit.h fortasse: q2 nō semp yera ꝛ aloes reqrit:s3 aliqñ sufficit yera sola vel aliqd leuiꝰ:vt syrupꝰ acetosus cū aq̄ decoctiōis se. aneti ꝛ caricaꝝ.℄ Si aūt humor nō est grossus:sed subtilis:q vtplm est colīa:s3 aliqñ:raro tū est flā aquosum fluidum:ꝛ sit hic hūor subtilis imbibitꝰ tūc mūdat ipsum a stō syrupus acetosus cū aq̄ calīa:ꝛ post ipsiꝰ mūdificationē equat stōs. Et si qd etiā ex ipso humore subtili marie colico remāserit aq̄.i.succus granatoꝝ marie acetosoꝝ vel saltē muzorū bibita quā si euomuerit bibat ipsa3 vice alia. Et dū equat ꝛ qetit vomitꝰ:ꝯfortat eni stōm ꝛ alterat malā discrasiā eiꝰ calidā ꝛ humoris colici subtilis corrigit subiam ꝛ eiꝰ malitiā.vel bibat.dixit Auic.syrupꝰ de' mēta cū granis granatoꝝ:ꝛ h ꝓpie cōuenit si humor ibibitꝰ fuerit flā subtile liquidū.℄ Et dixit Aui.fortasse sedat vomitū.s.factū ab humore colerico subtili infrigidatio stōi:s.de foris facta: vel etiā ab intꝰ cū aqua frigida:ꝛ hoc in qbusdā stomacis colericis feruētibus.℄ Siue tū humor ibibitus faciens vomitū fuerit subtilis siue grossus in sedatiōe eius nō cp3.vt approximet rebus pōticis sedantibus vomitū cū pōticitate ꝛ sua stiptica acetositate:q2 hoc est malū ꝛ addens ibibitioni illiꝰ hūoris magis cōpingēdo illū in ꝓfundo ꝛ claudendo poros stōi in qbus ibibitus est ex qbus fit additio in nauseam ꝛ difficultatē vomitus. Et hoc h3 vitatē si sumant illa ab intus.nā extra approximata fortasse exprimēt humorē illū ibibitū in concauitatē stōi ꝛ iuuarēt tunc ꝛ nō nocerēt. Sed in vomitu ex humore nō imbibito.dixit Aui.p̄dicta stiptica ab intus approximata fortasse faciūt illū humorē deijcere deorsu3.s.in fluxu ventris q2 talia cōprimēdo soluunt:ꝛ fortasse etiā iuuabūt vtutē stōi.s.vniendo ipsu3:vñ fortasse expellit illū humorē per superiora. Et dixit hic fortasse:q2 possibile est nō sic euenire vel vt idicet quod nō semp illū deorsum ꝛ nō semp sursu3 illū expellit.
℄ Scda cā vomitus est illa de qua hic dicit est mā aliūde cōfluēs ad stōm:ꝛ in hac causa dixit Aui. qñ assiduaue: it vomitus de colīa q̄.s.assidue fluit ad stōm ꝛ nō fuerit colera de genere imbibiti.tūc vtor stipticis.s.ab intus ꝛ ab ext sed tū prius ab extra cū emplis iuuātibꝰ factis ex corticibus granatoꝝ gallis ꝛ silibꝰ cū vino pmixto vel aceto s'm varias dispōnes.℄ Et tertia causa vomitus est debilitas ꝯtentiue vtutis stomaci:ꝛ in hoc etiā vomitu ꝯueniūt stiptica ab intꝰ ꝛ ab extra approximata:ꝛ p declaratiōe hoꝝ recurrēdū est ad caplm vomitus:in sermone 5ᵒ.

℄ De febre cōposita cū fluxu ventris. Cap.xxix.

In fluxu āt vētris cū febre:cura dixit Gal. iuēdū est:ꝛ si ventris effusio cū crisis facta est minime amputandū:sed pmittēdū esse iudicamꝰ:q̄3diu patit vtus nisi modus trāsgrediat ꝛ vltra vires fiat. Si itaq3 in febre nimia erit nāe mollities:s3 supflua siue cretica siue sinthomatica dabis aquā ordei in q̄ decoquant fructꝰ mirti aut frusta citonioꝝ cū .ℨ.i.gūmi arabici ꝛ terre citrine.i.sigillate:dabis etiā syrupū de ribes vel ꝓpina spodij troc.stringētes cū syrupo citonioꝝ.℄ Dixit.A.restringit hic fluxꝰ cū his que dixi in cap ciꝰ.s.in sermone 5ᵒ.ad qd recurrendū est sp̄alr tū Aui.posuit cibariū factū ex pisis vel robilijs vel lentibus elixatis p̄ma aq̄ piecta ꝛ alia addita vsq3 ad perfectā decoctionē:ꝛ ꝓpie qñ istud cibariū fit acetosum cū granis granatoꝝ.s.acetosoꝝ vel aceto solo vel alio simili:vt agresta succo berberoꝝ vel citonioꝝ.

℄ De febre cōposita cū siti intensa. Cap.xxx.

Cum sitis superfluit in febribus.dixit.Aui. o3 vt inungat caput cū oleo aliq̄ frigido in frigidato valde:ꝛ ꝙ tale oleū infundatur sup caput si nō fuerit qd ꝓhibeat ab eo vt catarrus vel multa frigiditas cere. [illegible] vel quid simile:qñ cōfert multū qñ sitis ꝓuenit ꝓpter exiccationes palati ꝛ ptiū oris factā a fumis eleuatis. nā infrigidando caput defluūt cōpresse aliq̄ humiditates ad partes oris humectātes ipsas oris stōi cōicat friditas ꝛ humiditas inducta cerebro:vñ stōi sedat sitis.℄ Et sedat sitis.dixit Aui. cū retētione in ore rerū infrigidantiū vt medulle cucumeris citruli ꝛ similiū ꝛ mucillaginis seminis psilij ꝛ citoniorū.decoquant p̄dicta semina in aq̄ ordei vel in aq̄ portulace vel saltē infundant in ea:ꝛ cū aq̄ illa frequēter colluatur os:qñ ifridat ꝛ humectat valde. Et sedat cū eis q̄ masticatur i ore retēta. Et cristallus qdē ꝛ cāphora cū sumit alteꝝ eoꝝ mirū ꝯuenit icēdio ꝛ siti. Eliu3 qd sitis mitigat pectus lenit caliditatē extinguit ꝛ vētrē lubricare facit:sit ex zuccaro viol'.pulpa cassiefi.māna mucillagie psilij ꝛ seis citoniorū. Et recurre p ampla noticia ad capl3 d' siti i s'mone 5ᵒ.

¶ De febre cōposita cū ꝓfunditate somni. Cap.xxxj.

Quando accidit febricitanti ꝓfunditas somni. Dixit Aui. opꝫ vt remo/
ueaꝰ a ꝓfunditate eiꝰ cū fabulis ꝛ his silibus
vt historijs vel cū cātilenis ꝑ voces.s. exalta/
tas ꝛ cōfractas ꝛ diuersas: ꝛ opꝫ vt ligenꝰ eo/
rū mēbra iferiora ligatōe dolorosa si nō fuerit qd̄ ꝓhibeat
vt debilitas apa vel dolor mēbroꝝ iferioꝝ ꝛ supponaꝰ col
liriū subtile.i.acutū si nā fuerit restricta ꝛ supponaꝰ hora
getis: ꝛ hora ēt assiduitatis febris.i.poᵐⁱ vel exacerbatio/
nis: q̄n dixerit.q̄cūqꝫ hora siue i poᵒ siue ex̄ poᵐ videas ne
cessitatē hꝰ collirij suppone ipꝫ ꝛ vētoseꝰ de eo qd̄ est iter
ābas spatulas ꝛ spōdiles cū scarificatōe vel sine hꝫ ꝙ vide
ris expedire. Et qdā ɔcedūt clystere acutū. panis calis vt
exit a furno capiti supponaꝰ. Saturegia trita ꝛ aceto cocta
capiti applicata excitat dormiētes. Aliud forte accipe asso
diloꝝ sinapis piretri.añ.ʒ.xv.castorei euforbij.añ.ʒ.7. te/
ranꝰ cuꝫ succo maiorane vel rute ꝛ capiti supponaꝰ. dī ꝙ
odor peucedāi excitat dormiētes. Et dī ꝙ caput vespertilio/
nis iter pānos lecti positū aut inolutū ꝛ ligatū ad dextruꝫ
brachiū negat somnū iacēti: ꝛ ꝙ oculi ꝛ fel philomene sub
ceruicali positi insōnē tenēt iacetem. Et ꝙ si pellis leporis
cū vngulis ꝛ auribus cōburaꝰ ꝛ de puluere eius detur sa/
nat ꝑfecte subethicos ꝛ litargicos. Et fit recursus ad capi/
tulū de subeth in sermone 3ᵒ.

¶ De fe. ɔposita cū āgustia ꝛ iqetudīe ꝛ vigilijs. Ca.xxxij.

Aliquādo accit inqetudo ꝛ āgustia fe/
bricitāti q̄ ꝓcedit a fumis ca
lefactꝭ a putridis hūorībꝰ eleuatꝭ ascēdētībꝰ ad
spūalia ꝛ i eis coadunatꝭ ꝛ ɔstricti ꝛ a qbꝰ spūs
vitales coāgustāꝰ ꝛ ōbilitāꝰ vtꝰ ipsoꝝ adeo vt
ad exteriora nō valeāt expādi: ꝙre nā mouet hincīde corpꝰ
ꝛ mēbra sine ordine ꝛ sine qete de latere in latꝰ ꝛ de situ in
sitū querēs sic ab angustia liberari. Et adiuuat ad hāc an
gustiā calor febrilis q spūs inflāmat. ¶ Et cura eiꝰ est deri
uatio illoꝝ vapoꝝ ad extrema ꝓprie iferiora cū ɔfortatiōe
cordis ꝛ spūaliū. Et postea cū iductiōe somni. nā h̄ sinthō/
ma q̄nqꝫ inducit vigilias supfluas: ꝛ q̄nqꝫ cū eis cōiungiꝰ.
¶ Dixit. A. cū febricitāti supuenit inqetudo.sup. ꝛ vigilia
supflua ɔfert olfacē olea frigida vt nenufarinū ꝛ silia: ꝛ po
nere sup tpora aliq̄ sonifera ex notis in cap̄ de sara. ꝛ in/
curuare caput sup vapores humectātes. ¶ Dixit Alex. si
nimiā ɔtingat febricitātībꝰ fieri i sonietatē: tūc dādū ē dia/
codion antidotū: postq̄ꝫ.n. biberit ipm multū sonū affert
ꝛ calor febris eo mitigabiꝰ. Et h̄ in vo causonide: his vō q
nō vep causonē incurrūt ꝛ nō dormiūt cautiꝰ dādū est: qui
si insonietatē patiunꝰ aut alienationē modicū apomellis
ei admiscebis: ꝛ sic sine timore dabiꝰ ad h̄ vt in frigidis ꝛ
pinguioribꝰ humoribꝰ meliꝰ opeꝰ. ¶ Dix̄ Gal. patiēti pa/
pauer recens dare cōuenit cū succᵒ: ꝛ opꝫ vigilijs remedia
afferre si nō sunt ex signis crisis. Si vō sint crisis cū patiē/
tē nullo mō mouere: nec ēt aliq̄ facilitare nā̄ oꝫ. Et dixit.
nec oino caput lacti approximes: affert.n. lesionē magnā:
timeꝰ.n. ne turbet cerebrū. ¶ Et scias ꝙ aliq̄n ꝑꝑ vigilias
nimias infirmꝰ ad mortē duciꝰ: ꝛ tūc in tali casu oꝫ admi/
nistrari remedia: ēt si disponi vel cāe eiꝰ sint nociua. Un/
ganꝰ sepe vole manuū ꝛ plāte pedū cū pinguedine gliris:
iusqamū coq in vino dulci ꝛ ex eo inūge nares aures ꝛ la/
bia: dī ꝙ si supliniaꝰ fronti succus iusqami ꝛ mēte sonū fa
ciet. ꝙ si nō dormiet ꝑ illud morieꝰ. Et dī ꝙ si fel leporis su
miꝰ facit hoiēꝫ sp dormīꝰ donec acetū ei ad bibēdū detur.
Et dī ꝙ folia iusqami posita sub ceruicali cogunt dormire
iacētē puluis lolij cōbusti cū oleo viol. mixtꝰ inunctus sup
frōtē ꝛ tporibꝰ: ꝛ sup pulsꝰ brachioꝝ dormiꝰ fac. ¶ Oro
ꝓficiēs ad somnū inducēdū. Dic in mēte melior regescūt se/
ptē scti dormiētes. Malchus Malthimianꝰ Maximia/
nꝰ Dionysius Cōstātinus Joānes ꝛ Seraphinꝰ. Sicut isti

Oro ad inducēdum somnū:

regescūt nutu opis dei sic iste famulus pleno sono vtaꝰ ipso
iuuāte q viuit ꝛ regnat deꝰ ꝑ oia scl'a scloꝝ amē. ¶ Dicunt
qdā. ꝙ si abrasum caput inungaꝰ leuiter cū spuma q̄ super
natat sero lactis cū decoquiꝰ statim dormiet.

¶ De fe. ɔposita cū grauitate capitis vel dolore. Ca.xxxiij.

Cum febriēs patiꝰ grauitatē in capite suo:
q: grauitas semp tigñat mā̄ꝫ ɔtētā re/
plētē cōgestā vel aliūde fluxā: opꝫ vt mā eiieꝰ
ꝛ diūtaꝰ. Et dix̄. A. oꝫ vt alieneꝰ ab eo emultio
lactꝭ aut effusio olei sup caput: ꝛ ꝑcipue lactꝭ:
q: multū inuiscaꝰ in poris aut caput purgiū aut embroca
.s. facta ex rebus frigidis opilātibus poros oībꝰ. Et ɔferūt
in ea apitius poroꝝ ꝛ euaporationē faciētia tñ dēbēt esse in
calitate ꝑata. Dixit. A. sint ɔtenti euaporatiōibꝰ factis cū
embrocis ex camomilla ꝛ furfure ꝛ silibꝰ inter q̄ posuit vio
las ad ɔtpandū calitatē alioꝝ. Cōiter tñ vtor saccellatiōibꝰ
sup caput factꝭ ex floribꝰ camomille mellilotō sticados ma
ce vio. milio ꝛ furfure: ꝛ si mā eēt multū calā addo flores
nenufaris ꝛ sandalos. ¶ Dolor vō capitis si acciderit in fe
bribꝰ ꝛ fuerit leuis. Dixit Aui. de isto loq̄ns curatio febris
dignior ē curatiōe illiꝰ doloris: q̄n vō fortis ē q̄nqꝫ fac redi
re febrē.s. declinātē ad augᵐ ꝑꝑ inflāmationē quā facit in
spū: ꝛ exacuitionē humoꝝ ꝛ tunc diuertit ad se curā. Et q:
vtplꝫ fit in febribꝰ ex mala cōplexiōe calā ꝛ vaporibꝰ calis
ascendētibus ad caput: ꝛ aliq̄n ēt a mā humorali oꝫ vt il/
loꝝ vapoꝝ ꝛ humoris ēt diuersio fiat: maxie cū clysterijs
ꝛ suppositorijs ꝛ mala cōplō alteretur cū frigidis reprimē
tibus vapores interius: ꝛ ꝓprie cū oxirodino inuncto ꝛ
odoratu aque ros. cū modico aceto mixte ꝛ inducaꝰ som/
nus: deinde intendēdū est resolūi vapoꝝ qui remāserunt
cum vaporatiōe aq̄ decoctionis floꝝ camomille melliloti
vio. corticuꝫ papaueris addanꝰ si fuerit insomnietas: aut
fiat ex predictis rebus saccellatio supra caput. Et recurre ꝑ
his ad sermonē 3ᵐ. capᵒ de grauitate capitis.

¶ De febre cōposita cum dolore stomaci. Cap.xxxiiij.

Dolor stōi cū accit febriēti regēdus erit: sicē
dī in sermōe 5ᵒ. i ꝓprio caᵒ ꝫm suas
cās vtplꝫ tñ talis dolor ꝓuenit ex colā q̄ effu/
diꝰ ex epate ꝫꝫ plꝫ ad stōꝫ q̄ sua acuitate mor
dicat ꝛ dolorē fac. ¶ Et cura eiꝰ ē cū eūone il/
liꝰ māe ꝛ diuersione eiꝰ maxꝭ q̄n fit ante ꝑnᵐ paroxismi ꝛ ꝑnᵐ
effusionis eius corrigēdo epar a gñone eius. Et stōus qdē
oꝫ cōfortari ne recipiat cū bucella panis infusa in aliquo
robub frigidoꝝ stipticoꝝ sumpta ante poᵐ ꝛ cū inunctiōe
vel fomētatiōe facta ex oleo citonioꝝ ꝛ silibꝰ. Dixit. A. deꝰ
syrupꝰ de melle simplici vel de citoniis. ¶ Q: si dolor fue/
rit ab hūore flātico q ex malo regie frequēter in stō gñaꝰ
eūetur vomitu vel secessu: deīde cōforteꝰ stōus ab intꝰ cuꝫ
syrupo ros. ꝛ silibꝰ. Ab extra vō cū oleo nardino ꝛ silibꝰ.
¶ Et si dolor a vētositate fuerit fiāt diuersiones: vētosa su
ꝑ vmbilico appliceꝰ magna ꝛ pluries itereꝰ stōus ex oleo
ruthaceo nardino ꝛ camomillino inungaꝰ ꝛ saccelleꝰ ex flo
ribus camomille ameos sticados aniso ciminο carui semie
feniculi ꝛ silibus. Aut fomēteꝰ stōus cū spongia vel filtro
in decoctione ꝑdictoꝝ infuso. ¶ Panis tritici calidus co
ctus a furno extractꝰ ꝑ mediū rūpaꝰ ꝛ subito spargaꝰ oleo
ꝛ melle ꝛ stō superponaꝰ. Q: si ex mā frigida dolor fuerit
aspergaꝰ ipse panis vino maluatico vel silī: ꝛ supponaꝰ ei
puluis nardi cinamomi mente ꝛ absinthij ꝛ siliuꝫ. Et si fue
rit ex vētositate post aspsionē vini addaꝰ puluis ameos ci
mini carui anisi ꝛ siliuꝫ. Et si ex colera fuerit in stō retenta
aspergaꝰ panis aq̄ ros. cū modico aceti ꝛ supermittaꝰ pul
uis ros. ¶ Q: si dolor fuerit post potū aque frigide sedeꝰ
cū calefactione actuali cū pānis vel tegulis ꝛ silibus calefa
ctis. ¶ Et sentiꝰ aliq̄n in stō grauitas ꝛ curatur cū eūone
māe grauantis per vomitū vel secessum: ꝛ confortatione
stomaci a generatione eius ꝛ ipsius receptione.

¶ De febre cōposita cum colica. Ca.xxxv.

Cum acciderit in febriēte colica. dixit Rabi auēte Gal.11° ter. In dolore intestino/
rū accñte cū febre opare cataplasmata cū mi/
liore: si nō cessauerit dolor recurre ad receptio/
nē seminū dissoluētiū vētositatē decoquēs ea
in oleo subtilissime sabe ꝛ cola ꝛ in colatura pone pingue/
dinē anatis liq̄factā ꝛ clysteriza. Et si nō potes hr̄e pingue
dinē anatis: tolle pinguedinē galline sine sale q̄ nō sit nimis
vetusta. Et si nō inueniſ adde in illo oleo paꝝ castorei ꝛ cly/
steriza. Ego āt i decoctiōe illoꝝ seminū addo cū illo oleo de
vino maluatico vel alio sili ꝛ est vtile. ¶ Dixit. A. qñ fue/
rit cū febre colica nō apiaſ tibi via. s. curatiōis dādo aquā
ordei i potu. imo da ius galli ꝛ leni ipz. i. adiuua lenitionē
ꝛ solonē iuris cū alijs medicis secū mixtis ꝛ multiplicata
vētositate ei⁹. deinde da in potu aquā ordei. s. post remo/
tionē colice si fuerit necesse ꝓp febrē. Et sic Aui. vtit prius
curā ad colicā q̄ȝ ad febrē cui⁹ oppo^m fecit 16ᵃ tertij. de cu/
ra colice cū dixit. si fuerit illic cū colica febris pmutetſ aq̄. i.
ius galli: ꝛ loco ei⁹ sit aqua ordei. Et ipse qdē in h̄ cap̄ re/
spexit qñ est accñs febris diuertēs ad se curā: vt qñ accidit
colica ex exiccatiōe fecū in intestinis ꝓp calitatē febris exic
cātē illas tūc aq̄ ordei nō sufficeret mollificare eas ꝛ vñ tunc
sumpta noceret: ꝛ iō loco ei⁹ oȝ dari ius galli p̄dictū: sed in
cap̄ de colica respexit ad febrē qñ est accñs doloris ꝛ ē for/
tis diuertēs ad se curā ꝛ iussit dari aquā ordei ꝛ remoueri
ius galli ne adderet ad inflāmationē febris. ¶ Tu q̄ȝ scias
ꝙ si colica cū febre vel seq̄ns ad febrē fuerit leuis nō diuer
tet ad se curā ꝛ intēdēdū est febri nō colice: ꝛ eꝯ si fuerit for
tis. ¶ Et dixit. A. 16ᵃ tertij. In colica cū febre opȝ vt lenia
tur clystere. i. vt fiat lenitiuū ꝛ multiplicetſ ei⁹ vnctuositas
vel hūiditas vt ꝯstringat salsedinē salis: ꝛ de quo forte necñ
erit vsq̄ ad. ȝ. i. ȝ. ¶ Et scias ꝙ qñ ꝓp intensionē febris ꝓ/
hibemur ab exhibitiōe iuris galli vnctuosi p supius: tunc
intromittim⁹ ipz p iferius: dādo tñ in potu tūc aquā ordei.

¶ De febre composita cū deiectione appetitus: ꝛ bolismo
ꝛ appetitu canino. Cap.xxxvj.

De destructione appetitus siue ei⁹ diminutiōe mul/
ta. dixit Hal. nō negligatſ hui⁹ accñtis cura ꝛ
diligētia. relinq̄re. n. cibū vtutē debilitat ꝛ dis/
soluit. ¶ Curādus ḡ est cū iocundoꝝ odoratu
ciboꝝ: ꝛ pullis assatis in camino circūductis pasta: q̄ꝝ fiat
scissio in facie infirmi ꝛ odoratu cali panis optie cōpositi:
ꝛ odoratu vini ariani odoriferi ꝛ fructuū pōticoꝝ redolē/
tiū acidū ipsoꝝ sugēdo mā ipsoꝝ grossa ꝓiecta. Corp⁹ q̄ȝ
fricetſ ꝛ oleo linitſ iocūdo ꝛ ēplastrizetſ os stōi cū ramicb
ꝛ sandalis ꝛ aq̄ pomoꝝ ꝛ citonioꝝ. Opȝ aūt ordinari pa/
tiētis cibū ac dari q ab eo diligiſ ꝛ quē vereſ ꝛ cui⁹ susci/
pit rōnē ꝛ orōnē sup. ꝛ reliq̄ facere ꝭm casū. q dicūſ in ser/
mone 5°. in ꝓ cap̄. ¶ Dixit. n. Aui. hic. ꝙ si cā ei⁹ fuerit hu
mor ꝯtētus in stō ꝙ euēſ vomitu aut fluxu vētris: imo qñ
q̄ȝ iuuanſ cū intromissione digitoꝝ in os ꝛ cōmotione stōi
ad vomēdū. sup. ēt si ñ vomāt: q ex tali cōmotiōe aliqñ cō/
moueſ hūor a loco suo i quo stās remouet appetitū: sȝ tūc
ꝓprie iuuanſ. Dixit Aui. qñ vomitu expellūt rē colicā aut
acetosā ꝛ mā licȝ acetosa incitent appetitū in suo p̄n^c: in pro
cessu tñ ꝯfirmādo malā ꝯplōnē destruūt illū: ita ꝙ ēt aliqñ
acetosus humor pōt esse infectus aliq̄ mala q̄litate qua de
struit appetitū vel inducit dicta cōmotio stomaci appeti/
tum inq̄ȝtū humor acetosus stans in fundo stomaci ascē/
dit ad os ipsius aut stās in splene peruenit ad os stomaci in
vomitu vel ipsa cōmotiōe in suo trāsitu vel mora corrugat
os stōi ꝛ inducit appetitū. Si vō cā ei⁹ fuerit debilitas oris
stōi. dix̄ A. cureſ cōplo mala q̄ facit illā debilitatē cū eo qd̄
sibi ꝯuenit: ꝛ si qdē fuerit mala cōplō cal̄a: q̄ vt plurimū est in
febrib⁹ veniſ medicine acetose ꝯfectio de ꝓticis ꝛ de malis:
ꝛ inungaſ os stōi cū vnguēto qd̄ fit ex oleo citonioꝝ cum
modico aceti cera ꝛ puluere floꝝ lābrusce rof. ru. ꝛ coralo/
rū. Et si fuerit frigida deſ hoc eluȝ. ℞. corticū citri iterio/
ris cinamomi electi. ȝȝ. macis ꝛ gal. añ. zuccari albi soli/
di q̄ȝtū sufficit: de quo accipiat ante cibū per horā dof. ȝ. ij.
vsq̄ ad. iiij. oi mane sumat syr^m de absintbio eū q sic fit ex
aq̄ ei⁹ ꝛ mente ꝛ melisse acetosatus ꝛ aromatizat⁹: ꝛ inūga
tur stōus cū nardino ꝛ absintbio ꝯmixtis ꝛ cōcussis cū mo
dico aceto: deinde supponaſ sacellus fact⁹ ex aromatibus
stipticis ꝛ calis tēperate. ¶ Et si in cā fuerit vmes tūc. ℞.
coraloꝝ vel farine lupinoꝝ ꝛ nigelle ꝛ cornu cerui cōbusti.
añ. ℈. i. ꝛ ponanſ in. ℥. ij. olei rof. ꝛ h̄ totū ponaſ in pomo
arācij ꝯcauato qd̄ ponaſ sup cinerib⁹ calis ꝛ bñ molleſiat: ꝛ
deinde bñ exprimaſ: ꝛ cū expresso inungaſ stōus ꝛ cortex
ipsi⁹ pomi ei supponatſ. ¶ Dixit A. In mala cōplōne cal̄a
deſ eis eluū ꝓportiōale febricitātib⁹: vt triasandalū mixtū
cū diacitonite sine specb⁹ ꝛ silis: post qd̄ paꝝ vini bibaſ: vt
excitetſ vt⁹ p ipz aut paꝝ succi alicui⁹ fructuū pōticoꝝ bo/
ni odoris: ꝛ 13ᵃ tertij dix̄. ꝙ febricitātib⁹ q̄nq̄ redit appeti
tus cū mica panis abluta in aq̄ frida. s. sola vel aspsa cū ace
to aut vino granatoꝝ. Et dixit Auic. opȝ vt approximes
eis. s. a q̄cūq̄ ei fuerit odores bonos excitātes appetitū.
¶ Et iteꝝ dixit. post dies ꝓmos. s. in qb⁹ euasti hūorē cuȝ
hūor fuerit in cā pone sup stōm empl̄a facta ex fructib⁹. s.
stipticis: ꝛ sint in eis absinthiū ꝛ aloes ꝭm qd̄ scis. i. ꝭȝ ꝙ
cā ei⁹ req̄rit. ꝙ si hūor nō fuerit i cā: hmōi ꝛ silia possūt
a p̄n° stō applicari. ¶ Q. si febricitātib⁹ acciderit bolism⁹
plures hȝ cās ꝭȝ q̄s curari dȝ: put dī in cap̄ ꝓprio. tñ ꝭm
plm febricitātib⁹ accidit a cā cal̄a exiccāte ꝛ resoluēte mē/
bra: ꝛ vñ appetūt nutri^m vt destruēte vtutē stōi appetitiuā.
ideo auctores in h̄ cap̄. ꝓcipue Aui. solū ꝯ hāc cāȝ ꝓcesse/
rūt. Et q2 vt frequētius ista mala cōplō cōicaſ ori stōi a ce/
rebro p neruos. Iō dixit Aui. ꝯforta coꝝ cerebra cū ēbro/
cis infrigidātib⁹ ꝛ hūectātibus. nā dixit ipse plm bolismi
eoꝝ est ꝓpter destructionē oris stōi ꝓpter cām cōicantē ra
mis. i. neruis q a cerebro veniūt ori stōi cū sensu ꝙ os stōi ē
corporis durū. s. moderata duritie q̄ redditur boni sensus: sȝ
induraſ tūc ab illa calitate ei cōicata exiccāte ꝛ indurante
ipm plusq̄ȝ ei ꝯueniat ꝭm nām. vñ sensus nō vltimanſ cuȝ
eo. s. in bonitate: q2. s. nō efficiſ boni sensus: sȝ hebetis: q̄re
nō sentit suctionē mēbroꝝ: ꝛ si aliq̄liter sentiat ñ appetit ꝓ/
cipue pullos colūbinos assos aspsos aq̄ rof. ¶ Sūt ꝯfor/
tāda alia mēbra ꝓncipalia: maxi^e cor: ꝛ. ē. stō etiā apponē/
da sunt frida alterātia ipsaȝ malā cōplonē calam: a q̄cūq̄
cā ꝓueniat cureſ cū odoramētis bonis. Et in hac cā maxi^e
ex luto sigillato ꝛ armeno infusis in aceto. Et odorēt almo
sosat. i. cibaria odorifera ꝛ panē mūdū calm maxi^e ifusum
in aq̄ rof. ꝛ carnes assatas ꝛ stringe ꝛ liga eoꝝ extrēitates
ꝛ trahe aures eoꝝ ꝛ capillos ipsoꝝ: sicut dī in dicto sermo
ne 5°. cap̄ de bolismo. ¶ Julep cōpetēs in bolismo. ℞. aq̄
rof. aq̄ buglose agreste vini granatoꝝ muzoꝝ. añ. zuccari
albi q̄ȝtū sufficit: ꝛ si calitas nō fuerit intēsa adde de aqua
melisse. ¶ Uomitib⁹ āt cronic⁹ appetit⁹ augeſ ꝛ fit cani/
n⁹: ꝛ maxi^e cū his febrib⁹ veniēs fuerit: q̄ȝuis h̄ i febricitā/
tib⁹ putride raro ꝯtigat. Et cura ē si in stō ē hūor aut i sple
ne irritās appetitū vt euēſ. Et dixit. A. cureſ cū vnctuosis
ꝛ dulcib⁹. nā vnctuosa remolliūt ꝛ laxāt stōm ꝛ nauseā in/
ducūt: maxie ex vnctuosis que sunt sepoſa ꝛ dulcia replēt.
Et hoc intellexit ñ ab eis nō ꝓhibet intensio febris.

¶ De feb. cōposita cū tussi. Cap.xxxvij.

Tussis q̄ accidit febricitātib⁹ ꝓcipue acute
vt plm ꝓuenit ex mala ꝯplone cal̄a
ꝛ sicca spūaliū. Et curaſ dix̄ Aui. tenēdo i ore
pillulas bichichias: aut loch de papauere cū me
dullis frigidis: sicut sunt medulle seminū cōiū
frigidoꝝ. Et de vtilib⁹ est tenere i ore masticādo frusta liq.
infusa i aq̄ or. zuc^a ꝯglutiēdo saliuā ei⁹: aut tenēdo pomū

De bolismo.

De appetitu canino.

Pulchrū remedi[um]

bene maturū mūdū zuccaratū ⁊ iuiube mūde siliter faciūt ⁊ potare syrupū viol. aut de papauere quē descripsit Mesue in cap de tussi. Et dixit. A. vtantur ab extra cerotarijs frigidis: sicut q̄ fiūt ex oleo viol. pinguedine pulli recenti mucillagine psilij succo portulace ⁊ silibus. Si vero ex alia cā acciderit in eis tussis fiat recursus pro cura eius ad sermonē 4ᵐ in ꝓprio cap. ibi enim de ea plene dicitur.

¶ De febre cōposita cū aspitate lingue. Cap. xxxviij.

Um lingua exasperatur in febriēte cōsidera cās eiꝰ: ⁊ si qdē fuerit a mā grossa viscosa lingue adherēte q̄ ē ꝓpe q̄dā limositas sup linguā: tūc opꝫ vt bn̄ lauet cū aceto siphato aut cū syrᵒ ace. siphato cū aq̄ ordei. Et postq̄ bn̄ humectata fuerit, abstergat cum cāna subtiliata: aut cū coclear: aut cū pāno lineo inuoluto digito ⁊ desup fricato aut cū zucᵒ albo incluso in petia que petia postea infrideť in aq̄ vel in aliq̄ instro adio ad abstergēdū linguā ꝯgrue. Postea teneat ligua hūectata: sicut in sequēti cura diceť q̄ est cū ligue aspitas ꝓcedit a mala cōplone cal'a ⁊ sicca deficcāte hūiditatē ligue ⁊ aspante eam q̄ maxie cōpleť p̄ cū ꝓhibitiōe resupinatiōis ⁊ retētiōe ceruicalis sup collo ⁊ ꝓhibitiōe loq̄le multe ⁊ frequētie anhelitus. Et cōpleť 2ᵒ cū retētiōe in ore rerū fridaꝝ hūectātiū ⁊ collutiōe oris cū eis ⁊ gargarizatiōe: sicut cū iuleb viol. cū aq̄ ordei decoctiōis succi lig. ⁊ iuiubaꝝ: aut cū aq̄ ordei infusiōis scis psilij vel scis citonioꝝ ⁊ dragagāti: h. n. vtile in ore teneť ⁊ gargarizaŧ: aut teneat in ore māna īfusuꝫ i aq̄ ordei ⁊ mixtū cū cādis ⁊ penidio ⁊ mucillagine psilij ⁊ scis citonioꝝ ⁊ inungaŧ collū ⁊ gula cū vnguentis frigidis.

¶ De febre cōposita cū sternutatione. Cap. xxxix.

Ternutatio frequēs si febricitāti superuenerit pōt inducere nocumēta ex attractiōe maē ad caput maxiᵉ si corpꝰ mūdū nō fuerit qm̄ facit p motu eius violētū ⁊ forte. Et q̄uis p eā aliquid ex capite educaŧ gra ad ipm attrahiŧ multo plus esse pōt: ⁊ etiā aliqñ replet pulmonē ⁊ quocūq3 mō fiat debilitat v̄tutē: aliqñ ēt mouēdo fluxū sanguis nariū nō cōuenienter: q̄re exigit vt sedeť. ¶ Et opꝫ dixit. A. vt friceť eoꝝ frōs ⁊ collum ⁊ nasus. sup. sꝫ potissime collū cū spatulis ⁊ brachijs vt mā diuertaŧ ad posteriora. Et dixit. apiant eoꝝ ora ⁊ fricent palata ipsoꝝ cū vehemētia vt expellaŧ mā p palatū ⁊ reuma nō p nares: deinde tēdant. i. sursū trahant ⁊ ꝯuertant. i. hac ⁊ illac ducant. sup. vel fricent ⁊ pectinent ꝓpe posterius ipsoꝝ. ¶ Et dixit. A. p̄mātur eoꝝ extrema. sup. ligentur ⁊ fricent ⁊ vētosent ⁊ calefiāt: vt diuertaŧ mā ⁊ vapor mouēs sternutationē q̄ si ꝓcesserit a frigiditate vel hūoꝛe post p̄dicta. dixit Aui. fundanť in nares olea tepida. i. remisse caliditatis: vt anetinū siue camomillinū ⁊ silia: ⁊ hūectent. i. iungant eoꝝ lacerti maxie colli ⁊ ptiū adiacentiuꝫ ⁊ ipsoꝝ mādibule cū ipsis oleis vt aptis poris vapor p cutē resoluaŧ. Et qdā cū puluerībꝰ anodinis impositis in saccello caput calefaciūt ⁊ faciūt vt vigilie ꝓportiōabilr excedāt somnū. Et dixit. A. ponant sub eoꝝ ceruicibꝰ puluinaria calefacta. s. iacēdo sup eis resupine ⁊ nō excitenť a sōno eoꝝ subito: s. leuiter si sōnus fuerit sup̄fluēs hūori ⁊ vapori illiꝰ. Itaq3 dixit. A. oꝫ vt minuant a sōno. s. sup̄fluo: sꝫ sit tpatus aut īfra tpatū paꝝ. nā talis sōnus iuuat nō multiplicādo replōnē: sꝫ sopit sensuꝫ ⁊ acuitatē emittit vapoꝝ: ⁊ custodiaŧ a puluere. Repiť aūt alia lr̄a q̄ dī a puluere ⁊ a sōno. Al. dix̄. caueāt sōnū ⁊ puluerē. sup. ⁊ oē in cuiꝰ odore ē acuitas. Et odoꝛet īfridātia ꝯfortātia cerebrū. dixit. A. olfaciat sauich. i. ordeū imaturū torrefactū ⁊ lutū alnaia q ē spēs luti: loco cuiꝰ vtimur terra sigillata vel bolarmeno: sedat. n. odor frigidoꝝ acuitatē vapoꝝ. Et dicit. A. olfaciat spōgiā marinā: q̄ resoluit vapores īducētes sternutationē.

¶ De febre cōposita cū nigredine lingue. Ca. xl.

Enigratur aliqñ lingua in febribus maxime acutis ⁊ ꝓuenit in febribus sm̄ plm̄ a materijs malis corruptis in poris lingue imbibitis: ⁊ qñq3 a vaporibus calis surgētibꝰ ab hūoribus adustis ꝯtētis in stō vel alibi q ꝓueniētes ad linguā denigrāt eā siue imbibātur in ea siue nō. Et ipso casu dixit Aui. opꝫ vt fricetur lingua cū eo q̄ scis. s. in cap̄ asperitatis supra: ⁊ sit ista fricatio vt ma inbibita possit exalare ⁊ resolui. In 2ᵒ casu opꝫ vt euacuetur hūor adustus ⁊ ꝓhibeatur illoꝝ vapoꝝ ascensus: deinde fricetur lingua ⁊ humecteť. Nā dixit. A. si non remouetur illa nigredo poterunt vapores mali corrupti eleuari ab ipsa ma in lingua cōtenta vel ab illis vaporibus adustis in ea imbibitis ad cerebrū ⁊ facere sirsen. i. frenetizare ⁊ qñq3 fit nigredo lingue a caliditate febrili cōbustiua exiccāte ⁊ denigrante superficiē lingue que nigredo sic eueniens pōt esse significatio future frenesis. Et tūc dix̄. A. oꝫ vt extinguaŧ illa caliditas: ⁊ maxie in mēbro a quo magis vr̄ hr̄e pricipiūᵐ ⁊ infrideť ⁊ hūecteť lingua: sic ēt dc̄m est in cap̄ aspitatis. ¶ Pōt ēt aliqñ ꝯtingere nigredo lingue a vaporibꝰ nigris ꝓuenientibꝰ ad ipsaꝫ a mā melica cōtēta in stō vel in splene vel alibi. Et cura eius est eād illius.

¶ De febre cōposita cū ꝯstrictiōe anhelitus. Cap. xlj.

Onstrictio anhelitus qñq3 accidit febricitātibꝰ: aut ꝓpt spasmū qui accidit eis. dixit Au. in lacertis anhelitus. s. cū spasmanť verentur solū indurantur ⁊ tendunť: vnde fiunt inhabiles ad mouēdū instra anhelitꝰ. Et cura huiꝰ est cū extinctiōe febris: ⁊ cum vnguētis hūectātibꝰ adhibitis ipsis lacertis pectoris ⁊ mēbroꝝ ⁊ circūstātiū ex his q̄ dicta sūt i cap. d̄ colica. ¶ Aut accidit dixit. A. ꝓp mās suffocātē dscēdētē ad guttur apientē vel opilātē ⁊ claudētē viā anhelitꝰ: sic accidit in sq̄nātia. Et cura hꝰ est cū ꝓhibitiōe dscēsus māe ⁊ diuersiōe eius ⁊ cū: ne mōe iā fluxe: sic diceť i sermōe 4ᵒ. cap. de sq̄nantia. ¶ Aut accidit dix̄ ipe. A. ꝓp debilitatē q̄ dnaŧ neruis maxime illis q descēdūt ad instra anhelitꝰ. Et qz hꝰ debilitas cā vtplrī est caliditas dn̄ans cerebro ⁊ neruis ⁊ istris pectoris ⁊ ptibꝰ adiacētibꝰ eis. Iō Aui. solū ad istā cāꝫ curā diuertens dix̄. q̄ curaŧ cū equatiōe illiꝰ cōplonis in cerebro: ⁊ cū iunctiōe colli ⁊ stei ⁊ sup. multo plus partiū pectoris: ⁊ adiacētiū ēt cū vnguētis infrigidātibus ⁊ humectātibꝰ: ⁊ ꝓpe cū rasura cucurbite ⁊ succo portulace ⁊ oleo ros. ⁊ sandalis ⁊ silibꝰ. Et qñq3 est cā eiꝰ multitudo fumoꝝ ⁊ vapoꝝ grossoꝝ eleuatoꝝ ad spūalia. Et cura est māeq3 a qbꝰ surgūt euō ⁊ ipsoꝝ vapoꝝ diuersio ⁊ resolotio ⁊ cordialiū infrigidātiū approximatio: ⁊ candi qdē aq̄ frigida infusi ore retēti sedāt incēdiū a pectore surgens ⁊ a pulmone. Et aqua qdē decoctiōis seminū cōium frigidoꝝ dragaganti gūmi arabici liq̄ritie capilli ven. se. feniculi ⁊ passularū in alteratione cōuenit ⁊ resolutione illoꝝ vapoꝝ.

¶ De febre cōposita cū anxietate stomatica. Ca. xlij.

Ultotiens accidit febricitātibꝰ tristitia vel angustia cū q̄ inq̄etanť q̄ ꝓpe vocari pōt stomatica anxietas q̄ accidit. dixit Aui. cā hūoris mordicatiui aduenientis ori stomacoꝝ eoꝝ. Et tūc dixit ipse. īfrigida stomacos eoꝝ cū eis q̄ scis de cibis ⁊ potibꝰ. s. dictis in cura sincopalis minute. Et ꝓp dn̄iū colere in stō ⁊ inungant ⁊ dormiāt in lecto strato ꝓxime motibꝰ aquaꝝ ⁊ extremitatibus ⁊ ramis ⁊ fructibus fridis odoriferis strato ⁊ supaspersō silibꝰ frigidis odoriferis. Et subdit. multotiēs in eoꝝ tristitia cōferunt clysteria facta ex aq̄s: sicut cucurbita portulaca ⁊ sempuiua ⁊ oleo ros. qm̄ h tristitia accidit ꝓp intensam caliditatē febrilē: si tm̄ ille esset humor mordicatiuꝰ in causa euacuetur ⁊ diuertatur ⁊ corrigaŧ mēbrū si adest mandans ⁊ confortetur stomacus ne recipiat.

¶ De fe.

¶ De feb. cōposita cū difficultate trāsglutiēdi. Cap. xliij.

Quandoq₃ accidit febricitāti difficultas trāsglutiēdi. Et q̄r vna de cāis ei⁹ pōt esse replō in meri ⁊ ptibus circūstātib⁹ ⁊ repletio pōt esse sanguinea ⁊ etiā ex alijs humorib⁹. Jō Aui. huius difficultatꝭ curā pones posuit cañ. in vtraq₃ replōne predicta. Et p̄ in sanguinea. Et dixit. si accidit difficultas trāsglutiendi eis: q̄rꝫ febris sue. it ꝯclusa: tūc flōmia paulati fiat. i. partita in ples vices. Accipiēdo modicū sanguis in vice: vt in interpolatiōe flōmie fiat eq̄tio ad reuocādū. s. v̄tutē vel ad reiterādū. s. flōmiā. Et est iste modus flōmie q p̄cipit in cura sq̄nātie priū meri ⁊ fauciū: de qua dr̄ in sermone 3° cap̄ de sq̄nantia. Dixit Gēti. ꝙ forsitan Aui. locutus est sic ad faciēdū te securꝫ: ꝙ q̄uis flōmaueris in febre p̄dicta ante aduētum difficultatis trāsglutionis: nō p̄pea timeas iterꝫ p̄pter hoc accñs flōmiā paruā facere. ¶ Postea Aui. posuit cañ. in euōne alioꝝ humoꝝ. ⁊ dixit. ꝙ suppositoriū. s. ⁊ clystē. s. acuta ⁊ attenuatiua sunt meli⁹ in h̄ casu q̄₃ solutiuū datum desup plim. i. s̄m plim: q̄r s̄m plim in tali casu farinacū nō est bene trāglutibile. Et q̄r tale solutiuū pōt excitare vomitū ꝙ posset piculū inducere mouēdo māz superius: nō. n. debemus per viā mēbri apati māz ducere. ¶ Si v̄o cōtigerit difficultas trāglutiēdi ex mala cōplōne cal'a ⁊ sicca sine mā desiccāte lacertos ⁊ villos meri: sicut sepius ꝯtingit in febribus acutis ⁊ cronicis: tūc cura est illius male cōplexionis alteratio cū infrigidantibus ⁊ humectantib⁹ ab intus sumptis ⁊ occurrentis ab extra approximatis. Et in h̄ casu cōceduntur cibi liquidi ex prisana pane ꝯcocto vl' abluto pullo cōtuso ⁊ sublimato ⁊ ouis sorbilib⁹ tremētibus ⁊ potu vinū albi dulcis vel dulcorati cū aq̄ zuccarata ⁊ alijs hmōi. Et pro his vide in sermone 3°. in cap̄ de sq̄nātia: ⁊ in sermone 5°. cap̄ de difficultate trāglutiendi.

De molestia ⁊ animi subuersione. ¶ De febre cōposita cū subuertione ⁊ alijs q̄₃ pluribus accidentibus. Cap. xliiij.

Cum acciderit in febricitāte molestia ⁊ subuersio animi. Dixit Haly. opꝫ vt a q̄ cōtigerit requirat̄. Et si q̄dē ē cā colera p̄ ad os stōi defluētiū aq̄₃ rorabis s. idē sup patiētj faciē ⁊ os stōi frica ⁊ vētrē: ligaq₃ ei⁹ manus ⁊ pedes cū fascijs fortiter vt ad diuersūz trahat̄ mā app̄hēdēdoq₃ os ⁊ nares vt ad interiora calor redeat nālis p̄pinaq₃ ei vinū tenue subtile ⁊ aquosum aqueq₃ mixtūz frida. Et syrupus sq̄ngibin vltimus est his vt cogat colās ab ore descēdere stōi: aut vt educant̄ vomitu. ꝙ si effusionis cā vētris fuerit defect⁹ cū hoc oib⁹ q̄ dicta sunt curabis sq̄ngibin excepto cū aq̄ cal'a. Oporteteq₃ aquā rosatā ⁊ sandalū ⁊ cāphorā ⁊ fiat illi vētus ab aliquo flabello. Jrrorabisq₃ vultū ei⁹ aq̄ ros. vtplim refrigerata: dabisq₃ ei panē vino infusum: p̄pinabisq₃ pomoꝝ siccoꝝ syrupū ⁊ spinachioꝝ ⁊ citonioꝝ siccisq₃ ⁊ cōstringentibus illinies stōꝫ.

De alienatione. ¶ Alienatio nō vera siue pafrenesis vtplim accidit in febribus ex eleuatiōe vapoꝝ malorū ⁊ originū ad cerebrū: ⁊ iō vtplim accidit post somnū cū excitantur: q̄r in somno tales vapores maxime ascendūt ⁊ recipiūtur. ¶ Et cura ei⁹ est illoꝝ vapoꝝ diuertio ⁊ ipsoꝝ resolō p̄missa ipsoꝝ ascēsione ⁊ tādē eoꝝ ad cerebrū p̄uentiōis p̄hibitione ⁊ resolōne reliquiaꝝ ipsoꝝ cum his que dicūtur in cura eius in sermone 3°.

De somniis terribilibus ⁊ timore. ¶ Et somnia quidē terribilia ⁊ timor q̄nq₃ febriētibus in somno cōtingunt: qd̄ vtplim est p̄pter ascensuꝫ vapoꝝ multoꝝ adustoꝝ vel nō adustorum nigroꝝ p̄pter calitatē febris: aut p̄pter corruptionē cibi in stōꝫ: aut p̄pter abundātiā humoris melēci in splene. ¶ Et cura est euō humoꝝ q inueniunt̄ ⁊ ipsoꝝ vapoꝝ ꝓhibitio vel resolutio.

De motibus contrariis. ¶ Et q̄nq₃ cōtingunt in febrib⁹ motus cōtrarij: qui vtplim veniūt p̄pter vētositatē. ¶ Et curātur cura speciali nō p̄portionalis ad mām. Et q̄nq₃ fiunt ex malis originib⁹ ⁊ venenosis vel acutis vaporib⁹ eleuatis ad cerebrū: ⁊ s̄m hoc plim accidūt in pestilentialibus febribus. Et cura est cū euōne māe male a qua surgunt ⁊ illoꝝ diuersione ⁊ resolōne ⁊ cerebri cōfortatione.

De singultu. ¶ Et q̄ñ accidit febricitātib⁹ singultus q si acciderit per resolōnē cibi ⁊ potus: ⁊ si adhuc nō descēderit a stō vomitu educat̄: si v̄o descēderit ab eo cū clysteri ⁊ stōus cōfortet̄ ⁊ eger a replōne arceat̄. Et si p̄uenerit a replōne hūorali p̄mo clystere feces educens fiat: deinde vomit⁹ p̄uocet̄ diuertat̄ mā ad extrema ⁊ tandē ventosa magna sup vmbilico applicet̄ ⁊ reiteret̄. Si tñ mā faciēs ipsum esset grossa ⁊ viscosa digeratur cū oximelle cōposito vel sq̄llitico s̄m ei⁹ viscositatē: deinde educat̄ vomitu vel secessu. Deinde cōfortet̄ stōus ab intus vel ab extra cū rebus calīs aromaticis cū zinzibere ꝯdito cū diacinamomo ⁊ silibus. Sed si mā fuerit mordicatiua ingrossetur ⁊ remittat̄ dus calitas: deinde euet̄: deinde cōfortet̄ stōus cū odoriferis fridis. Et si necessariū fuerit ei⁹ sensus aliqualiter obtūdat̄ cū leuib⁹ stupefaciētibus. Et si fuerit singultus p̄pter vētositatē fiat euō māe a qua surgit vētositas: deinde cū dissoluētib⁹ ⁊ vētositatē carminantibus curet̄. Et si euenerit p̄pter malā cōplōnē frigidaꝫ sine mā calefiat intus ⁊ extra. Et in oib⁹ dictis singultib⁹ cōuenit vt ꝯtineat̄ anhelit⁹ guttur stringat̄ ⁊ fiat vt anim⁹ febriētis hēat cogitat̄ sup aliquo sibi nūciato vel ab eo petito aspergat̄ facies eius subito: ⁊ q̄si ex iprouiso vino vl aq̄ ros. ⁊ vbi est mā inducat̄ sternutatio ⁊ diuertat̄ ⁊ ventose applicent̄ cū reiteratiōe ventri toleret famē ⁊ sitim ēt. Et si febris nō fuerit acuta degluciat aliqua grana piperie: sepe rascationē faciat cū conatu ad spuēdū. Si vero fuerit singultus de inanitione vel ex alijs causis curet̄. sicut dicitur in sermone 5° ⁊ primo cap̄.

De vertigine. ¶ Q. si febricitāti acciderit v̄tigo: q̄ vtplim in eis fit ex vaporibus ad cerebrū ascēdentibus vel in eo retētis. ¶ Cura fiat euōne māe q̄ euaporat ⁊ cū diuersione ⁊ resolōne illoꝝ vapoꝝ ⁊ repressione eorū ⁊ p̄hibitione ascensus ipsoꝝ.

De tremore membrorum. ¶ Dixit Rogerius. tremor mēbroꝝ q̄nq₃ accidit in febrib⁹ ex calitate dissoluēte ⁊ debilitāte mēbra ⁊ neruos. ⁊ cura eius est inunctio per totā spinā a summo vsq₃ deorsuꝫ facta cū oleo masticino: qd̄ sic fit. ℞. mastícis. ℥. i. ß. thuris. ℥. ß. ponantur in oleo ros. ℥. vi. ⁊ bulliant in vase duplici.

De dolore in cruribus. ¶ Et accidit aliq̄ñ febricitantib⁹ dolor in pulpis cruriū: q vtplim fit a friditate vel vētositate q̄ aduenit cruribus ex nimia discooptione coꝝ ⁊ deductiōe ipsoꝝ ad ptes frigidas lecti vel extra lectū. ¶ Et cura est calefactio ipsoꝝ cū pānis ⁊ calefactiōib⁹ ⁊ fomētationibus calīs anodinis. Et aliq̄ñ accidit ex nimia siccitate p̄ueniente cruribus ex supflua resolōne ⁊ eius cura est humectatio.

De ponderositate membrorum. ¶ Et q̄nq₃ accidit febricitātib⁹ grauitas ⁊ pōderositas mēbroꝝ p̄cipue inferiorū ⁊ ipotētia ad motū: ⁊ ista ipotētia in febribus acutis vtplim p̄uenit a multa resolōne spūuꝫ. ¶ Et cura eius est resumptio ⁊ spūuꝫ multiplicatio. Et q̄nq₃ accidit eis exiccatio. ⁊ sīlr in febrib⁹ cronicis ⁊ cura est hūectatio. Et q̄nq₃ maxie pōderositas sensata est ex mā grossa viscosa visceribus vel alijs mēbris retēta. Et cura ei⁹ est illius euō ⁊ deinde ipsoꝝ mēbroꝝ cōfortatio.

De rubedine ⁊ vlceratione in partibus oris. ¶ Et q̄nq₃ accidit in palato ⁊ vua ⁊ partib⁹ circūstātibus rubedo multa ad quā aliq̄ñ sequit̄ excoriatio vel vlceratio. ¶ Et cura eius est cū flōmia ⁊ scarificatiōe facta sub spatulis: deinde in spatulis ⁊ cū gargarismate facto cū frigidis stipticis sicut iuleb ros. ⁊ aq̄ plātaginis aut cum zuc° ros. in dicta aqua vel simili soluto ⁊ colato ⁊ similib⁹. Q. si ibi fuerit excoriatio vel vlceratio mūdificet̄ ⁊ abstergatur cū zuc° ros. vel melle ros. ⁊ aq̄ ordei: deinde gargariset̄ vinū dulce cū aqua plantaginis ⁊ aqua lactuce proprietatē habet in rubedine illa.

De aicola. ¶ Et q̄nq₃ accidit eis alcola vlcus prauum: cuius cura est flōmia ⁊ scarificatio ⁊ in p̄n° fiat repercussio cū frigidis stipticis cū aliquali acetositate in q̄bus ponat̄ zuccarum ros. colatū. Et post fluxus [illegible]

cessationē gargarizet decoctionē liqui. cū vino granatorū dulciū vel muzorū aut cū vino al. dulci cū aqua ordei deco

De fetore oris. ctiōis carubiarū. ℭ Et qñq; accidit ei fetor oris nō cōsuet⁹ ꝛ maxie in febrib⁹ acutis q ꝓcedit ex humorib⁹ corruptis existētib⁹ in stō vel mēbris spūalibus. ℭ Cuius cura est illorū humorū eūo. Et qñq; ꝓcedit in febrib⁹ ꝓprie cronicis ex humoribus frigidis corruptis. Et hui⁹ cura est etiā illorū humorū eūo. Et deinde vtaṫ patiēs pillulis que sic fiūt. ℞. pulueris pigre. ʒ. ij. mente. ʒ. i. musci ꝛ ambre. aā. g. ij. cōponanṫ cū syrupo acetoso dosis. ℈. i. summo mane.

De apertura. ℭ Et qñq; remanet in febrib⁹ os apertū ꝑter ꝯsuetudinē ꝛ ꝑter ꝙ opilō sit in narib⁹. Et hoc ꝓuenit vrplim a siccitate indurāte musculos mādibularū ꝛ cura est illorū huectatio.

De febre in mēbris particulari. ℭ Dixit Gili. fateṫ aliqñ infirmus interpolatis febrib⁹ se habere febrē vel in capite vel in naribus vel in coxis vel in aliquo quouis mēbrorū. Et tūc opꝫ ponere pro illo mēbro euaporatiua vt māe digeranṫ: qm̄ que extra vasa sunt potius digerēda sunt per fomentatiōes ꝛ emplationes apientes vt in spm̄. i. vaporē dissolute euaporēt per poros. Accipiaṫ ergo pulegiū calamētū ꝛ mētastrum ꝛ bulliāt in fortissimo vino. i. acuto ꝛ potēti ꝛ calā expressa ponanṫ super loco vbi mā febris illius cōtineṫ. Uel semina diuretica similiter decoquāṫ ꝛ addito furfure ne ṽtus illorū euaporet cito loco supponanṫ. Ego aūt dico. ꝙ melius est añ ipsorū fomētationē fomētare locū cū anodinis ꝛ ꝑmittere corporis eūonē.

De vrina icterica. ℭ Dixit. Aui. qñ fuerit vrina icterica in febre. i. vrina que euenire solet in patientibus febrē cū ictericia citrina q̄ est multū tincta ꝛ grossa significat apa. s. nō verū: sꝫ apa. i. apationē in poro felleo: cui⁹ opilatione fit icteritia. ℭ Cura eius. dixit ipse. est dare in potu aquā ordei ꝛ syrupū acetosum. s. ad extinguendū febrē. ꝛ nō curauit Aui. de icteritia qḋ dicūt fiendū esse qñ icteritia ꝑcessisset febrē ꝛ febris supuenisset ei nō ꝓpter icteritiā: sed ꝓpter aliā cāꝫ. Nā intētio prius habēda est ad febrem q̄ȝ ad icteritiāꝫ qñ simul cōiunguntṫ: qꝛ febris magis suspecta est q̄ȝ icteritia. Debet tñ curari febris cū his que nō habent augere icteritiā: sicut cū aq̄ ordei ꝛ syrupo acetoso ꝛ silibus. Si autē febris superueniret ꝓpter icteritiā: ꝛ esset accidens eius: tūc cura prius dꝫ verti ad icteritiā ꝛ causam eius q̄ȝ ad febrē: nō negligendo tñ febrē. Quidā tñ exponunt qñ fuerit vrina icterica. i. multum dñium colere indicans ꝛ multā inflāmationē: ꝛ tūc significat apa nō qdē factū: sꝫ futurū fieri: qꝛ significat quandā dispōnē ad apa: ꝛ precipue in epate que dispositio ꝓcedit ex vehemēti inflāmatione epatis: qḋ est ꝑparatum trahere ad se materias: qbus attractis timetur apa. Et in tali casu intētio prius dꝫ verti ad febrē ꝛ remittere inflāmationē eius cū aqua ordei ꝛ syrupo acetoso ꝛ similibus. deinde intēdere ad dispōnēꝫ q̄ remansit in epate. Et alij exponūt: qñ fuerit in febre vrina icterica. i. inflāmata: tūc significat apa. s. iā factū in epate: ꝛ significat ēt magnā inflāmationē in epate: ꝓpter quā concte dereliquiṫ cura apatis q̄ regulr deberet ꝑmitti: ꝛ intēditur febri extinguēdo ipsam cū aqua ordei ꝛ syrupo acetoso ꝛ similibus.

ℭ Pars vna que est de conualescentia ꝛ recidiuatione.

ℭ De conualescētia in generali. Cap. i.

Conualescentia dicitur a verbo cōualesco ichoatiuo qḋ significat incipe bñ hře vel ad sanitatē tendere. Uel ꝯm aliquos dr̄ a cōualeo ṽbo defectiuo: qḋ ꝯm antiquos aliqñ iportabat dolorē vel malā dispōnem: vñ cōualescētes dñr male hñtes. Et sic dñr ab Ipo. 2° affo. i affo. plerūq; male hñtes oēs ꝛc. q̄uis ꝓprie dicanṫ male hñtes cōualescētes nō vere. ℭ Est. n. cōualescētia 2ˣ. s. ṽa ꝛ nō ṽa. Et vtraq; lꝫ possit ꝯsiderari euenire post oēm morbū: ꝓprie tñ attendiṫ post febres euenire. Et hinc auctores post tractatū de febribus imediate determināt de cōualescētia ꝛ regimine cōualescētium. ℭ Est aūt cōualescētia vera dispō neutralitatis cōualescētie: in q̄ qs exiēs a febre ꝑcipue hūorali ṽe est dispositus vt sanitatē adipiscaṫ: q̄ȝtū est ex dispōne corpis nisi ex errore vl̄ alia

Conualescentia est duplex. supueniēte extrorsūꝫ cā ipediaṫ. Et. n. cōualescentia ṽa sequtur ad crisiꝫ ꝑcedētis egritudinis pfectā siue ad pfectā eūonē seu cōsumptionē totalem māe ipsius egritudinis. Et iō hñs ꝯualescētiā verā nō est aptus recidiuā incurrere q̄ȝtuꝫ ex dispōne est intrinseca ꝛ corpali. ℭ Cōualescētia autē nō ṽa est ꝑdicte opposita. Est. n. dispō neutralitatis decidētie in qua qs exiens a febre humorali est dispositus ex dispōne intrinseca ꝛ corpali recidiuā incurrere: ēt nullo supueniēte in regie errore vel cā extrinseca. sequitur. n. ad crisim iperfectā ꝛ diminutā siue ad nō cōpletā eūonē siue cōsumptionē māe facientis febrē: cui⁹ ipsa est cōualescētia: ꝛ vnde est aptus recidiuā incurrere. Inquit. n. Ipo. q̄ relinquunṫ in morbis post crisim subuersionē facere cōsueuerūt. ℭ Et dñt qdā. ꝙ cōualescēs nō ṽe in quo futura est recidiua est corpus neutrū decidētie ꝑmi significati: ꝛ est corpus neutrū tertii significati: qꝛ est aptū: vt aliqñ sit sanum ꝛ aliqñ egrū. Et posset ēt dici ꝙ sit neutrū scdi significati: qꝛ actualiter est neutrū in ꝑ ꝛ 3° significato: vnde participat duas neutralitates: ꝛ pōt cōtingere ꝙ cōualescēs ꝓprie nō ṽe sit corpus egrū ex alia infirmitate. ℭ Et. A. qdē 2ª 4ᵗ. tetigit q̄sdā dispōnes accñtales que pñt supuenire cōualescētib⁹.

Recidiuatio accidit nō vere cōualescētibus: vere aūt cōualescētibus nō. Et ꝑ⁹ est. ꝙ accidit eis recidiuatio: ꝛ h̄ maxie cōualescētib⁹ nō ṽe ꝓpter reliqas humorū in eis relictas: vt pꝫ in affo. supius adducto. Petiū. n. hūoris derelicti aut est pūū ꝛ tūc nō necio icurret recidiuā: qꝛ pōt nā illū cū solo bono regie regulare ꝛ resoluere. Si aūt fuerit magnuꝫ necio incurret recidiuā nisi cito eūone ei subueniatur. Q. si accidat ei vt egritudo redeat: tūc dr̄ ꝓprie recidiuare: qꝛ de nouo cadit in eādē egritudinē pp reliquias māe egritudinis q̄ in corpe suo remāserunt: ꝛ talis recidiua deterior est sua radice: vt volunt oēs auctores ex eo ꝙ inuenit virtutē debilē impotentē regulare digerere ꝛ euare humores ipsos: nō. n. ē tolerās subtiliationē diete ꝛ eūones: vt i ꝑª erat radice. Cōualescēs aūt vere cadēs in egritudinē ex malitia regis vel cā extrinseca nō ꝓprie dr̄ recidiuare: qꝛ nō egrotat ex malitia reliquiarū ꝑme egritudinis: sed ꝓprie dr̄ de nouo egrotare: etiā dato ꝙ egritudo 2ª sit ꝑme silis. ℭ Et dixit. A. accidit ei vehemētia ṽtutis. i. fortificatio ei⁹. s. cū vtiṫ recto regie. Et accidit eis debilitas ṽtutis: ꝛ hoc cū in eis est illud qḋ diximus. s. in cap̄ regis eorū. ꝛ est mala dietatio eorū. vñ virtus resolniṫ aut aggrauaṫ. Et hoc ꝓprie respicit cōualescētes vere. Et dixit. Accidit eis vt nō iuueṅṫ ab eo qḋ sumūt d cibo ꝛ necāt corpa eorū ad ṽtutē. i. vt nō fortificetur ṽtus eorū: ꝓ quo dixit Ipoc. 4° affo. Si ex egritudine. s. exiens cibū accipiēs qs nō cōualescat signat: qꝛ ampliori cibo vtitur. Si vō nō accipiēti hoc fiat signat: qñ corpus eūone indiget. Et Aui. dix 2ª 4ᵗ. Si nō appetit cōualescēs tunc illud est replō. s. humorū crudorū q nō pñt digeri ꝛ nutrire. Et si appetat ꝛ nō ipinguaṫ. i. nō resumiṫ nec apponitur corpori nutrimētū: tūc afferṫ sibi de cibo vltra ṽtutē suā: ꝛ supra ṽtutē nāe sue: q̄re nō pōt digerere illud ꝛ diuidere in corpe: aut in corpore ei⁹ sunt hūores plēs in quib⁹ nā eius est occupata aut virtus stōi eius est ꝓstrata valde aut ṽtus toti⁹ corporis ei⁹ ꝛ calitas eius inata sunt ꝓstrate: q̄re nō alteraṫ cibus alteratiōe cōueniēti vt exēpliceture siue restaureṫ nā eo. voluerūt. n. Ipo. ꝛ G. in ꝯ¹⁰ dicti affo. ꝛ Aui. in dictis ṽbis. ꝙ si verus cōualescēs exñs cū appetitu bono ꝛ nāli q cōprehēdiṫ eo qḋ appetit tēpata: ꝛ nō cū appetitu intēso: quēadmodū multi cōualescētiū hñt ꝓpter nimiā exiccationē mēbrorū: neq; cū appetitu inordinati pp humorē frigidū existentē in ore stōi qui cōprehēdiṫ: eo ꝙ appetit incisiua ꝛ abstersiua: sumit cibū ꝛ nō resumitur ex cibo neq; redit ad pristinā dispōnē tunc hoc ꝓuenit: qꝛ vtiṫ ampliori cibo q̄ȝ debeat: sed cōualescens nō verus: cuius

ſignum eſt leſio in appetitu cibum ampliorez nō ſumit ⁊ nō ſumiť ad id qđ ſm nām tūc h̄ ꝓuenit: q2 in corpe ei⁹ remāſerūt hūores mali q adhuc ſtant getu: tñ īpediūt reſumptionē ⁊ appetitū. Uñ ð ipſoꝝ euōne idicat: qm̄ ⁊ ſi adhuc ꝑncipalr nō faciāt egritudinē: ſꝫ neutralitatē ſi nō euābuntur faciēt eādē egritudinē. ℭ Et ſcias ꝙ Ipo. nō intellexit cibū ſolū intēperate ſumptū eē cāꝫ nō reſumptiōis corpis: ſꝫ ēt alie res nō nāles poſſunt eē cā ꝙ cōualeſcēs verus nō reſumať. nā poſē eſt ꝙ ipſe vtať tpato cibo: ⁊ tñ nō reſumetur ꝓꝑ inordinatū exercitiū: vt ꝑlimas vigilias ⁊ accñā aīe ⁊ ſiīa. Sed Ipo. ſolū tetigit de cibo tanq̄ꝫ de eo qđ vtplm̄ eſt in cā. Et cā qdē dicti in affo. eſt: q2 in v̄o ɔualeſcēte non pōt argui defectus ab intrinſeco: ſꝫ ſolūmō ab extrinſeco ⁊ malitia regis. Et hꝫ affo. veritatem ſuppoſito ꝙ nō adſint alie cāe nō reſumptiōis: nā ſic poſſet eē ī9 cā ꝙ ver⁹ cōualeſcēs nō reſumereť paucus cibus: ſicut multus. ℭ Uñ ſcire debes. ꝙ cāe ꝓꝑ q̄s cōualeſcēs nō reſumeť poſſunt eſſe ſex: q̄rū tres cōueniūt ɔualeſcēti v̄o: ⁊ tres alie nō v̄o. Et ꝑma triū primaꝝ eſt malitia regis. 2ª debilitas caloris nālis ꝑlima ꝓꝑ multas vł fortes reſolōnes. Et 3ª eſt mala cōplō derelicta in nutritiuis. Et ꝑª de trib⁹ ſcōis eſt humor malus in corpore derelict⁹. 2ª ē malitia digōnis ꝓꝑ malā cōplonē nō purā: ſꝫ cū mā in nutritiuis ðrelictā. Et 3ª eſt paucitas caloris inati cū vitio maloꝝ hūoꝝ. ℭ Et dix̄ Ipo. 2° affo. loquēs de cōualeſcēte v̄o in quo eſt bonitas appetitus ꝓꝑ cāe nāles ex egri^{us}. bñ reficiēti nihil addere corpus malū: ꝓꝑ h̄ ſcias ꝙ in cōualeſcēte v̄o pōt ſtare bonitas appetitus cū bonitate digōnis: ⁊ etiā cū malitia ipſius ⁊ h̄ erit ſm diuerſos gradus caloris inati in cōualeſcēte relicti. Si itaq̄ꝫ in ipſo cōualeſcēte cū bonitate appetit⁹ ſeqntis ad inanitionē mēbroꝝ remāſerit gradus caloris ſufficiēs ad bonaꝫ digōnē aſſumptoꝝ erit in eo reſumptio corporis multa. Si v̄o gradus caloris q remanſit cū dicta bonitate appetitus erit remiſſus: tunc diminuta erit aſſumptoꝝ digō: ⁊ tūc reſumptio erit nulla aut pua valde. Et h̄ intellexit Ipo. p nō addi ad corpus. Et eſt h̄ malū p viā ſigni ⁊ p viā cāe: per viā ſigni: q2 ſignat defectū digeſtiue ⁊ nutritiue v̄tutis: p viā v̄o cāe: q2 ad aſſumptionē cibi q nō reſumit corpus multiplicanť humores mali q in futuro generabunt egritudinem. ℭ Et ſcire debes ꝙ in cōualeſcēte nō v̄o nō pōt iueniri bonitas appetit⁹ ꝓꝑ cāe nāles: q2 in eo eſt plenitudo humorū maloꝝ: cum q̄ nō ſtat bonitas appetit⁹. Et loquēs Ipo. ꝓpriē de cōualeſcēte nō v̄o dix̄ ibidē. In affo. plerūq̄ꝫ oēs male hn̄tes vt cōualeſcētes nō v̄e ſm ꝑnª. ſ. ſue cōualeſcētie bñ reficiētes ꝓꝑ multū appetitū quē hn̄t ⁊ nihil addētes: q2. ſ. corpa eoꝝ nō reſumunť in fine. i. in ꝓceſſu ſue cōualeſcentie: rurſus abſtinēt. i. deijciť in eis appetit⁹. Et rō ē: q2 per nō addi ad corp⁹ ſignať debilitas digeſtiue ⁊ nutritiue v̄tutis: vñ in p̄cedēti affo. dcm̄ eſt: ⁊ ad debilitatē digeſtiue ſeqtur multiplicatio humoꝝ maloꝝ q erūt poſtea cā deiectionis appetit⁹. Et maxie ſi in appetitu ſatiſfecerit ɔualeſcēs. Et ſubdit Ipo. ꝙ ꝑdicti cōualeſcētes nō v̄e ſm ꝑnª abſtinētes fortiter. ſ. ꝓꝑ ðbilitatē appetit⁹ eoꝝ: poſteri⁹ v̄o reficiētes meli⁹ cōmutāť: ⁊ rō ē: q2 multitudo hūoꝝ maloꝝ: q̄ in ꝑn° ɔualeſcētie fuit cā paucitatis appetitus ⁊ abſtinētie a cibo: i ꝓceſſu ex illa abſtinētia reſoluiť q̄ conſūpta redibit idē appetit⁹ ⁊ fortificabiť digō ⁊ meli⁹ cōmutabiť cibus: vñ ſeqť corpis ɔſūptio. ℭ De his loquēs. A. 1ª. 4ᶦ dixit. hmōi lꝫ appetāt in ꝑncipijs cibū: tñ ɔuertiť q̄nq̄ꝫ in eis diſpō ad h̄ vt nō appetāt: qm̄ nocu^{ta} ⁊ replō maloꝝ hūorūꝫ fiūt fortiora ⁊ augmētanť. Et dixit Ipo. plerūq̄ꝫ ⁊. A. dix̄. q̄nq̄ꝫ. q2 nō v̄ificať dcm̄ niſi vt in plib⁹. poſē eſt. n. ꝙ a ꝑn° ɔualeſcētie capiť multū de cibo ꝓꝑ appetitū: ⁊ tñ nō ē nec̄e ꝙ in futuro deficiať appetit⁹: q2 pōt fortis appetit⁹ in ꝑn° ɔualeſcētie exñs manuteneri cū cibis excitātib⁹ appetitū: vñ nō deijciť in ꝓceſſu: pōt ēt appetit⁹ intēſus in ꝑn° cōualeſcētie exñs volūtarie manuteneri ñ ſatiſfaciēdo appetitui cū ſumptiōe cibi multi: vñ nō multiplicabiť hūor malus deijciēs appetitū. Et ſilr poſē eſt euenire oppo^{m} ſcōi dicti: vt ſi qs in ꝓceſſu cōualeſcētie volūtarie ⁊ ſtudioſe tm̄ acciperet de cibo ꝙ inde gñareť multitudo hūoꝝ cōſeruās deiectionē appetit⁹ vel ipam augens. Et ꝑ^{m} qdē dcm̄ affo. eſt malū p viā cāe ⁊ p viā ſigni. ſm autē eſt bonū p viā cāe. Intenſus. n. appetit⁹ in cōualeſcēte ſine reſumptiōe corpis ſignat aut defectū digōnis aut malitiā hūoris in ore ſtō: aut vermes in ſtō ſugētes cibū: aut cōualeſcētiā eius nō eſſe verā. ꝑ^{m} nāq̄ꝫ dcm̄ affo. pōt v̄ificari de cōualeſcēte v̄o: ⁊ ēt de nō v̄o, Immo ēt de q̄cūq̄ꝫ corpore repleto. dixit Ga. in ɔmēto ſupradicti affo. plerūq̄ꝫ oēs male ⁊c̄. bonū eē cōualeſcētem debite accipere ſiue appetere ⁊ ecōuerſo. malū eſt ipſum nimis intēſe aut nimis remiſſe appetere: tñ minus malūꝫ eſt ſpm remiſſi⁹ appetere q̄ꝫ intēſius. ℭ Dix̄. A. vbi. ſ. ⁊ ꝙ nō appetāt. ſ. ɔualeſcētes: deinde appetāt ꝓꝑ viuificationē v̄tutis ſue meli⁹ ē q̄ꝫ vt appetāt. ſ. in ꝑn°: deiñ nō appetāt. Dñt tñ qdā: poſē eē vtrūq̄ꝫ eq̄lr eē malū: q2 poſē eſt cāꝫ vtriuſq̄ꝫ eſſe eq̄les: ⁊ poſſibile ēt eſt eas eſſe ineq̄les. poſē. n. in ꝑn° abſtinere deterius eſſe q̄ꝫ fortiter appetere: ⁊ poſē ēt eſt in ꝑn° fortiter appetere q̄ꝫ abſtinere. Scōꝫ plm̄ tñ ē ꝙ fortiť appetit⁹ i ꝑn° ɔualeſcētie ē malū per viā ſigni: q2 ſignat in ɔualeſcēte v̄o multā inanitionē mēbroꝝ: aut in nō v̄o multitudinē aut malitiā hūoris aut v̄mes in ſtō. Et eſt ēt malū p viā cāe: q2 eſt cā replōnis idebite. Sed abſtinētia in ꝑn° cōualeſcētie ꝓꝑ cām aſſignatā: vtplm̄ vel ſemp eſt malū per viā ſigni: q2 ſignat plenitudinē aut malitiā attractiue mēbroꝝ: ſed ipſa abſtinētia in ꝑn° de ſe exñs nō violēta a volūtate cōualeſcētis bonū p viā cāe: q2 in corpe repleto eſt cā cōſumptiōis hūoꝝ ⁊ in corpe inanito in quo eſt debilitas attractiue vel etiā digeſtiue mēbroꝝ eſt cā replōnis regularis ⁊ reſumptiōis. Itaq̄ꝫ vt in plib⁹ verificať dictū verbuꝫ Aui. ꝙ nō appetāt: deiñ appetāt ⁊c̄. ℭ Et de diſpōnib⁹ euenietib⁹ cōualeſcētib⁹. dix̄ Aui. ſunt exiture cū nō ſunt mūdificata corpa eoꝝ p euōneꝫ. Et q̄nq̄ꝫ accidit eis corruptio aliq̄rū mēbroꝝ ꝓꝑea ꝙ expelliť illis mā mala corroſiua. ſ. vel putrificatiua ⁊ deſtructiua ſpūs inati eoꝝ: ⁊ hi ſunt cōualeſcētes nō vere: de qb⁹ itelligēs Ipo. 4. affo. cū dix̄ quibuſcūq̄ꝫ reſurgētib⁹ ex morbis: ⁊ maxiᵉ febriētib⁹ putridis in qb⁹ mala mā ē relicta vel mala cōplō male mãe gñatiua ſi aliqd doluerint. i. in aliq̄ pte corpis dolorē patiunť ibi apoſtaſes fiūt: q2 ad illā ptē eſt fluxura mā illa mala: maxie ſi dolor ille ꝑſeuerauerit. Et v̄ificať vt in plib⁹: q2 poſſꝫ ex alia cā mā illa ad aliā trahi ptē. Aut ēt poſſꝫ ipſa mā añ q̄ꝫ flueret ex̄ corpus expelli ſpōte vel arte. ℭ Et dix̄. A. ꝙ de illis diſpōnib⁹ eſt ꝙ q̄nq̄ꝫ accidūt cōualeſcētib⁹ egritudines ɔ̄rie egritudib⁹ q̄ fuerūt ꝑus i eis: ⁊ h̄ cū ſupſtiūt i eis ex ɔ̄rio ei⁹ qđ ē cū eis: ſic̄ accit eis. ſ. reſurgētib⁹ ex egritudinib⁹ calis ⁊ ſiccis vt febrib⁹ acutis ḡuitas in ligua ⁊ paliſis colica frida ⁊ apoplexia epilepſia ⁊ dolor capitis iſepabilis ⁊ emigranea: ⁊ q illis ſunt ſiles: qm̄ iſtridatio ⁊ hūectatio fcē in illis modicū vł mediū ptrāſierūt. Et dixit. A. q̄nq̄ꝫ accit eis prurit⁹ plim⁹ quē remouet aq̄ tepida ſupīnfuſa vł ēbrocata vł q̄uolibꝫ alt appropriata. ℭ Dix̄ Ipo. 4° affo. Quibuſcūq̄ꝫ ex febrib⁹ reſurgētib⁹ puſtale aut dolores in articul. ſup. vł extrēitatib⁹ fiunt hi āplioꝛib⁹ cibis vtunť: q cibi ex ðbilitate digeſtiue ad p̄cedētē febrē ſeqnte nō bñ digerūť: ſꝫ i m̄ltos hūores ɔuertūť nō nutrire aptos q poſtea ad iūcturas ⁊ extremitates deſcēdētes dolores ⁊ puſtulas in eis cāſt: maxie nō ſequēte euōne illoꝝ hūoruꝫ añ ipſoꝝ fluxū: plm̄ aūt ɔtingit h̄ in ɔualeſcētib⁹ nō veris.

ℭ De regimine cōualeſcētiū per dietā. Cap. ij.

REgimen cōualeſcētiū duob⁹ ꝑficiť modis. ſ. dieta ⁊ potione. Et dieta quidē variaſ ſm varietatē cōualeſcentie. Alia enī dieta ɔuenit ɔualeſcētib⁹ v̄is: ⁊ alia nō v̄is. ℭ De dieta vero ꝝ. dixit Gal. 7° ter. reſūptiua

Sex cāe quare cōualeſcens nō reſumatur.

In cōualeſcēte nō vero non pōt inueniri bonitas appetit⁹.

Dieta vere cōualeſcētiū.

dieta.i.dieta voꝝ ꝯualescētiū media est curatiue ⁊ sanatiue
artis: q̄re ex his q̄ ſm dietā alterutrā sunt hec ipleri oꝫ intel-
ligēs in oībꝰ sex rebus nō nālibus: ⁊ nō intellixit Gal. q̄
sit media p cōpōnē extremoꝝ: s; sit media in hoc q̄ uno tp̄e
pticipat vna ⁊ in alio alia: trāscendo tñ gradatim de vna
ad aliā. ¶ Dixit ad hoc Aui. 1ª. 4ᵗ. Obseruatio in oībꝰ cō-
ualescētibꝰ mūdificatis ⁊ nō mūdificatis est vt currat esse
coꝝ ſm regimē qđ fuit ex egritudine ex cibis.sup. ⁊ alijs
nō nālibus rebꝰ tribus diebꝰ: ⁊ sit vsq; ad qnq;: ⁊ h̄ marie
in nō mūdificatis ⁊ in eo qđ est inter eos.s.qnq; dies: q̄r.s.
duobꝰ diebus vel q̄tuor: sicut medico videbit̄ expedire. Et
subdit. A. ad sūmū ſm mensurā q̄ res dici cretici. s. fuit de
crisi pfecta vel impfecta ptranseat.i. nō currat ſm regimen
qđ fuit in sanitate eiꝰ. deinde.s.post supradictos dies. illud
scil; obseruet qđ sequit̄ sanitatē eiꝰ.i.qđ appropinquat re
gimini sui sani: deinde eleuet̄ ad illud qđ est.s. ipsū;: q̄r ad
regimē ei i sanitate ꝯsuetū. ¶ Dix Dam. i affo. Cōualescē-
tes ſ; infirmitatē suā debēt tractari ⁊ nō pmutent̄ ex toto
ad id qđ cōsueuerūt sani. Sit aūt aer a pnꝰ cōualescētie eiꝰ
ex febribꝰ acutis declinis ad aliq̄lē fridtatē: ⁊ in pcessu sit
tēperatꝰ in actiuis q̄litatibꝰ. In passiuis vo sit in cōualescē
te vero declinās ad hūiditatē paruā. In nō vo aūt ad sicci-
tatē. Et dixit Aui. de regie cōualescētiū est pmutatio coꝝ;
ad aerē ꝯtrium ei in quo erāt: dicūt qdā. tp̄e egritudinis. Et
alij dicūt. tp̄e sanitatis añ egritudinē: ⁊ h̄ maxime si aer ille
fuit in cā casus eius in egritudīē illā. Et ppea ēt dixit Aui. q̄
de regie coꝝ est obseruatio eius qđ opꝫ caueri de spē egri-
tudinis coꝝ vt apponat̄ ei q̄ securitatē faciat ab ea sicut in
pleureticis. oꝫ.n. vt timeat̄ in eis aspitas pectoꝝ.s. ⁊ ipsiꝰ
strictura: ⁊ cōsilr in alijs. ¶ Et dixit. A. opꝫ agere vt cōua
lescēs letet̄ ⁊ gaudeat.s.oībꝰ modis letitie: ⁊ dixit. oꝫ age-
re vt qescat ⁊ neq; approximet̄ ei aliq̄d ex motibꝰ quousq;
pueniat̄ ad voces.s. fortes in custodiēdo ip̄m ab eis. sup. ⁊
ab oī alio rumore ⁊ strepitu. Et silr ab alio excellēti sensibi
li: hñt.n. sensus debiles ⁊ nō possunt absq; lesione tolerare
ea: gradatim tñ dixit. A. pducat̄ ad exercitiū eq̄le: qm̄ ip̄m
sanatiuū est ei valde ⁊ ꝯueniūt ei fricationes leues nō aspe
sed mediocres ſm dispōnē eius. Q; si necessariū est ei bal-
neū. tūc dixit Aui. nō opꝫ vt sudet in balneo pp raritatem
carnis sue debilis: ⁊ itelligit̄ de balneo dulcis aq̄. ¶ Et di-
xit abrasio.s. capitis cū nouacula.i. cū; pilo nocet ei ppter
id cuiꝰ narratio pcessit.s. ṗª 4ᵗ. caṗ de rigore: ⁊ est q̄r ꝯstri-
gūtur in abrasione illa pori cutis: sed tñ abrasio fiat fricetur
post eā caput cū pānis calis ⁊ calefiat locꝰ vt rarificent̄ pori
eius. Et hinc accipiūt q̄dam q̄ tondere caput sit melius q̄;
abradere ipsum. ¶ Dormiat cōualescēs sufficiēter: ⁊ mariᵉ
de nocte: ⁊ si de nocte nō sufficienter dormierit dormiat de
mane. Sōnū aūt diurnū fugiat nisi sit ei cōsuetudinarius.
Ait.n. A. sōnus diurnus fortasse est ei magis nociuꝰ: pro-
pterea q̄ mollificat eū.s. nimis humectādo: ⁊ cōfert fortas-
se ei: ppea q̄ qescere facit. Si tñ qñ cōuenit ei fortasse attra
hit febrē: ppea q̄ facit cruditatē ⁊ frangit de virtute caloꝝ
inatū: fugiat cōualescēs vigilias plimas. ¶ Dixit Aui. opꝫ
vt i ꝯualescēte alleuiaꝰ fiat in oī re ⁊ nō afferat̄ ei aliqđ gra
ue ex calefaciētibꝰ. sup. neq; ex infrigidātibꝰ neq; aliq̄d ex
causis cōprimētibꝰ. Et dixit. neq; aliq̄d graue ex cibis: sed
opꝫ vt occupēs in eo ad qđ augm̄ efficit in sanguine eius. ⁊
h̄ in ꝯualescēte vo: q̄re opꝫ vt sit cibꝰ cōualescētis in q̄litate
boni chimi facilis digōnis. Et fortasse est necessariū vt de-
clinet q̄litas cibi ad ꝯtrariū cōplōnis egritudinis pterite pro-
pter timorē alicuiꝰ rei ⁊ ad cautelā: marie in eo in quo post
crisim cōpletā remāsit mala q̄litas in corpe suo. ¶ Et sit ei
scil; cibo calitas subtilis cū hūiditate cōpleta velociter re-
cipiēs digōnē. Et opꝫ vt sit in q̄tītate cibi eiꝰ mēsura que
fiat ei bona digō ⁊ bona separatio.i. descēsio a stō vel bona
separatio.i. diuisio ⁊ dispertitio ad mēbra. Et dixit. adde ad
q̄tītatē eiꝰ ſm gradationē. ⁊ h̄ cū nō vides grauitatē ex ci

bo additā. neq; rugitū neq; velocitatē descensionis eius:
neq; ēt eiꝰ retardationē. Et dixit. minue ex cibo si nō videa
tur ex eo q̄ videri oꝫ: vel ēt si alr̄ videat̄ q̄; debeat: qñ enī;
repletur cōualescēs subito ⁊ extēdit̄ stōus eius: tūc fortasse
febrit. Et silr̄ ēt nō opꝫ vt bibat subito ſm q̄tītatē supfluā:
fortasse.n. erit ex h̄ timor. Et dixit. A. opꝫ vt diuidat̄. sup.
q̄tītas q̄ est minꝰ satietate eiꝰ: q̄r oꝫ a cibo desistere ⁊ potu
adhuc appetitu vigēte ⁊ nō replere se ad satietatē. ¶ Et di-
xit. de ꝯualescētibꝰ. ꝯuenientior ad h̄ vt itercidat̄. als. iter
dicat̄ ei satietas est ꝯualescēs: cuiꝰ crisis fuit occulta. sup.
vel diminuta: qm̄ ipse est expositꝰ recidiuationi. Et scias.
dixit. A. q̄ vinū cū tpamēto.s. in q̄tītate ⁊ q̄litate sumptū
est eis iuuatiuū ⁊ ppue subtile tenue. Et dixit. aq̄ vehemē-
tis frigoris est ex eis a q̄bꝰ opꝫ alienari ꝯualescētē. Fortas-
se enī iterficit ex supuētu eiꝰ q̄busdā vlceribꝰ: quoꝝ morti
ficat calorē inatū: ⁊ fortasse inducet spasmū leso cerebro ⁊
neruis. Et nos quidē dixit ipse. scimus qui iā mortuus est
ppter illud. ¶ Et hora quidē cibatiōis eiꝰ est hora eq̄lita-
tis aeris. In vesperis quidē estatis ⁊ hora post meridiem
hyemis in hora.s. in q̄ orāt saraceni. Hoc dixit ppter anti-
quos qui solebāt cibari solū semel in die. Tu aūt dic. q̄ ho
ra cibatiōis eius sit hora magis tēperata vel saltē hora tibi
ꝯsueta nisi sit notās ad cibationē aliqđ festinū.s. requirēs
cibationē citiꝰ. ¶ Dixit. A. opꝫ vt in ꝯualescente mūdore
cuiꝰ febris fuit salubris ne subtiliet̄ regimē eiꝰ: qm̄ febriet
corpꝰ eiꝰ fortasse febre ethica ⁊ mala fiet dispō eiꝰ: ⁊ a coy-
tu oīno abstineat. ¶ Dixit Gal. in expōne 4ᵗ lib. ciboꝝ. ⁊
scribit̄ a Rabi in 3ª ptīcu. Corpus iā debilitatū ex lōga in-
firmitate pp euōnē vl̄ malū humorē indiget cibo leui faci-
lis digōnis hñte bonū odorē ⁊ saporosū;: q̄r bonus odor
addit in corpore ⁊ adaptat eius cōplōnē. Et calorē fortifi-
cat nālem. ¶ Et Ipo. quidē loquēs de dieta ꝯualescentiu;
q̄ indigēt resumptiōe. dixit in affo. facilius est eos repleri
potu q̄; cibo: potus aūt qñq; sumit̄ pro. oī deglutibili sine
masticatiōe siue sit nutriēs siue nō: ⁊ aliqñ pro re degluti-
bili nō egēte masticatiōe multū nutriēte ⁊ satis in grossitie
vicine cibo: sicut oua sorbilia vina grossa iura carniū ⁊ si-
milia: ⁊ sic sumit̄ in h̄ affo. l; dicāt quidā q̄ possit amplia-
ri affo. ad oē liq̄dius respectu spissioris ⁊ ad oē molliꝰ reª
durioris. Dixit Ipo. facilius ⁊ melius est resumere eos po-
tu.i. cibarijs liquidis i forma potabili sumēdis q̄; cibo: .s.
q̄; cibarijs solidis. ¶ Dixit Aui. 1ª 4ᵗ. Scias q̄ cibi humi
di fluidi currētes nutriūt velociꝰ ⁊ minꝰ sunt audaces.s. ad
nocēdū: ⁊ grossus cibꝰ ⁊ grauis est ꝯtrio: sinuetit cibꝰ: siue
potus. nā liq̄da cibaria facilꝰ accipiunt̄ ⁊ accepta meliꝰ ⁊
faciliꝰ digerunt̄ ⁊ cōuertunt̄. Uoluit.n. Gal. 3º alimentoꝝ.
caṗ de piscibꝰ duraꝝ carniū. q̄ que in vētre est digō: ⁊ q̄ in
epate ⁊ venis sanguificatio facilior est mollioribꝰ q̄; duria
ribꝰ. Et dixit. hūidiora ⁊ liquidiora appeta tñ nutrire suf-
ficiēter facilius nutriūt. Et nō solū h; h̄ veritatē in digōne
kili ⁊ sanguificatiōe: sed ⁊ ipse hūiditates scđe si sint debito
liq̄diores ceteris pibus nutriūt faciliꝰ ⁊ citius q̄; q̄ sunt de
bito duriores: nā faciliꝰ est v̄tuti ispissare rē mollē q̄; molli
ficare durā. hoc tñ dcm̄ h; veritatē de cibarijs eiusdē; spēi
siue de ꝯformibꝰ nō multū diuersis. v̄.g. si ꝯuenit ꝯualescē-
tibus caro pdicis illa faciliꝰ sumit̄ ⁊ digerit̄ ⁊ ꝯuertitur in
sb̄a liq̄da q̄; i solida: s; si iter cibaria eēt magna diuersitas:
nō eēt sic. vñ si daret̄ caro pdicis in sb̄a solida ipsa faciliꝰ cō-
uerteret̄ q̄; caro bouina supta in sb̄a liq̄da. nō.n. eēt h̄ faci-
liꝰ potu q̄; cibo. ¶ Dicit insup qdā q̄ nō v̄ificat̄ dcm̄ affo:
de potu q̄ est potꝰ ⁊ cibꝰ: vt est vinū vinosum sicut vernaci-
nū: ⁊ silia reª vīm liq̄dioris eorūmo ēt reª cuiuscūq; alteriꝰ
potꝰ nutritiui q̄tūcūq; liq̄dioris eo: qm̄ ip̄m citiꝰ ⁊ plus in
q̄tītate nutrit ⁊ restaurat illos. Et iō in casu subite restau-
ratiōis ⁊ sublēuatiōis v̄tutū a casu eiꝰ ip̄m añ oīa alia dar̄.
q̄uis nō tāto tp̄e duret reappositū ex eo q̄tū ex mltis alijs
liq̄dis. ¶ Dixit Gal. in cōmē. dicti afforismi q̄ non ita se

Cibi liq̄di faciliꝰ digerunt̄ ⁊ meliꝰ nutriunt q̄; solidi eiusdem speciei.

bñt potus liquidiores ad facilr replédũ respectu n. liq̃uidoꝝ sicut se hꝫ potus respectu ciboꝝ. Et rõ pñi est: qꝛ põt eé potus liqdioꝛ q̃ est valde pauci nutriméti. Scða qꝛ ꝓpt nimiã liqditaté multo tpe ꝓlõgabitur anteq̃ȝ ad nãm nutriti reducat. Tertia: qꝛ ex tali liquidiori potu põt multuȝ euanescere: vt residuũ eiuſ nutrimétũ paucũ conuertatur. ¶ Rursus Ras. 18. ɔtiñ. cap. de regie cõualescétiũ ꝑ cõualescétib⁹ nõ veris adduxit affo. Jpo. nõ pura corpa q̃to magis nutries tãto magis ledes. q̃uis hic affoꝛism⁹ ẽt verificet de neutris decidétie in egritudines hũorales ꝛ õ egris nũc egritudine hũorali: naȝ talia corpa repleta sunt malis hũoribus siue fm habitudineȝ toti⁹ siue fm pticulare mẽbrũ pp qõ q̃to magis nutriũtur magis ledũtur ꝓpter debilitaté virtutũ coꝝ nõ potété multũ de nutriméto ɔuerte rerũ multũ ei⁹ transit in supfluitaté. Et qꝛ ẽt sunt corpora ipura illud modicũ qõ digerit tãgitur ab ipuro. vñ corrũpitur ꝛ fit ipurũ: ꝛ sic addit in eis ad ipuritatis q̃titateȝ ꝛ malitiã. Jntellexit aũt Jpo. de cibis puris p quoꝝ virtutes nõ nutrit saltẽ nõbilr humoꝝ q̃litas: cibi aũt medicinales pñt eã corrigere. ¶ Dixit Jpo. in affo. Que in multo tpe extenuãtur corpa tarde. i. in multo tpe reuerti ɔsueuerũt. que vo in modico modice. i. in puo tpe. Dixit. A. scða q̃rti. opꝫ vt redeat ille cuius extenuatio ꝛ macilentia fuit in diebus paucis ad pinguediné. i. in dieb⁹ paucis: qm virt⁹ ei⁹ fixa nõ remanẽs ꝛ potẽs supra ɔuersioné nutriméti in nutritũ ꝛ fit cito restaurare deꝑdita. Et subdit: fit cũ ɔ̃rio ei⁹ ɔ̃riũȝ illius. s. vt q̃ extenuata sunt in tpe multo in multis dieb⁹ ad pristinã dispõné deducũtur. ¶ Dicũt quidã ɔualescẽs non dꝫ in aliquo errare in regie suo ne forte recidiuet. si. n. infrenitus fuerit festinãter recidiuabit. Opꝫ aũt sp sibi cauere a causis qb⁹ ꝑᵐ morbũ incurrit vitãdo ꝓ posse eas. Et si cõmode potuerit domũ in qua egrotauit exeat ꝛ aliã ad habitãdũ ꝓcuret: vt saltẽ camerã pmutet in q̃ sit aer trãquillus purus ꝛ odorificat⁹. cãtibus dulcib⁹ ꝛ instrꝫ musicaliuȝ melodijs intédat. amena respiciat sicut serenũ celũ gemaꝝ fulgoré ꝛ auri: virides plãtas aq̃ pure ꝑuie decursuȝ scaturãs hoium placibiliũ ꝛ mulieꝝ ornatũ ꝛ alia hmõi in qb⁹ su⁹ aius delectet. corpus suũ mũdũ teneat pulchras vestes induat caput lauet: ꝛ extrema pedũ ei⁹ ꝛ tibiarũ crebra lotio caput ꝛ alia instra sensuũ: imo ꝛ totuȝ corpus alleuiat. ¶ Dixit Gal. in libello de ꝓnosticatione coꝝ qui ex egritudine resumũtur in quib⁹ nulla cã est ꝑter nãm neq̃ȝ dispõ: sed gracilitas corporis solũ cum imbecilli virtute reductio ad id qõ fm nãm renutricatio ꝛ roboratio est ex motione ꝛ cibis cõmoderatis fiens. ¶ Dixit Dama. in affoꝛismis. Ab infirmitate insurgẽtibus cibari ꝛ sibi nociua petẽtibus non sunt neganda: sed ingeniãdum est: vt in qualitateȝ sibi vtilem cõmutentur: ꝛ est verum si cum magna instantia ꝛ appetitus magna debilitate petant ea.

¶ De regimine cõualescétiũ per potioné. Cap. iij.

REgimen cõualescentiũ ꝑ potioné quatuor iplet intétionib⁹. Prima alterat malã discrasiã si q̃ derelicta fuerit. Secũda mẽbra ɔfortat pncipalia ꝛ nobilia ꝛ pcipue nutritiua: ꝛ iste due ɔueniunt cõualescentibus veris ꝛ nõ veris. Tertia respicit materiã derelictam ipsam digerẽdo ꝛ eũando. Et quarta corrigit accñtia. Et iste due vltime ɔueniũt solũ ɔualescẽtibus nõ veris. Cõualescẽti nãq̃ȝ vo bono vtẽti regimine nulla ɔpetit eũo minoratiua ꝛ multo min⁹ eradicatiua: qꝛ in eo nullũ est peccatũ hũoris: potest tñ eis cõpeteꝛ eũatio lenitiua mixꝛ maxime cũ chꝛisterijs lenitiuis: qꝛ vt plm sunt stiptici vẽtris ꝓpter multã attractioné mẽbroꝝ: imo fluxibilitas ventris in eis est signũ debilitatis attractiue epatis ꝛ mẽbroꝝ: aut est in eo supfluitas: sicut ẽt dixit. A. est in eo quo multiplicat sudor similiter in cõualescente vero predicto nõ insurgũt accidẽtia que correctiõe artis egeãt. Si tñ conualescens vere malo regie vteretur vt ex eo in corpore eius malus generaret humor: tunc eũone egeret illi⁹ humoris gñati: que tñ eũo in eo fieri dꝫ cũ medicinis leuib⁹. ¶ Prima itaq̃ȝ intétio impler cũ his que opponũtur discrasie derelicte: que vt plm est calã sequẽs ad febré. quare ɔueniũt ei frigida: que tñ nõ sint eleuata in gradu frigiditatis ne ꝑcutiant mẽbra coꝝ tenuia ꝛ extinguãt exanguia: eiuib⁹ optime subuenit syrupus qui sic fit. ℞. seminis melonis citruli cucumeris ꝛ cucurbite mũdatoꝝ rosaꝝ ipodij seminis portulace floꝝ boraginis ꝛ buglosse ꝛ papaueris albi. añ. partes equales decoquant in aqua que syrupẽtur cũ zuccaro albo solido. Et si fuerit necesse addant flores viol. ꝛ nenufaris: ꝛ vtat eo assidue. ¶ Scða vo intẽtio iplet cũ eis q̃ mẽbra ɔfortãt hñtia stipticitaté aliq̃lé calã ꝛ frida fm necessitaté: ex q̃bus sunt diarodon abbatis. cõfectio de coralis. cõfectio de gẽmis. ꝛ ɔfectio q̃ sic fit. ℞. margaritaꝝ ãbaꝝ iacintorum smeraldoꝝ granataꝝ ꝛ alioꝝ lapidũ ꝑciosoꝝ coraloꝝ alboꝝ rosaꝝ ãbaꝝ cinamomi electi cardamomi. añ. ʒ. i. macis fincti crudi incisi. nucismu. añ. ʒ. s. corticũ citri cõditorũ cũ zuccaro ꝛ incisorũ. ʒ. iij. zuccari al. solidi lib. i. fiat confectio cũ aq̃ ros. ꝙ si digestiua lesa sit in stõ exhibeat aromaticũ rosatũ descriptionis Gabrielis. Et si necesse fuerit fiãt ab ex̃ inunctiões vel emplastra digẽné stõi corroborantia. ¶ Tertia vo intẽtio maxie reqrit in cõualescẽtib⁹ nõ veris hmõi. n. dix. A. forsitan indigẽt eũone. s. digõne mãe pmisse fm ꝙ reqrit humor ꝑccãs derelictus aut postea ex malo regie gñatus cũ his q̃ dcã sunt in curis febriũ: ꝛ postea eũet mã digesta fm ꝙ ipsa reqrit: ꝛ fm ꝙ dixit Gal. ꝑ decreticis. ¶ Dixit Hal. ɔualescẽté. s. in quo supfluit humor malus speculari opꝫ ꝙ si supfluit sanguis ipsum minuas ꝛ educas q̃tũ est opus: ꝛ virt⁹ tolerat: qꝛ surgẽs a morbo eget augmẽto sanguinis boni: si auteȝ signa cole fuerint vel alteri⁹ hũoris corpus mũde eũa subtili lassatiuo. i. debili. dixit tñ. A. ɔueniẽtior eũo ei est flux⁹ ventris subtilis. i. debilis: pcipue cũ videris egõné colice: aut decliné ad colore humoris q̃ est ex hũorib⁹ ex quib⁹ fuit fe. ꝛ videris in appetitu defectũ. Et q̃nq̃ȝ dixit. A. mũdificatur p vrinã: ẽt mũdificant p ea vene coꝝ maxi⁰ qñ plenitudo est ex parte gibbi epatis ꝛ post ipm. q̃nq̃ȝ. n. faciant diuretica cognita qõ facit vinũ. s. sbtile pmixtũ cũ aq̃ fm ipi⁹ potẽtiã. ¶ De flẽmia aũt sciẽdũ ẽ. dixit. A. ꝙ paꝝ indiget cõualescẽs extractione sanguinis. ꝛ fortasse indiget ea qñ significãt illũ forma. i. hitudo corpis: ꝛ reliq̃ pticlaria ꝛ signa sanguis. s. dñantia: ꝛ pcipue cũ inuenis fe. occultã. i. sine poxismis ꝛ exacerbatiõib⁹: qꝛ est feb. ɔclusa: ꝛ inuenis vel vides pustulã vel vlcerationé in labio. s. sanguineã. ꝛ dixit. A. fortasse cogit te ad flobotomãdũ in formã. i. ɔualescenté non veꝝ malitia sanguis eius pp illud qõ remãsit in ipo de cinereitate hũoꝝ maloꝝ: q̃re necñ est vt ex̃hat sanguis cũ est malus ꝛ augmẽtet in eo sanguis bon⁹ ꝛ meli⁹ est ei vt h facile fiat: ꝛ nõ faciat aliqd subito. ¶ Et in ɔualescẽtib⁹ quidẽ vomit⁹ nõ laudat nisi abundauerit in ore stõi coꝝ humor malus. chꝛisteria aũt dilecta sunt. dixit. G. qnto de regie sanitatis. ꝛ scribit a Rabi in i3ª pticula sic. Cuȝ q̃ passus est morbũ cronicũ: ꝛ eius est dieta neutroꝝ tpe lõgo cũ te opꝫ chꝛisterizare ipm pp incarceratã egõné sui noli chꝛisterizare forti chꝛisteri: sꝫ chꝛisteriza cuȝ oleo tm. sup. ꝛ itera hoc chꝛistere donec mollificet egé. Jn alijs aũt casib⁹ si ɔualescẽs chꝛisteri eguerit fiat lauatiuũ vel lenitiuũ pcipue cum brodio pulli pingui vitellis ouoruȝ zuc⁰ rubeo vel melle ꝛ oleo ꝛ sale: vel sale ꝛ oleo violato. Et si videris addẽdũ in eo de cassiafi. ꝛ melle vel zuc⁰ viol. fiat. ¶ Pillule dcẽ gloriose ɔualescẽtib⁹ vtiles cũ fuerit opportunũ ipsoꝝ soluere ventré cõfortãt. n. stõm ꝛ appetitũ excitãt ꝛ ventrẽ leuiter soluũt. ℞. kebuloꝝ ꝛ indoꝝ reubarbari cinamomi cardamomi gariofiloꝝ galãge. añ. ʒ. i. mastrcis. ʒ. ij. aloes epati. ʒ. iiij. cõfice cũ succo mẽte in quo infusum fuerit agaricũ: ꝛ

Dieta nõ vere cõualescẽtium.

De correctione discrasie derelicte q̃ ẽ prima intentio.

De cõfortatiõe mẽbroꝝ pncipaliuȝ q̃ est scða intentio.

De eũone ꝛ digõne materie derelicte que est tertia intẽtio.

Pillule gloriose.

postea colato dant debilib⁹.ij.vel.iij.mane ꝛ sero indifferē
ter.ℭ De quarta aūt intētiōe.dixit.A.scḋa quarti.cū per/
De correctione accidentium q̄ ē q̈rta intētio. seuerat appetitus ꝛ nō alterat corpus ad virtutē dn̄antē.i.
nō restaurat:tunc instr̄a virtutis appetitiue sunt sana:sed
virtus digestiua ꝛ instr̄m eius sunt debilia:ergo melius est
tūc:dixit ipse:vt deducant ꝯualescētes ex cauezis.i.volati
libus siluestrib⁹ ꝛ plus gradatiꝫ ad edēdū.i.carnes edulas
vel siles ꝛ nō reducant ad ꝯsuetudinez.s.in sanitate dū ad/
De causis minorationis appetitus in cōualescēte. huc in venis est strictura.i.opilatio.ℭ Et dixit. A.scias ꝙ
appetit⁹ ꝯualescētis qn̄qꝫ minorat ꝑpter debilitatē.s.dūs
stōi aut ꝑpter humores in stō ꝛ associat eis scḋm plm sin/
copis:ꝛ qn̄qꝫ minorat cā epatis ex paucitate attractionis.
Et apparet hoc.s.in colore faciei ꝛ corporis:ꝛ in egōne te/
nui alba:ꝛ qn̄qꝫ minorat cā humorū in toto corpe ꝛ satie/
tatis nauseatiue. Et qn̄qꝫ ꝑpter debilitatē virtutis corpis:
ꝛ caliditatis inate eius aut in stō ꝑprie. Et dix̄.rege ergo eos
ꝛ vnūquēqꝫ eoꝝ cū eo qḋ scitisti de regie ei⁹.s.in 13ᵒ tertij
cap̄ de delectiōe appetitus:ꝛ hoc fac q̈zto facilius est pole.
Dixit tn̄.hic scias ꝙ secaniabin de citonijs:ꝛ estima q̄ pōt
esse simplex:ꝛ pōt esse aromatica ꝑm varietatē dispōnis in
calido ꝛ frigido:ꝛ est medicamē bonū ꝯualescētib⁹:ꝛ pro
prie qn̄ eoꝝ appetitus est ꝓstratus ꝑpter debilitatē in sto/
macis eorum.ꝛ facit securitatez ab excoriatiōe intestinoꝝ.
Et hoc dixit.ꝑpter syrupū acetosum:ꝛ alia acetosa que lꝫ
excitēt appetitū nō assecurāt ab excoriatione intestinorū.
Dixit.A.fortasse syrupus acetosus faciet eis euenire exco/
riationē intestinoꝝ ꝑpter debilitatē ipsoꝝ:ꝛ silr̄ acetosa ꝛ
ꝑprie in resurgētibus a febri.collicis:ꝛ multū extenuatis.
Et dictū qdē secaniabin ꝯuenit in cā cal'a.ℭ De ꝯuenienti
bus in cā frida.dixit.A.de ꝯfortātibus stōm que sunt cali/
diora eo.s.secaniabin sūt sic troc.rosati.s.ꝛ minores ꝛ ma/
iores ꝑm diuersos gradus frigiditatis:ꝛ que sunt simila
eis. Alij aūt itroducūt textū.A.sic.de ꝯfortātib⁹ stōm que
sunt calidiora eo.s.secaniabin sūt troc.rosati.ꝑcipue maio/
res.sup.ꝛ nō est exbibēdū ꝯualescentib⁹ ꝑcipue veris. Et
reddēs cām dixit:q2 fortasse sunt cā recidiuatiōis ꝑpter ca
lefactionē ipsoꝝ:sꝫ in prima expōne inueniť lr̄a negatiua
dicēs:ꝛ fortasse nō sunt cā recidiuationis eoꝝ.ℭ Geladia
vtilis ꝯualescētib⁹ ꝛ lapsum hn̄tib⁹ stōm sic fit. decoquant
pulle gallinaꝝ vel pipiones in duab⁹ ptibus vini citonioꝝ
nō acetosi:ꝛ vna parte vini optimi vel ꝟnacini ꝛ media pte
aq̄ ros.donec dissoluāt ꝛ carnes ab ossibus separētur po/
stea colet:ꝛ pinguedo tota abiiciat postea dimittat donec
glutinētur.ꝛ eodē mō pōt fieri mirtitū ꝛ simachia ꝛ silia.
Quidā ꝟo ad glutionē addunt de dragagāto.ℭ Rauioli
ad idē fiunt cū micis panis albi ꝛ vitellis ouoꝝ ꝛ testicul'
galloꝝ cōtritis incorꝑatis adinuicē q decoquātur in bro/
dio carnis vinū eoꝝ sit mediocris s̄bē colore roseuꝫ sapore
pōticuꝫ aromaticū parūp adeq̈tūin pua tn̄ q̈ztitate sūptū.
ℭ De recidiua in generali. Capitu.iiij.

Recidiua dr̄ a recido ꝟbo qḋ significat re
tro vel iteꝝ cado.vn̄ recidiua ē
casus in id qḋ retro siue an̄ erat vel est iteratus
casus:ꝛ in medicina translatū est hoc nomē re
cidiua ad cōualescētē qui iteꝝ cadit in egritu/
dinē siue q retro cadit in egritudinē pristinā. Ois aūt reci/
diua ꝑsupponit aliā egritudinē ꝑcessisse ꝛ recessisse. Cū.n.
ꝯualescēs iteꝝ egrotat recidiuare dr̄.ℭ Est autez recidiua
duplex.s.ꝟa ꝛ nō ꝟa. Et ꝟa est q̄ fit de eadē mā̄e spē de qua
Q̄ recidiua est duplex.s.ꝟa ꝛ nō vera fiebat egritudo iā ꝑterita:que dr̄ radix recidiue siue illa mā̄
fuerit simplex siue mixta mixtiōe ducēte ad vnā formā. vn̄
si mā̄ prime egritudinis fuerit col'a:mā̄ recidiue ēt oꝫ esse
col'atiue ista col'a sit nālis siue innālis:ꝛ iḋ iportat ꝯsilem
egritudinē prie ꝑm denoiationē specificā redisse:nō tn̄ ita
ꝙ recidiua cū sua radice siue cū pncipali egritudine sit ea/
dē egritudo numero ꝑprie loquendo de vnitate numerali.
rō est.q2 vnitas numeralis ꝑprie sumpta in morbis exigit
vnitatē mā̄e:ꝛ tp̄s motus:q̄ duo nō repiunť in recidiua:ꝛ
sua radice:large tn̄ sumēdo vnitatē in morbis numeralez:
ad quā solū requirit vnitas mā̄e:ꝛ nō tp̄is:sic possꝫ dici ꝙ
recidiua:ꝛ sua radix faciūt vnū numero:sicut silr̄ dr̄ febrez
interpolatā pluriū paroxismoꝝ esse eādē nūero.ℭ Dixit cō/
ciliator ꝙ sumēdo morbū ꝑprie put esse eius ꝯstat in eo ꝙ
est actu accidētalr̄ ledere operationes:recidiua nō est eadē
egritudo cū sua radice.nā radix iā recessit ꝛ cessauit a suo
actu qete mediāte inter se ꝛ recidiuā:ēt si mā̄ fuerit eadē:sꝫ
sumēdo morbū improprie put dicit rē suā nō in actu:sꝫ in
q̄da aptitudine siue aptitudine ꝛ dependentia in ipm actū ꝑ
vlteriorē opationē:sic pōt aliq̄ modo ꝯcedi ꝙ radix ꝛ reci/
diua sit vna egritudo cū mā̄ sit aliqn̄ vna aut fere vna ꝛ ꝓ/
pinq̄. Remātit nāqꝫ in mēbris q̄dā habilitatio:ꝑ quā quasi
statim ꝙ est hitu fit actu.ꝑpter modicā distātia inter prin/
cipalē ꝛ recidiuā dr̄ vna egritudo sic maxie amedicis poni
posse.ℭ Mā̄ tn̄ q̄ facit recidiuā duplex est.vna aggregata
Q̄ mā̄ que facit recidiuā ē duplex. in corpe ꝑ viaz ꝯgestionis qua renouatur noua mā̄ ex sola
mala cōplōne derelicta post primā egritudinis remotionē
siue p⁹ crisiꝫ pfectā. Alia ē mā̄ mala derelicta in corpe post
crisim:q2 fuit crisis diminuta cui fit additio de mā̄ an̄cedē/
te ꝑpter malitiā sui ipsius materie derelicte quousqꝫ supet
ꝟtutē:ꝛ faciat egritudinē. Et ista mā̄ depere est faciēs reci
diuā nisi eueť:ēt dato ꝙ ꝯualescēs debito regať regie aut
nisi mā̄ derelicta sit tā pue q̈ztitatis ꝛ tam remisse malitie
ꝙ nā eā superet ꝛ resolueret.nā in istis duob⁹ casib⁹ nō fa/
cit ipsa mā̄ depse recidiuā.imo nisi cōmittaf error in regie
vel alia extrīseca cā superueniat:sicut ēt nec mā̄ cōgesta ex so/
la cōplōne relicta ꝑ se recidiuā efficit nisi cā extrinseca vel
malū regimē accidat. Dicūt qdā ꝙ mā̄ derelicta post crisiꝫ
q̄ facit crisim ꝑm plm est de mā̄ an̄cedēte solū. Et raro est
de mā̄ an̄cedēte ꝛ ꝯiūcta sil'. Et rarissime est de mā̄ ꝯiuncta
tm̄.nā mā̄e q̄ relinquunť post crisim pn̄t esse mā̄e hūorales
stātes sub forma.cāe an̄cedētis:ꝛ pn̄t esse mā̄e incinerate:
ꝛ pn̄t esse mā̄e ex eis mixte.ꝟ.g.in illo q passus est feb.colī
cā potuit remāsisse col'a nōdū mota ad putrefactionē:ꝛ po
tuit remansisse colica incinerata ex paroxismo:sꝫ dn̄t qdā lo/
ca in qb⁹ relinquunť ipse mā̄e pn̄t esse pl'a.s.loca in qb⁹ us
pus erāt radices prie egritudinis ꝛ loca ad que nā expulit
ipsaꝫ mā̄m ꝑm tn̄ plm reseruantur in venis.hn̄ ergo dixit
Ypo.in afo. Que relinquunť in morbis post crisim s̄buer
sionē.i.recidiuā facere ꝯsueuerūt. Et rō est:q2 hūores post
crisim in corpe reseruati dato ꝙ ꝑ tūc egritudinē nō faciāt
stātes qeti:ad tp̄s tn̄ nō extēsum ꝯsueuerūt moueri:ad quo
rū motū qn̄qꝫ adiuuat inordinatū regimē vel alia cā extri/
seca:vn̄ mouētur vel mltiplicātur vl' malignātur vel in cor
pe morātes a nā relinquūtur ꝛ regie ei⁹ nō putrescūt:ꝛ sic
in egritudine reincidere faciūt. Mā̄.n.derelicta post crisiꝫ
ad faciēdū recidiuā sp̄ exigit vt augeaf in q̈ztitate ꝛ q̈litate
ꝛ malitia vel in vtraqꝫ:rō est q2 si cū illa q̈ztitate:ꝛ malitia
cū q̄ derelicta est facit neutralitatē:ḡ ad faciēdū egritudi/
nē q̄ dr̄ recidiua:oꝫ ꝙ vl' ei⁹ augeaf q̈ztitas vl' q̈litas ꝛ mali
tia vel vtraqꝫ Et vt plm est ꝙ vtraqꝫ augeaf.s.q̈ztitas ꝛ q̈li
tas mala.ℭ Et scias ꝙ q2 vt dictū est:recidiua ꝛ ei⁹ radix
dcō mō vna ꝛ eadē sūt egritudo. Jō q̈tuor tp̄a morbi disti
guūtur eadē vtriusqꝫ sil'.rō est.q2 vna est mā̄ principal' mor/
bi ꝛ recidiuere penes vnā totā mā̄m morbi tp̄a distinguun/
tur. Et neqꝫ imagineris ꝙ in ꝑn⁹ vna tota mā̄ nūero neces
sario digeraf occulte:ꝛ postea in augmēto manifeste:ꝛ in
statu sit digesta pfecte:imo notū sit tibi ꝙ mā̄ q̄ in ꝑn⁹ erat
Recidiua vera q̄ fit ꝑ regenerationem materie noue venit in declinatione vel totius morbi. cā an̄cedēs in augmēto pōt esse ꝯsūpta. Sic ergo itaqꝫ fit:
vt idē sit prinᵐ silr̄ ꝛ augᵐ status:ꝛ declo pncipalis egri/
tudinis ꝛ recidiue. Vn̄ dixit. Gal.tertio de creticis. verūtn̄
ꝑnᵐ ꝛ augᵐ debēt itelligi esse tp̄e pncipal' morbi ꝛ nō reci/
diue:sꝫ recidiua ꝟa q̄ fit ꝑ regn̄ationē mā̄e noue:ꝛ nō ex mā̄
derelicta euenit in declōne vl' toti⁹ morbi:ita ꝙ totum tp̄s
qetis que seqtur ad remotionē morbi pncipal':ꝛ totū tp̄s

recidiue est declo vlis toti⁹ morbi:⁊ rō est q2 ista recidiua aduenit postq̄ pncipal' egritudo cepit declinare nulla remanēte in corpe mā e reliq̄a pncipal' morbi:⁊ q2 ipsa recidiua est ps declonis vlis toti⁹ morbi ēē pcedēdētis pncipalē morbū ⁊ recidiuā:s3 recidiua vā q̄ accidit ꝓpter māꝫ principalis morbi derelictā in corpe:aduenit in statu vlis totius spiius morbi.rō est.q2 illa declo nō est vera:postq̄ statē bonitate regis ipolē eā nō seq recidiuā:quapp nō pōt esse ps declarationis vlis toti⁹ morbi. Et cū nō possit esse etiaꝫ ps principij nec augmēti seq̄ q̄ erit ps status vlis ipli⁹ toti⁹ morbi neq3 valet ɔtra qd̄ ad hī afferẽ.s.q̄ recidiua ista aduēniat postq̄ accñtia pncipal' morbi remissa fuerūt:q̄ non in statu sed in declone:q2 l3 illa accñtia fm actū remissa fuerint:nō tñ fm aptitudinē ⁊ habilitatē que mediatē cū incipiet recidiua reincipiente accñtia cū qua pri⁹ fuerāt in statu principal' morbi vel fortasse magis vltimata:⁊ illud suffi cit ad hoc vt sit tps status quo ad accñtia:neq3 ēt qes illorū accñtiū que pcessit recidiuā ꝓhibet esse statū cū vna ps status quo ad accñtia sepe sit fortior altera. Et q2 recidiua vā eueniēte p regnatione noue mā e non redeūt accñtia cū intēsiōe q̄ pri⁹ fuerūt neq3 cū intēsiori: iō ipsa dici o3 esse in declōne:ista vero in statu. ℭ Dicit o3iam fore inter recidiuā ⁊ egritudinē porisimal' redeūtē:nā ois recidiua dī rediēs:s3 nō ɔuertit̃ ois rediēs est recidiua:nā qñ egritudo redit sine motore extrinseco qui sit alius a dispōnes q̄ depēdēt porisimi in eoꝝ gñatione q̄ dispō pmanet:tūc egritudo dī redire porisimal' absq3 recidiuatione:s3 qñ redit dispōe eadē exñte q̄ pri⁹ erat:indigēte tñ motore extrinseco ⁊ adiutorio ad hoc vt redeat dī recidiua:⁊ ideo in recidiua nō fuatur ordo in reditu ei⁹.quē reditū h3 egritudo porisimal' ex suimet nā sicut tertiana q̄ de sui nā redit in tertiū:s3 recidiua aliqñ redit post tertiū:aliqñ post quartū:vel vlterius et eo q̄ eget.vt dcm̄ est ad sui reditū adiutorio motoris extrinseci. ℭ Dixit Tho.q̄ plꝰ est vna egritudo nūero febris interpolata q̄ sit recidiua ⁊ egritudo principal:⁊ qdā dīt q̄ ceteris pibus bō debēs hic recidiua h3 minorē malitiā q̄ bñs interpolatā in die interpolatiōis.⁊ hoc q2 eget ad sui motū adiutorio extrinseco:interpolata vō nō. Et dicūt.dato q̄ aliqñ possit recidiua fieri sine adiutorio extrinseco adhuc h3 minorē malitiā:q2 nō h3 tantā vt in ea moueat̃ humor fm illud tps in quo mouebat̃ in pncipali egritudine:sed interpolata sic. ℭ A quo aūt pn° sint cōputādi dies cretici in recidiua dicūt qdā q̄ in recidiua q̄ fit nō p gñationē noue mā e:sed p additionē ad māꝫ derelictā cōputādū est a pn° pncipal' egritudinis.sic etiā cōputauit. G. crisi3 i.34. die factā ansio de quo ipse recitauit i cōmē.affo. porisimos ⁊c. Etiā dato q̄ in medio tēpore qd̄ fuit tps qetis inter pncipalē egritudinē ⁊ recidiuā ples dies cretici includantur: sicut fuit in ansio illo cui⁹ declinatio fuit in. 17°. ⁊ stetit sic vsq3 ad vigesimāseptimā postea recidiuauit:s3 de hoc amplius dicetur in tractatu de diebus creticis. ℭ Recidiua autē nō vera:l3 vt dcm̄ est psupponat pncipalē morbū precessisse ⁊ recessisse nō tñ psupponit ɔsile3 morbū reuersum fuisse vt recidiua vā facit:⁊ ista qdē nō ɔtingit ab intrinseco:s3 ab extrinseco ꝓpter errorē in regie. Jō pōt ɔtingere in cōualescēte vō ꝓpter māꝫ derelictā:imo etiā in eo q̄ est ꝓpter malā cōplonē derelictā absq3 mā:que recidiua a quibusdā ponit̃ nō tñ̄ me rito q2 mala cōplexio sine mā non inclinat ad morbū ɔsile3 pmo fm denoiatiōnē specificam. Q.n.v.g.post fe.flatica3 remanet in epate mala cōplexio cal'a alio nō psupposito nō ɔsequtur plus recidiua flatica q̄ colerica. Pōt insup recidiua nō vera contingere post crisim principal' morbi ꝓpter māꝫ derelictā aliā ab ea que fecit morbū pncipalē que nō est inductiua morbi ɔsilis illi pncipali:sed alteri⁹:sic tñ q̄ ꝓpter morbū principalē pcedentē hec relicta mā est pua facere recidiuā:sicut qñ post tertianā sequit̃ q̄rtana v.l alia feb.vl' aliqd̄ apā.potest ēt recidiua nō vera fieri de eadē mā spē cū mā e morbi pncipal:s3 nō q2 derelicta sit ista mā post pncipalē morbū q̄ recidiuam l3 fit de mā ɔsili mā e pncipalis morbi:nō tñ̄ dicēda est recidiua vera sicut illa q̄ sequit̃ ad additionē mā e post pncipalē morbū derelicte:q2 ma istius recidiue est ps mā e pncipal' morbi.vñ maiorē affinitatē h3 cū ea q̄ ma istius recidiue nō vē. Et recidiua qdē nō vā nō est vna numero cum egritudine principali:nec ēt est vna spē cū ea:s3 quis ɔtingē p sit q̄ sit vna spē cū ea:sed nō necessario requitur.

ℭ De signis future recidiuationis. Cap̄ v.

De signis future recidiuatiōis. Dixit Jpo.3° affo. quoꝝ fe. si modicū lētescerit:neq3 signū finiende egritudinis habuerit neq3 fe.defect⁹ in die cretico fuerit iterationē egritudinis expectabis. Et. G.dixit.in cōmē.nō op3 vt expectet̃ redit⁹ egritudis qñ apparet vnū duoꝝ signoꝝ q̄ dixim⁹:s3 qñ nō ambo apparēt:qd̄ ē3 q2 qñ egritudines q̄ qescūt absq3 cā faciēte illud:⁊ q̄ qescūt pter q̄ appareāt i eis significatiōes significātes i dieb⁹ crisis ⁊ aptitudine eaꝝ ē:vt redeāt:q̄uis fit crisis eaꝝ i aliquo dieꝝ crisis. ℭ Dix. Gal.q̄cūq3 morbi sine crisi finiunt̃ reditū hñt pe iorē q̄ fuerint:⁊ si in radicib⁹ auriū fuerit apā:⁊ nō itumescat morbi ꝓdicit reditū semp:⁊ nō nūq̄ emissiones.s.māerū i disgregatiōib⁹.i.iūcturis futuras.dīt qdā silr si euenerit apā i emūctorijs cordis vl' epatis:dic3 o3 si morb⁹ finit̃ sine aliq̄ euonū:aut sine emissiōe vel apāte nō ɔfidere i hmōi termio vl' reditū ñ spare morbi:q̄re dixit Gal. i el⁹ regie vtēdū ē cautela ⁊ diligētia forti. Si.n.feceris hrē morb⁹ sit debilis nequāq̄ redit:s3 pleni⁹ finiet̃. Si vō fit valid⁹ redibit qdē morb⁹:s3 ñ fortis:eritq3 ab eo sanatio. Si āt regimē neglexeris:⁊ nō fugit o3 rexeris neq3 q̄ cauēda sunt caueb:s si morb⁹ fuerit debil' fortior reuertet̃:⁊ si fortis fuerit difficilior erit:⁊ cū magno patientis redibit piculo. ℭ Et vt nō plōgē fmonē i adducēdo signa cuiuscūq3 auctoꝝ ad. A.trāseo q̄ fuit bon⁹ collector eoꝝ. Dix. A.scda q̄rti. Jn illo cui⁹ fe. nō qescit p crisi3 cōpletā:⁊ i die fou.s.cretico timet̃ recidiuatio. Et dix.si fuerit pncipal' morbi declo:⁊ qes sine crisi oio nō ē excusatio recidiuatiōis:⁊ ꝓprie cū crisis ē cū eis q̄ sunt variole:⁊ icteritia aut scabies ⁊ siles egritudines cutis. Ad fumū.n.cū cā q̄ fit i cute.i.cū ē cā pmutatiōis mā e ad cutē: q2 ipa nō ē salua a piculo:⁊ mā e retinēt̃ i cute: ⁊ ñ expellūt̃ ad ēē corp⁹ ꝓprie timet̃ recidiuatio. ℭ Et dix. A.significat̃ q̄nq3 q̄ erit recidiuatio ex dbilitate vtutis.s.regitiue toti⁹:⁊ ex appetitu ⁊ nausea a malitia aie ⁊ paucitate digēnis ⁊ corruptiōe cibi i sto tēdētis ad acetositatē vel fumositatē ⁊ inflāmatiōe hypocūdrioꝝ ⁊ pciū epatis ⁊ splēis:⁊ ex corruptiōe sōni ⁊ lōgitudine vigiliaꝝ ⁊ vehemētia sitis ⁊ vehemētia i flatiōis i facie ꝓprie ē sigm magne recidiuatiōis: ⁊ ꝓprie in palpebra supiore ⁊ ꝓprie ei⁹ apā:⁊ ipsi⁹ abbreuiatio.s.pue rit p ipsi⁹ isiatiōnē:q2 oia pdcā acc ñā significāt malā māꝫ i corpe remāsisse q̄ nisi corrigat̃ ⁊ cūcē erit cā recidiue. ℭ Et silr dixit. A.timet̃ recidiuatio cū resolutiōe faciei.i.cū pmutatiōe mā e inflāmatiōis:⁊ occultatiōe ei⁹ ⁊ reditu ad iteri⁹ corpis sicut sepe ɔtingit q̄ nūc:vt ō mane post somnū sit facies tumida:⁊ nūc vt in vespis sit detumefacta ex ɔuersione mā e ad iteri⁹. ℭ Et dix de illis q̄ significāt cā ē:vt corp⁹ bñ recipiat cibū:⁊ nō remoueat̃ post ip3 extenuatio corpis acq sita in pncipali morbo. Et ē affonsm⁹ ypo. quarto affo. Et egritudine bñ reficiēti nihil addere corpus malū:⁊ ꝓprie dixit. A.qñ ista accñtia mala.s.ois supradcā fiūt vehemētiora in hora paroxismoꝝ egritudinis q̄ pcessit. ℭ Et dixit q̄nq3 significat̃ recidiuatio ex pulsu qñ remaneret i eo spissitudo ⁊ velocitas: significat̃.n.q̄ remāsit in corde mala cōplexio calida. ℭ Et dix:⁊ ex pfūditate exituraꝝ creticaꝝ ⁊ occultatione eaꝝ:qm̄ qñ delitescūt significat̃ reditus mā e ipsaꝝ ad iterius corpis. ℭ Et dixit. A.q̄nq3 significat̃ recidiuatio ex vrina qñ remanet in ea tinctura plurime citrinitatis:aut

Recidiua differunt ab egritudine porisimali.

Ordo cōputādī dies cretici in recidiua.

De recidiua nō va.

tatẽ. Sĩo aũt rubedis aut est ex illis in quibus nõ depẽdet se dimẽ neqȝ residet. Et qñ vrina infirmi. s. tpe quo factus fue rit ꝯualescẽs nõ assimilaƭ vrine ei⁹ nãli. ℭ Et dixit. A. q̃dã tpa significãtiora sunt recidiuationis q̃ȝ q̃dã alia sicut autũ nus. In eo. n. magis cadit recidiuatio q̃ȝ i alijs tpib⁹: ⁊ hoc pp multiplicationẽ hũoꝝ corruptoꝝ i eo. nõ sic aũt ẽ i alijs tpib⁹ anni. In ṽe ãt pp ꝯtẽperãtiã cõplonis sue ṽtus ẽ val de fortis. In estate aũt resoluunƭ hũores ⁊ paucificanƭ. Et hyeme ṽtus ẽ fortior q̃ȝ i autũno: ⁊ acgrunƭ hũores i ipo. ℭ Et dix̃. A. gen⁹ egritudinũ iteꝝ adiuuat ad significãduȝ recidiuationẽ sicut febres apostemose cu post relinquũt cali ditatẽ ⁊ inflationẽ in ṽtunb⁹ q̃ ẽ cã attractiõis mãeꝝ ad lo cũ ⁊ gñatiõis caꝝ ⁊ ipsaꝝ malignationis: ⁊ sicut sunt epĩa stõaci ⁊ dolores renũ ⁊ epaꝭ ⁊ splenis ⁊ cephala ⁊ emigra nea ⁊ catarr⁹: ⁊ q̃ ex ipso gñãƭ ꝺ asmate. alɼ. ꝺ opthalmia: ⁊ alijs. ⁊ egritudines hanelit⁹. oẽs. n. p̃dcẽ egritudĩe sunt apte recidiuare. Et gñalr oẽs egritudines fortes cuiuscũqȝ mẽbri: q: ip̃mũt malitiã i mẽbro cui⁹ sũt q̃ ẽ cã recidiua tionis. ℭ De iudicijs recidiuatiõis. dixit. G. in cõmẽ. affo. q̃ relinquũƭ i morbis post. ⁊c. q̃ ṽa recidiua fortior ⁊ velo cior ẽ sua radice: ⁊ sic potior. dixit. A. deterior recidiuatio ẽ q̃ ẽ velocior. s. ⁊ citior ad veniẽdũ post p̃ncipalẽ egritudinẽ q̃ inuenit corp⁹ cuȝ ṽtute debiliore. ⁊ associanƭ ei᷑ p̃culdu bio cũ ẽ forma ei⁹ forma hec signa pditionis: q: significaƭ magna malitia i mã p q̃uã tã cito icurrit putrefactionem. ℭ Dixit ꝯciliator. q̃ q̃dã recidiua ẽ deterior sua radice: vt q̃ fit sine cã manifesta a cã. s. itrinseca vel occulta. hec. n. ƀm plɜ potior ẽ. Et ẽ alia recidiua p̃dicte opposita eueniẽs p̃ser tiȝ a cã extrinseca manifesta. ⁊ q̃ tardi⁹ euenit: ⁊ cũ iã ꝯstãs fuerit ṽtus ⁊ marie si aliq̃ eũo p̃cesserit. talis. n. recidiua po terit eẽ nõ deterior sua radice sicut ṽl⁹ sepe recidiuas min⁹ p̃ncipali ifecturas. Et dix̃ Cõciliator. recidiue deterioratio ⁊ p̃nicies p̃cipue ẽ manifesta ⁊ appens i pleureticis ⁊ peri pleumonicis ⁊ paralyticis. ℭ Et dix̃. A. vt veniat recidiuatio errore regis salui⁹ ẽ q̃ȝ vt eueniat p se cũ rectificatiõe regis. ℭ Et dixit. A. de errore q̃ cõmittiƭ in regine ꝯualescẽtiuȝ ẽ dare i potu. sup. vel i cibis vl᷑ i medicis calefaciẽtia: sicut mel ⁊ ꝯfectiões de melle ⁊ sileo: q: iflãmãt ⁊ fiũt cã malignatio nis mãe: ⁊ aggregatiõis ipi⁹. sup. ⁊ de errore ẽ dare eis pp bonitatẽ appetit⁹ medicinas q̃ sunt sicut geleniabin melli nũ ⁊ troc. rosaꝝ. ⁊ silia stiptica q̃ faciũt appetitũ: q: impin gũt ⁊ ꝯstringũt mãȝ q̃ eget exalatiõe. Quidã tñ dñt q̃ pri m⁹ error nocet tpe principalis egritudĩs incumãdo mãe in tus: tpe aũt ꝯualescẽtie nihil aut paꝝ nocet. Et dixit. A. re liquie. s. mãe q̃ remanẽt in corpe post crisim attrahunt reci diuationẽ cito nisi succurraƭ. Et dixit iteruȝ. recidiuatio in malitia est vehementior q̃ȝ radix: qm̃ malitia dispositionis recidiue est vehemens: ⁊ stans cum natura est debilis.

ℭ Explicit tractatus de febꝛ. ⁊ de conualescẽ tibus ⁊ de recidiuatione.

TRactatũ tertiuȝ huius sermonis secũdi qui est de crisi cuȝ auxilio dei bñdi eti incipiã qui continet capitula. 14.

ℭ De noie crisis. Cap. j.

GReci dicũt crisim: q̃d lati ni iudiciũ vocãt. Et p̃prie importat crisis iudiciũ eius q̃ iudicaƭ ad mortẽ: po stea tñ trãsumptũ est ad sciẽ tiã medicine sup his q̃ infir manƭ: de q̃bus iudicaƭ an li beraturi sint an nõ. Et n. cri to trãsumptũ est: naȝ sicut in iudicio litiũ ciuiliuȝ ⁊ crimi naliũ q̃ttuor inueniunƭ p̃so ne. s. actor. re⁹: testis: ⁊ iudex sic ẽt in crisi siue iudicio me dicinali infirmantiuȝ q̃tuor ꝯcurrũt. s. natura infirmi que est sicut actor: ⁊ morbus q̃ ẽ sicut re⁹: ⁊ accidẽtia siue signa que sunt sicut testis. Et medicus q̃ est velut iudex q̃ iudicat sup egrotũ ƀm illa signa. Et sicut ille qui iudicãdus est cri minali perturbaƭ: ⁊ perturbaƭ qui attinet ei. Ita in iudicio medicinali perturbaƭ infirmus ⁊ attinẽs ei. Et qui ex eis sunt idiote non medici veri videntes q̃ timorosa signa tpe crisis appent terrenƭ ⁊ apparet eis q̃ infirm⁹ ille in illa ho ra sit vir ꝯstitutus ante iudicẽ iudicantis sup eo iudicio san guis: ⁊ sic quidã idiota quidẽ exclamauit q̃ tunc de vita iu dicaƭ infirmantis. Bñ ergo. dixit. A. scḋa quarti crisis intẽ tio. i. intellectus siue expõ huius nois crisis: sic dicte in gre co est latine separatio in loquutionibus. i. in litibus seu cõ trouersijs siue criminalibus q̃õnibus ciuilibus: in quibus daƭ iudiciũ a iudice corã quo lis versaƭ cũ altero litigãtiuȝ. sic. n. ãn crisi ferƭ iudiciũ a medico aut p parte nãe ⁊ ad salu tẽ aut p parte morbi ⁊ ad pditionẽ. hɜ. n. dixit. A. signa q̃ bus puenit ad id q̃õ fit ex ea. Qñ aũt latũ est iudiciũ cessat tunc alteratio ⁊ lis: ⁊ vnusquisqȝ litigãtium sua tendit via. ℭ Et notãt quidãȝ q̃ crisis põt in vtroqȝ iudicio. s. ciuili ⁊ medicinali importare pugnã actoris ⁊ rei: vt sor. ⁊ platõis: siue mãe ⁊ morbi: sic tñ q̃ post pugnã imediate feraƭ iudi cium de victoria alterius sup alteꝝ: ⁊ põt. iportare id q̃õ iu dicatũ ẽ. s. victoriã alterius pugnãtiũ q̃ sciri põt p separatio nẽ vnius ab altero. Sunt aũt nã ⁊ morbus sicut duo pugi les inuiceȝ preliantes. Et ideo. A. vbi supra dixit. q̃ decli natio. alɼ. decĩo huius rei est q̃ egritudo est sicut inimicus exterior ciuitati: ⁊ nã est sicut dñs ꝯseruans eã. Inter quos ambos iam ꝯcurrunt rixe leues de quibus non curatur: ⁊ iam fit inter vtrosqȝ vehemens pugna: quare accidunt tũc ex signis vehemẽtie pugne dispõnes ⁊ cãe: sicut impulsio for tis: ⁊ sicut rugitus ⁊ clamor: ⁊ sicut cursus sanguis: deinde fit separatio in tpe non sensate q̃ȝtitatis: ⁊ quasi in momen to vno: aut vt vincat dñs exterioreȝ aut vincat inimicus ex terior regem. ℭ Et nomen quidem crisis reperiƭ sumptum ab auctoribus medicine aliq̃ñ multuȝ large ⁊ improprie p quacunqȝ separatione cuiuscunqȝ morbi a nã siue sit illa se paratio paulatim siue subita. ⁊ sic sumptum potest compe tere omni morbo: ⁊ simplici ⁊ composito ⁊ in quacũqȝ fiat nã. Et isto modo aliq̃ñ abusiue reperietur dictum in ethica se. crisim fieri. i. dissolui ethicam a patiente corpore. Et ali quando reperitur sumptum minus large ⁊ minus impro prie: ⁊ sic sumptum competit solum morbis mãlibus: tam cronicis q̃ȝ acutis qui per materie eũonem siue sensibilem siue insensibilem terminantur: ⁊ siue subito siue paulatine iudicentur. sunt enim dixit Auer. 4° col. egritudines que dam que habent dissolutionem humoris sine eũone mani festa: ⁊ quedam sunt que habent eũonem manifestam. Et Aui. vbi supra dixit: omnis egritudo que remouetur: aut remouetur ƀm semitam crisis. i. manifeste eũonis: aut ƀm semitam resolutionis: ita q̃ resoluatur materia paulatim donec consumatur gradatim. Et hoc quidem plurimuȝ fit in egritudinibus cronicis ⁊ materijs frigidis quas signa timorosa: ⁊ motus prau⁹ non antecedunt. Et aliquando re peritur sumptum proprie siue stricte: ⁊ sic sumptum com petit egritudinibus materialibus: quaruȝ crisis appropria tur motui lũe: siue sint acute siue sint cronice: ⁊ acute siue sint tales absolute que terminantur in. 14. diebus: siue sint acu te conuerse que iudicantur post. 14. diem vsqȝ ad 40ᵐ. Cro nice sicut sunt ille que iudicantur a. 48. die vsqȝ ad. 120ᵐ. qui constituunt quatuor menses a principio ipsaruȝ: omni modo dicte egritudines sint ex eis que terminãtur per eua cuationem manifestam. Item aliquando reperitur sum ptum nomen crisis proprijssime ⁊ strictissime: ⁊ sic sum ptum solum adaptatur egritudinibus q̃ p velocẽ motuȝ: ⁊ subitã eũoneȝ terminanƭ pfecte vel impfecte. ⁊ hec sunt q̃ꝝ materia ẽ calida ⁊ subtilis fluida mobilis ⁊ agitabilis red

Vide tpa aptiora p recidiuatiõe ⁊ cãs ipsius.

Quattuor requirunt in crisi. s. infirmus morbus accñia medicus.

Nomen crisis sumi potest quatuor modis.

dens eas magnas ⁊ fortes ⁊ periculosas tamen breues
ad statum properantes: quales sunt acute absolute. Et se-
cundum aliquos etiam que terminantur in primo perio-
do: ⁊ secundum alios etiam que terminantur in secundo
periodo cuius finis est .4. dies. talis enim crisis est que p-
prie consideratur ab auctoribus cum absolute de crisi lo-
quuntur: ⁊ attenditur ab eis proprie in febri. mālibus cō-
tinuis de mā dicta: ⁊ similiter in operationibus de dicta
mā: que sunt .s. velocis motus: vt carabito squinantia pleu
resi: ⁊ similibus: maxime cum ad exituram tendunt. Et se-
cundum quosdam potest attendi in interpolatis de dicta
mā propter causam antecendentem. quarū mā antecedēs
intra venas reperitur. ❡ Dixit Gal. secundo de crisi: ⁊ scri
bitur a Rabi. in. xiª particula suorū affo. sic. Cessatio egri
tudinis furiose fit cum labore: ⁊ hic labor est proprie quē
nominamus crisim: ⁊ non est ꝓprie nisi feb. que gñatur ex
chimis acutis: deinde post hanc est fe. que generatur ex
apatib⁹ acutis velocis motus vel apatibus que sunt in
membris de quibus dubitatur. Et dixit tertio de crisi: vt a
Rabi ibidem scribitur. cum egritudo est magna ⁊ fortis
eius cessatio est cum crisi: sed quando est parua ⁊ debilis:
eius cessatio ē sine crisi: Et Au. vbi .s. dixit. ꝙ maior pars
crisium reperitur in egritudibus acutis que finiuntur tpe
breui. ❡ Ex dictis patet ꝙ crisis vt supra sumpta nō cōpe
tit morbis male complexionis pure neqꝫ morbis vt apati
bus: ⁊ hoc nisi cum dictis morbis coniungatur mā expel
lenda in crisi. Si enim cum eis talis mā coniuncta reperia
tur debet in eis considerari crisis. sicut. ver. g. de morbis
vnitatis in fractura cranei ꝯsiderantur dies indicatiui cre
trici: ⁊ v. g. in morbis cōpositionalibus: ⁊ in opilonibus. Et
nisi apata sint de eis que dicta sunt supra: ⁊ qdā dicunt ꝙ
crisis potest cōsiderari in lumbricis ⁊ vermibus: dum sunt
sic stimulantes virtutē vt cretice expellātur. Et dicunt alij
ꝙ ēt in accūtibus feb. mālibus potest considerari crisis.

Quibus egritudinibus cōuenit crisis.

❡ De diffinitione crisis. Capitu. ij.

Est autem crisis. dixit. G. 2°. affo. in cō
mē. affo. Quibuscūqꝫ crisis
fit. ⁊c. vehemēs ⁊ velox motus nāe ꝯ morbū p
quē infirmus mouet ad salutē vel ad mortē. Et
2° de crisi. dixit. ꝙ crisis ē furiosa consumptio
egritudis. i. subite facta i qua aduenit magnus labor ⁊ an
xietas infirmo. Et itez dixit. solutiones crisiū que fiunt cū
certamine magno ⁊ acuto reptabili maxie nominant cri-
ses. Est. n. acuta. i. velox morbi reptatio ad salutem vel ad
mortē. vñ Hal. theorice. 19° dixit: inqt. G. crisis est mutatio
velox que i infirmo cū accidentiū fit difficultate. Et Cōstā-
tinus dixit. ꝙ crisis ſm. G. nihil aliud est qꝫ mutatio velox
superueniens morbo ꝑꝑ duritiē accidentiū ⁊ infirmi robora
mētū ducens ad mortē vel ad vitā. Et. A. dixit. 2ª qrti. cri-
sis est alteratio que fit subito: aut ad latus sanitatis aut ad
latus mortis. ❡ Pro declaratiōe aūt diffinitiōis ꝑdicte de
te a Ga. de crisi oz sciri ꝙ crisis hꝫ tres ptes. pmā i qua nā
mām morbi separat: ⁊ cōmouet diuidēdo nociuū a iuuati-
uo: ⁊ determinādo nociuū v̄sus loca expulsionis eius ad
extra corpus vl' deriuādo ipm v̄sus aliqd vl' aliq̄ mēbrorū
corporis viliū. Scdam v̄o ptē i q̄ cuat: ⁊ ex corpus expellit
ipm nociuū qd iā separatū est ⁊ directū vsqꝫ ad loca expulsio
nis: vel in qua nociuū sepatū ab aliq̄ vel aliqbus mēbris
vilibus situat ad que directū fuit. Tertiā v̄o ptē hꝫ que est
subita adueniēs alteratio ad salutē vel ad mortē: qñ ergo.
G. pmo de crisi dixit. duo ꝯsideramus i crisi. s. cōmotionē
ꝑcedētē alterationē: ⁊ ipsam alterationē sub cōmotione cō
prehendit ēt nociuā euacuationē vel ipsius subtractionē i
mēbro ignobili: nā ista duo. s. nociui cōmotio ⁊ eius sepa-
tio ⁊ ipsius euātio vel i loco vili situatio ꝑcedunt alteratio
nē q̄ fit subito ad salutē vl' ad mortē. ❡ Dixit Ra. 19°. ꝯti.

Crisis habet tres partes.

mutatio seu cōmotio est qñ huōr gñās morbū mutat de
vno loco ad aliū q̄ si nō egredit ex corpe trāsit in apa vl' pu
stulas. ❡ Et cū Aui. dixit. crisis est alteratio ⁊c. sub altera
tione cōprehēdit nociue māe cōmotionē: ⁊ eius euacuatio
nē siue deriuationē ad alia. ❡ Et cū auctores dixerunt: ꝙ
crisis est motus intellexerūt ꝙ fit motus cōpositus ex mo
tu locali ⁊ motu alteratiōis. locali qdē nō morbi: sed māe
eius. nō. n. morbo cōpetit moueri localiter: sed solum māe
eius. cū ḡ dicūt ꝙ est motus morbi morbū ꝑ eius mā sum
pserunt. Et ꝯtinet iste motus localis totū tps in quo nā cō
plet duas dictas crisis ptes. s. nociui ꝯmotionē ⁊ separatio
nē ⁊ euātionē eius seu ipsius in loco ignobili situationem.
Motu vero alterationis nō qdē ꝓprie morbi: sed corporis
patientis morbū: ipsum. n. est qd alterat bñ vel male. Cum
aūt dicit ꝙ est motus morbi: iproprie loquutio est. licet ei
adaptari possit motus alterationis: ⁊ ꝯtinet iste motus to
tū tps: in quo post motū localē supradictū ꝑcedentē termi
nat corpus ad salutē vel ad mortē. Motus aūt composi-
tus ex ambobus ipsis motibus ꝯtinet totū tps qd est a cō
motione mordicatiui a ꝑncipio vsqꝫ ad finē alteratiōis de
corpe patiēte subito fcē. ❡ Et scias ꝙ qñ auctores dixerūt
ꝙ crisis est motus velox vel subitus nō intellexerūt ꝙ iste
motus fiat in momēto: aut i tpe fere ipercepitibilissimo tps
crisis est satis notabile ꝑ q̄cūqꝫ suarū partiū sumat crisis.
dr tñ velox dicūt qdā in ꝯparatione ad motus tardos ſm
quos multe egritudines mouent ⁊ iudicant. Vel vt dñt
alij dr velox in cōparatiōe ad digōnē māe que fit in tpe lon
giori. quocūqꝫ tñ fit. ois eius pars fit: ⁊ ꝯpletur satis cito:
vt ꝑ hoc dicat subito fieri. qñ in crisi pugna frequēs ⁊ ve
lox fit nāe ꝯ morbū ⁊ eꝯ: quare diu durare nō pōt pugna.
Vñ satis cito finit ⁊ cōplet: cito fit crisis: ⁊ ois pars eius:
ꝓprius tñ dicūt attēdit velocitas crisis penes motū alte-
ratiōis i quo fit separatio morbi a nā ⁊ cessat pugna eorū.
Et huic motui alterationis ꝓprie attribuit nomē crisis eo
ꝙ est terminus eius ad quē a quo res denominationē su-
mit. Cū ergo. G. pmo de crisi. dixit dignius esse crisim dici
de cōmotione: intelligēs ꝑ cōmotione totū motū localē: cō
sideratione habuit ad eam alterationis sequutare que ē
cōmotio ꝑdicta. De motibus aūt crisis localibus ipsa di-
gnius dr de euatione siue nociui i loco vili situatione: qr
ipsa est magis cū alteratiōi ⁊ imediatior ei qꝫ sit cōmotio.
❡ Et rursus qñ dixerunt auctores ꝙ fit motus ad salutē
vel ad mortē nō itellexerūt qr imediate fit ad neutralitatē.
Et si qdē dz esse ad salutē ad neutralitatē ꝯualescentie. Si
vero ad mortē ad neutralitatē decidentie. Hoc tñ intelligē
dū est vt plimu: qr aliqñ infirmus deducit imediate ad mor-
tē: vt apparebit in his q moriunt in ipsa crisi. ❡ Et qr in
dictis Gal. maxie aliquādo vident apparere dissonantie.
Pro cōciliatione eorū scire debes ꝙ Gal. aliqñ accepit no-
mē crisis ꝑ pugna tñ siue ꝑ motu locali tñ. Et vt sic cri-
sis dr iudiciū. i. illd quo iudiciū fert vl' feret. Et vt sic sumi
tur a Gal. pmo. de crisi. ca° vlti. ⁊ pmo de creticis ca°. 9°. Et
aliquādo sumit ꝑ motu alterationis tñ: ⁊ sic etiā crisis est
iudiciū. i. est illud qd iudicatur. s. victoria alterius pugilū.
Et aliqñ sumit ꝑ vtroqꝫ motu simul: ⁊ tūc ēt ē iudiciū. s.
quo ⁊ qd ⁊ sic sumit solū ꝑ motu euationis prius: qr eua
cuatio est iudiciū quo: qr ꝑ euacuationē pōt fieri iudicium
de alteratione ad salutē vel mortē. Et est iudiciū qd: qr de
ea potest ferri iudiciū per cōmotionem precedentem: ⁊ per
accidentia in commotione surgentia. Et scias ꝙ Gal. pri-
mo de crisi ⁊ pmo de creticis loquens de crisi absolute
sumpsit eaꝫ pro pugna siue motu locali: sed 3° de crisi sum
psit eam pro euacuatione ⁊ alteratione que ad euacuatio-
nem sequitur simul. Quidam autem dixerunt crisim im-
proprissime sumi posse pro fine eius. qui est sedatio acci-
dentium. sed vt sic non esset motus. immo quies.

Motus crisis est cōpositus ex motu locali ⁊ alteratione.

Quō intelligitur crisim eē motū velocē ⁊ subitum.

Quō intelligitur crisim eē motū ad mortē aut ad salutem.

Conciliatio dictorum Galeni.

❡ De speciebus crisis. Cap. iij.

¶ Et vrinā qdē tenuis siue habuerit sbam siue nō ɔsideratā tenuitate absq̧ hoc q̄ sit ɔiuncta cū aliquo vel aliqbus de signantibus in ea dixit Auer.4°.colli. defectū digōnis signat:eo q̄ digō necio mā3 ingrossare d3.⁊ dixit.q̄ signat ipsa fm suos gradus. Etenim tenuis vrina.dixit Auic.2ª pmi.in oibus dispōnibus maturitatis puationē signat:eo q̄ p digōnē subtile cōmiscet grosso. Si ergo fuerit valdō tenuis significat impotētiā nālis calidi digerētis nequeūtis grossum tenui debite pmiscere:subtilis autē non valde vrina non significat digōnis priuationē:s3 eius diminutionez ⁊ fm q̄ plus appropinquat valde tenui:vel fz q̄ plus elōgatur ab ea sic maiorē vel minorē defectū3 digōnis signat. ¶ Et hoc h3 veritatē qñ vrina pp alias cās nō fuerit subtilis q̄ sunt q̄plures de quibus est opilatio.dixit Aui. aut significat opilationes in venis:pp q̄s non possunt supfluitates que cōmixte aquositati vrine habent ingrossare eā penetrare ⁊ ei cōmisceri.vñ remanet aquositas ipsa pura incōmixta:⁊ sic valde subtilis.variat̄ āt ista subtilitas in vrina per gradus fm gradus opilationis:⁊ fm q̄ eius tenuitas appropinquat plus valde tenui vel plus elonget̄ ab ea:sic enim maiorem vel minorē significat opilationē.Et pōt talis opilatio esse in venis epatis ⁊ in venis emulgentibus ⁊ in venis ēt per quas transit nutrimētū: multo magis d3 trāsire vrina.cū sit subtilior eo:cui dōm q̄ stantibus opilationibus fortibus paucū est qō transit de nutrimento:⁊ non nisi qō subtile:⁊ non transit ante aquositatē:s3 simul cū3 ea:q̄uis ēt de vtroq̧ non transit nisi qō tenue. Et pōt esse ista opilatio tanta q̄ nō mingat̄ nisi vrina tenuis ⁊ pauca:q: parū est tenue qō per foramē valde transire strictum h3. Et pōt esse opilatio in canalibus vrine.dixit Auer.4°.colli.q̄ ex rebus multū adiuuantibus subtilitatē vrine est viaꝝ opilatio:⁊ ppea vrine calculosoꝝ sunt subtiles.Galeñ in ɔ¹°affo.qbus vrie grosse ⁊ globose ⁊c̄.dixit q̄ in opilatione aliqñ mingit̄ vrina grossa ⁊ pauca. Et hoc esse pōt qñ opilatio nō est multū magna. Et pˢertim accidit hoc qñ opilatio est in renibus:⁊ ppie qñ opilatio nō est ex re fixa sed mobili:opilatio aūt in qua vrina mingit̄ tenuis fz pl'3 est in venis epatis ⁊ emulgentibus ⁊ alijs supioribus:⁊ ppie qñ opilatio est ex re fixa.¶ Et de causis tenuitatis vrine est debilitas epatis.Jō dixit Aui.aut significat debilitatem epatis.s.digestiue eius vel expulsiue vel vtriusq̧ simul nam per debilitatē digestiue nō fit bona cōmixtio in aquositate ⁊ per debilitatē expulsiue nō expellit̄ nisi qō subtile. ¶ Et ex causis ei⁹ est debilitas attractiue instroꝝ3 vrine aut ipsoꝝ expulsiue.Dixit Auic.aut significat debilitatem meatuū vrine qui non attrahunt nisi qō subtile:⁊ si attrahunt grossum non expellunt ipsum . ¶ Et ex causis eius est multa aque bibitio.Dixit.A.aut significat multā aque potationē:ipsa enim virtutē epatis debilitat:⁊ cū3 multa bibit̄ multa ex ea aquositati vrine miscet̄:⁊ neq̧ illā grossa3 gñat supfluitatē que possit vrine misceri:vñ grossa possit reddi. Et qdā supplent.q̄ ɔsimiliter aque opatur multa vini albi subtilis ⁊ pauciferi potatio pp ɔsimiles causas. Et qdā dicunt.q̄ multa ēt vini vinosi potatio indigestiōe3 inducendo opatur interdū vt vrina valde tenuis mingat̄. ¶ Et ex causis eius est cōplō vehementer frigida ⁊ sicca. dixit Aui.aut significat vehementis frigiditatis cōplōne3 cū siccitate.Cōplō nāq̧ valde frigida digōnē phibēdo aut multū eā minuēdo:⁊ canales ēt cōstringendo operatur:vt creat vrina valde tenuis:⁊ maxime qñ cōiungit̄ cum siccitate que supfluitates ingrossat ⁊ ineptas ⁊ ihabiles expulsioni reddit in tali.n.cōplōne meticus superat humor q̄ inhabilis est expulsioni cum vrina: vnde in ea vrina subtilis mingit̄ ⁊ non grossa.¶ Et dixit Auic. 1ª 4ᵗ. vrina tenuis qñq̧ fit sicut in diabete pp cās diabetis ⁊ est cū ea assiduatio sitis ⁊ frequentia surgendi ad vrinā ⁊ facilitas egressionis eius. ¶ Qñ mingit̄ vrina subtilis pp opilationē non potente grosso transire:s3 remanente tunc post apertionē opilationis mingit̄ .Dixit Aui.vrina grossa multa : q̄uis illud grossum sit factū interim magis digestū:⁊ vt sic subtiliatū a sua grossitie:vrinā tñ inspissabit.s3 qñ fuerit opilatio cū qua pōt vrina grossa pauca transire tunc aperta opilatione d3 vrina multa tenuis apparere.nā in tali opilōne nō fuit expulsū subtile.¶ Et de significatiuis vrine tenuis dixit Aui.si hoc in sanis pmanserit:⁊ se nō ɔuerterit ab eo non intelligens de corporibus vere sanis:q: in eis nō superuenerit̄ vrina tenuis saltē valde:s3 de sanis apparēter quasi sunt corpora multū lapsa seu corpora neutra decidētie. vel ēt vt dicunt qdā cōualescentia.In qbus talis vrina subtilis euenire ⁊ pluribus diebus pmanere significat q̄ i eis peruenit apa maxime in ea parte corporis in qua dolorez sentiant ⁊ pōt esse apa vnū vel plura magnū vel paruū3 fz diuersitatē q̄titatis māe ⁊ fortitudinis virtutis expulsiue. Et erit tale apa attestans māe expellende. Et dixit Aui.fz plm accidit eis:vt cū hoc dolorem sentiant in catin aut renibus pp māe grossas que ibi retinentur:⁊ hoc significat aptitudinē ad apa.Si vero dolor ⁊ grauitas eoꝝ3 vni mēbro proprie non fuerint:immo sunt cōia multis vel toti significat hothor ⁊ variolas ⁊ apostemata q̄ erunt toti cōia. ¶ Et dixit Aui.q̄ predicta vrina ē deterior in pueris q̄3 in iuuenibus:q: vrina puerorum naliter spissior est vrina iuuenum:eo q̄ sunt humidiores ⁊ eorum corpora plus attrahunt humiditatis:ppea q̄ mā superfluens est in eis causa augmenti:⁊ si eorum vrine in febribus acutis multum fuerint tenues ia3 multum elongata est a sua nāli dispōne:⁊ si in eis sic perseuerauerit non significat nisi perditionē:ppea cum perdurat perditionem denotat nisi cū ea adiuncta fuerint alia bona signa ⁊ fortitudo virtutis:qm̄ tunc exiturā3 significat qō accidet ⁊ proprie inferius sub parte epatis. ¶ Dixit Ras.10.cōtinen.vrina tenuis in iuuenibus peior est grossa pp caliditatē cōplexionis eorum. Et vrina subtilis in pueris pessima est tam masculis q̄3 feminis : ⁊ cum longitudine tpis significat hydropem aut apa in inferiori parte dyafragmatis.Et dixit veniēs post crisim longo tpe .s.perdurans significat recidiuam. Et Aui.dixit. q̄ tenuitas eueniens in crisi.i.post crisim sine ordine recidiuationez pronosticat̄ . Et tunc dr̄ inordinate euenire qñ de grossa sine gradatione deuenit in tenuem valde.significat enim tunc q̄ mā grossa retenta est que tandem agitata facit recidiuam.¶ Dixit Ras.vbi.s̄.illis qui mingunt vrinā subtilē crudā longo tpe cū alijs signis bonis saluis expecta exituram in locis que sunt sub dyafragmate:q: talis morbus est cronicus ⁊ erit crisis eius cum exitura.¶ Dixit Jpo.2° pronosticoꝝ.vrina bona.s.apparenter ⁊ clara ⁊ diuturna cum alijs signis bonis:vt constantia virtutis hypostasi natante ⁊ similibus certitudinē facit in acutis morbis apa in interioribus euenire:significat.n.q̄ mā grossa est non expellibilis per sudorem.Jgitur apa eueniet:⁊ q: mā est grauis:ideo petens inferiorē sub epate vel sub dyafragmate apa faciet euenire. Et Aui.dixit q̄ in egritudinibus acutis significat virtutis digestiue debilitatem ⁊ in macronosijs priuationem:⁊ ēt aliarum virtutum.s.naturalium.vt.s̄.dictum est. Et aliqñ tantam eorum significat debilitatem vt nullo modo in aquam operentur : sed quemadmodum ingreditur ita ⁊ extra labitur vrina transfluens peruia cum tenui substantia significat surditatem:⁊ hoc nisi sit subtilis propter raptum māerum ad alia loca:⁊ tñ tunc in vijs vrine frigiditatem significat.¶ Dixit Aui.2ª q̄rti. qñq̧ mingitur vrina tenuis in febribus acutis per aliquot dies:⁊ significat permixtionē3 rationis.s.q̄ est talis propter raptū māerū ad caput ⁊ non ad alias partes q̄ si accidat permixtio ⁊ continuetur tenuitas significat mortem velocem:ppea q̄ māe superueniunt cerebro ⁊ auferunt aut ipedit̄ aia:⁊ qñ dicta vrina ɔuertitur ad grossitiē cum qua non fit al-

Urina tenuis deterior est in pueris q̄ i iuuenib⁹.

leuiatio fortasse est pp liquefactionem mēbroꝝ. ❡ Et qñ multiplicatur vrina aquosa apud horā exacerbationis febris significat ꝙ apa eueniet in febre.s.in interioribus corporis. Et dixit. A.cū conuertitur vrina tenuis.s. multa in grossam paucā: ⁊ sunt alia signa bona significat crisim cuȝ sudore:si vero non fuerint talia sigbona aut fuerit febris vehementē adustionē signat inflāmationē i corde ⁊ epate. ❡ Dixit Ras.2°ɔtin.vrina q̄ a pn°morbi vsq; ad.16.diem remanet tenuis significat morbi ꝓlixitatē. Et vrina que in 17°die apparet subtilis significat ꝙ in.20.crisis nō erit cōpleta. ❡ Et dixit. vrina aquosa ⁊ frequens absq; siti ⁊ superfluitate flātica mundat corpus. Et vrina aquosa cū dolore hypocūdrioꝝ signat in corpore multā humiditatem.

❡ De vrina grossa in particulari ⁊ eius causis ⁊ significatis eiusdem. Cap.viij.

VRina grossa: vt.ē.patuit:oꝛ ea q̄ grossa ē que dr̄ hr̄e sbam q̄ est sicut vria subiugaliū: ⁊ de ea q̄ dr̄ hr̄e sbam: ⁊ ex causis eius dixit Aui.qñq; est superflua expulsio.s.macrum ei vrinā: ⁊ qñq; est apertio opilationū:qm mā q̄ opilationē faciebat miscet vrine ⁊ ipsam ingrossat: ⁊ qñq; est apertio orificioꝝ venaꝝ:cum mā que ex illis egrediū tur vrine ꝑmiscet: ⁊ qñq; est causa eius vlcus in vijs vrie aut in mēbris cōicantibus ipsis cū vlceris sordities ⁊ virulentia ei admiscet ⁊ eam inspissat. Et qñq; est causa eius debilitas digestiue. ❡ Et qñq; significat ea que multū spissa est maturationis priuationē.dixit Aui.vrina multum spissa multū remota est ab vria nāli ⁊ mediocri: q̄re significat diminutionē caloris nālis nō potentis digerere ⁊ attenuare mā e grossitiē. Et ſm minus dixit Aui.significat hūoꝝ grosse substantie maturationē. alias. ⁊ melius euonem: ⁊ tunc erit eueniens in statu humorosaꝝ febriū.i.in statu febrium de humoribus grossis multis que ꝓprie dicunt humorose:vt pȝ de febre sincopali humorosa. ❡ Et qñq; est causa vrine multū spisse apertio apatis exn̄tis in canalibus vrine:aut in mēbris q̄ sunt supra ea q̄ eis cōicant. Dixit. A. aut erit eueniens in apertione apatū. ❡ Et qñq; est cā eius ebullitio multa in interioribus corporis permiscens mās grossas cū aquositate. ❡ Et qñq; est cā eius multido repletionis superfluitatū. Dixit Judeus. vrina fortiter spissa significat multas superfluitates ⁊ vltimitatem repletionis. ❡ Dixit Ysaac in vrinis. vrina mediocriter spissa non in pn° morbi apparens: sȝ versus aug ⁊ statum significat bonū: ⁊ ꝙ nā aliquid incepit digerere in mā morbi: vrina vero multum spissa ⁊ magis in pn° apparēs malū significat mām.s.morbi grossissimā: ⁊ sic egritudinē longissimā que si sic perseuerauerit multis diebus est signum mortis signans ꝙ nā est debilis respectu illius mā e: ⁊ sic eā rectificare non poterit: sȝ succumbet. ❡ Dixit Aui.cum vrina grossa perseuerat.s.in sanis apparenter in parte capitis dolorē sensit in cōquassationē.i.cōmotionē ⁊ in arterijs timporum pulsationem iudicabit ei febrē.s.futurā: q2 signat in corpore ebullitionē dictas lesiones in capite facientē: ad quā ebullitionem febris sequet. ❡ Et dixit Aui.ꝙ plꝫ vrine multū spisse significatio in morbis acutis est ꝙ ipsa significat malū. Et hoc ideo: q2 mā acutoꝝ est subtilis. Cū ergo in eis vrina ē multū spissa tunc ipsa non est talis per viam expulsionis mā e morbi: sȝ procedit spissitudo eius: aut per viā multe ebullitionis: aut per viā adustionis ⁊ vtroq; modo signat malū verū tn̄ grossitudo vrine aliqñ signat aliquā digestionē: ⁊ qō virtus expellendi hȝ potētiā. ⁊ h̄ est istud in quo hr̄ fiducia. Et ꝓpea tenuitas vrine in morbis acutis multo plus signat malū q̄ȝ spissitudo multa: q2 valde tenuis vrina nullam signat digōnē nec expulsionis potētiā: pōt ēt in duob casibus supradictis.s.in statu febriū humorosarū eueniēs vrina multū spissa ⁊ in apertione apatū viaꝝ vrine ⁊ mēbroꝝ cōicantiū eis signare bonuȝ. Attn̄ dixit Aui. ad h̄ vt

Urina spis|sa aliqñ se|significare|bonum: ⁊|qñ discer|ne a malo

bonū signū sit ⁊ bona crisis sequat requirit ꝙ precesserit hanc vrina multa spissa digesta: tunc enim eueniens multū spissa in statu: q2 in fine status pōt signare expulsionē mā e facientis febrē ⁊ eius subitā euonē.s.per ipsam vrinam. ❡ Et discernit dixit Aui.inter bonitateȝ ⁊ malitiā vrine multū spisse ex eo ꝙ post ipsam aduenit ex rege aut nō: ⁊ ex qō succedit ex debilitate aug vel fortitudine: aut ex successione vrine laudabilis vel non. nā bonitas cōprehēdit ex eo ꝙ post ipsaȝ sequit requies ⁊ virtutis fortificatio ⁊ vrina sequit mediocris: q̄uis aliqñ nō sequat vrina mediocris sic subito: sȝ eadē die aut 2°aut 3°. ❡ Et Dixit. Aui.ꝙ vrina multū spissa aliqñ signat mā e corruptionē ⁊ eius plenitudinē ⁊ digōnis ꝓhibitionē separantis ad fundū descēdentis.i.separantis mām spissam ⁊ eā ad fundū descendere facientis: ⁊ in h̄ significat malū. ❡ Et dixit 2°4'. Cū vria spissa ⁊ ꝓprie in 4°multiplicat crisis febriū ex lassitudine ⁊ propue si associat ei fluxus sanguinis narium. ❡ Dixit Ras.10.ɔti.vrina viscosa ⁊ spissa silis cole vel glutini: sicut cū morbo epatis augmētat ipsum viscositate sua. Et dixit ꝙ Ypo. dixit qbus in vrina appet residētia grossa silis superfluitati farris signat ꝓlixitatē morbi. sȝ Ga.dixit ꝙ signat ꝓpinquā destructionē: ⁊ ꝙ plēs ex eis moriunt an̄q̄ȝ morbus ꝓlōget. Et si ɔtingat aliquē liberari ei morb ꝓlongabit: q2 morbus in quo talis vrina appet indiget tp̄e longo ad digōnē: sicut narratū ē in epidimijs. ❡ Et dixit Ras.ibidē. vrina grossa q̄ nō est nigra: q̄uis sit mala poss̄ est ꝙ significet corporis purgationē ⁊ ɔferat: sicut faciūt alie purgationes qñ mundificat corpus cū eis: ⁊ poss̄ ē ꝙ sit pnecabilis cū est ɔ̄rio. Et dixit. apello in hac pte grossaȝ illā q̄ ē multū grossa: q2 q̄ est mediocriter grossa est nālis: illa q̄ ē grossior ea parū nō signat ꝑditionē: sȝ illa q̄ est multū ⁊ in vltio grossa signat ꝑditionē nisi mundificet corp ꝑ eā.apparet h̄ manifeste ꝑ corporis alleuiationē. Et vrina trāslucens grossa signat dn̄ium flātis. Scias ꝙ vrina tenuis qñq; mutat in grossaȝ ⁊ eɔ°. verū tn̄ dixit Ga.4° affo. in ɔ affor. Quibus vrine globose ⁊c̄.ꝙ vrina grossa raro mutat in tenuē: sȝ bene eɔ°. Et intellexit ꝙ in febribus raro ē inuenire vrinā grossam mutari in tenuē respectu mutatōis tenuis in grossaȝ. Et rō est: q2 pp calitatē febrilē plus pt̄ fieri ingrossatio calitate ipsa ɔsumēte ptes subtiles: ⁊ q2 subtile est min resistēs agēti q̄ȝ grossuȝ: q̄re magis patit a calitate febrili q̄ȝ grossuȝ. vn̄ fit ꝙ mā subtilis pōt plus ingrossari q̄ȝ grossa subtiliari. Et rursus. q2 digō igrossādo ꝓcedit ⁊ iteꝝ q2 mā e morbi grossiores in pn°morbi nō sic expellūtur in vrina: vn̄ fit ꝙ in declinatiōe cū mā e grosse expelluntur igrossat vrina. ❡ Dixit Aui.qñ vria tenuis ad spissitudinē ɔuertit in egritudinibus acutis postq̄ȝ nō aduenit requies signat liq̄factionē ꝑuenientē ex forti calitate febrili. mā aūt liq̄facta vrine ꝑmixta ispissat eā ⁊ appet vnctuositas in vrina: sȝ si ad ɔuersionē tenuis i grossaȝ seq̄t requies ⁊ iuua signat nā e fortitudinē i digerēdo apiēdo ⁊ māȝ ꝑ vrinā expellēdo. ❡ Et dixit 2°q̄rti. clarificatio vrine grosse.s.pauce an̄ crisiȝ ē sig nō bonū: q2 signat retētionē mā e ⁊ defectuȝ nā e in expellendo eā. ❡ Dixit Ras.10.ɔti.inq̄t Ga.qñ mingit in pn° grossa vrina erit in ea vrplīn hypostasis. Et inq̄t Ga.laudat vrina grossa cū hypostasi cū ꝑmutat de subtilitate ad grossitiē: q2 h̄ ē de digōne hūoꝝ: sȝ qñ ē ex pn° grossa cū hypostasi nō est laudabilis. Et neciūm est ꝙ talis vrina sit pauca pp multā spissitudinē eius: q̄re n̄ trāsit ꝑ renes nisi cū magno labore: sȝ qñ hic humor grossus erit digest eūabit in magna q̄ntitate cū subtili sba. ❡ Et ait Rasis.ꝙ Ypoc. narrauit mirabile.s.ꝙ qñ vrina mutatur de subtilitate ad grossitiem est laudabile ⁊ econuerso. Et ait. dico. vidi multos duobus aut vno die mingentes vrinam nigraȝ ⁊ post minxerunt vrinā subtilē ⁊ euaserūt: sȝ q assidue minxerunt vrinā nigrā aut post ipsaȝ minxerūt sicut fel aut vrinā croceā grossam cū perseuerantia oēs fuerunt mortui.

Urina gros|sa raro|mutatur i|subtiles q̄ȝ|econtra.

¶ De colore vrine in generali. Cap.ix.

Color vrine daf duob⁹ modis. vno p viaʒ digõnis: ⁊ alio p viã pmixtionis. verũtñ q̃uis vrina colorari dicaf p viã digõnis: nõ tñ h' est sine alicui⁹ pmixtõe. dr̃ ãt vrina colorari p viaʒ digõnis qñ in digõne q̃ fit hũoꝝ in epate ⁊ sepatiõe subtilis a grosso aliq̃ hũoꝝ portio aquositati miscef vrine: ⁊ cũ ea remanet ⁊ ipsaʒ tingit quẽ modũ tincture: qꝛ ex actiõe nãe digõnẽ hũoꝝ attẽdẽtis acq̃rũt et tribuũt q̃dã actiuis q̃litatib⁹: ⁊ max' cũ cõpetere dñt vrine nãli. Per modũ võ admixtõis dr̃ vrina colorari qñ p⁹ epar ⁊ sepationẽ factã aquositatis ab hũorib⁹ ipsi aquositati aliqs pmiscef hũoꝛ tingẽs eã suo colore delẽs ⁊ remouẽs colorẽ añ p digõnẽ acq̃sitũ ab ea: quẽadmodũ coloratiões attribuũt ipsi⁹ hũoris actiuis q̃litatib⁹ dicẽtes hũc modũ ꝑ hec vrie inãli ɔpetẽ: ⁊ ipʒ vltio in renib⁹ fieri: vñ. 10. ɔti. vrĩa coloraf in renib⁹ ¶ Dixit Aui. 1ª p'. p gen⁹ coloris itelligimus id qđ visus in vrĩa sentit ex colorib⁹. s. nigredinẽ ⁊ albedinẽ: ⁊ q inter istos existũt. ¶ Et scias q̃ color põt i vrĩa notabiliter pmutari nõ facta imutatiõe notabili i eius s̃ba ⁊ ɔ⁹. Et rõ hui⁹ est: qꝛ ad reddẽdũ talr̃ ⁊ talr̃ vrine s̃baʒ reqrif talis vel talis pmixtio lucis vel coloꝝ: ⁊ qꝛ possẽ ẽ grossuʒ ⁊ subtile eq̃lr̃ colorari nõ est necĩuʒ ad notabilẽ coloris imutationẽ seq vl' req̃ri notabilẽ s̃be mutationẽ vel ɔ⁹. Et iõ q̃uis color sequaf q̃litates pmas ⁊ talẽ vel talẽ pmixtionẽ lucis cũ opaco: nõ tñ est necium q̃ ad notabilẽ pmutationẽ coloris req̃raf notabilis pmutatio in s̃ba nec ɔ⁹: ʒ sufficit q̃ aliq̃lis pmutatio fiat. Et q̃dã dñt q̃ colores in vrina aut sunt extremi: albus. s. ⁊ niger: aut sunt itermedij ex extremis cõpositi. Et q̃uis Ysaac in vrinis dixerit. q̃ color albus sit color simplex basis ⁊ funda^m oiuʒ coloꝝ. Et Theophilus dixit. q̃ est pmus de colorib⁹: tñ vitas ẽ q̃ ex cõmixtione albi cũ nigro oẽs intermedij colores gñantur. ¶ Et colores q̃dẽ vrie s̃t duplices. s. simplices ⁊ ɔpositi. Et simplices q̃dẽ itelligũf eẽ illi q simplices ⁊ vniti appent ꝫ sensuʒ: ẽt si sint cõpositi ꝫm intellm vt citrinitas rubedo ⁊ silẽs: ⁊ pñt esse extremi: ⁊ pñt esse itermedij. Et cõpositi vocanf qñ in vrina duo simul appent colores vel plẽs distincti ꝫ sensuʒ: sicut appent in vrĩa oleaginea: ⁊ in ea q̃ ẽ silis loture carnis recẽtis. Et sicut est dicũt q̃dã. color cineriti⁹ ⁊ puluerulentus. ⁊ silẽs. ¶ Loquẽs aũt de colore simplici Auer. 4° colli. dixit. color vrine vlr̃ diuidif in q̃nq3 ptes q̃s dicim⁹ esse eius q̃nq3 gñã. Et primũ gen⁹ est color citrinus 2⁹ rubeus. 3⁹ viridis. 4⁹ niger. ⁊ 5⁹ est color albus q dr̃ eq̃uoce de vrina ⁊ de aq̃. ɔsideraf enim in vrina color alb⁹ q vere ⁊ proprie est color: ⁊ ẽt color albus aqueus qui nõ vere ẽ color: ʒ est dyafanitas quedã seu trãslucentia. Et dixit vnũq̃dq3 dictoꝝ generũ diuidif in spẽs. Silr̃ ⁊ Aui. p̃dcã quinq3 gñã posuit. Et vnũq̃dq3 dixit hr̃e spẽs siue gradus nõ tñ ꝓprie dñr spẽs: ʒ ꝓprie dñr gradus cũ nõ differãt ab inuicẽ nisi ꝫ magis ⁊ minus ⁊ vnaq̃q3 spẽs siue vnusq̃sq3 modus hʒ latitudinẽ magnã. sicut. v̾. g. in colore nigro apparet. multa enim sunt nigra alia aliis intensiora ⁊ dissiña. ¶ Hal. aũt dixit. sex fore coloris vrine gñã. s. albus citrin⁹ rubeus igneus rubeus clarus rubeus spissus ⁊ niger. verũtñ color igneus ꝫ. A. est de gradibus coloris citrini: ⁊ ẽ ille qui est silis colori auri. Et rubeus clarus ⁊ rubeus spissus sunt de gradibus coloris nigri ꝫm Aui.

Color in vrina põt notabiliter pmutari non fcã imutatiõe in s̃ba ⁊ ɔ̃uerso.

Quinq3 sunt genera coloruʒ in vrina.

¶ De generibus colorum in speciali: ⁊ prio de citrino ⁊ ei⁹ causis ⁊ significatis. Cap.x.

Coloris citrini genus diuisit Auer. in. 5. gradus. s. in palearẽ ⁊ citrinũ absur. i. igneũ ⁊ in mõtinũ q croco silaf: ⁊ in euʒ qui assilaf croco rubeo. s. flori croci nõ cõtriti. Aui. aũt diuisit eos in septẽ qui sunt palearis citrinus flauus ruffus citrãgularis ⁊ igneus tincture croci silaf: ⁊ ipse ẽ vehementer citrinus ⁊ croceus q simulaf capillis ʒafarani: ⁊ iste est quẽ vocãt rubeũ clarũ q est magis ꝓpinquus rubedini: ⁊ q̃si rubedinis pn^m. ¶ Et ex dictis pʒ. q̃ color citrin⁹ sumif 2r. vno modo cõtter ꝓ quolibet colore tendente ad colorẽ glaucũ seu ʒallũ siue tendat ad ipsum cũ albedine siue cũ rubedie: ⁊ isto modo sumptũ est vnũ de gñibus coloris: vt. s̃. pʒ alio modo stricte ꝓ vno de gradibus p̃dicti gñis: ⁊ est eius gradus scõs q sic dr̃ citrinus qꝛ est silis coloris citri pfecte maturi. ¶ Per colorẽ aũt palearẽ debem⁹ itelligere cũ q silaf colori palee frumẽti dũ adhuc est in agro nõ totalr̃ desiccate: ʒ ꝓpinque desiccatiõi in q̃bus adhuc remãsit aliq̃d citrinitatis: qꝛ color palee totaliter exiccate qualis ẽ color eius post mẽsem reseruate est de gradibus coloris albi nõ de gradibus coloris citrini. ¶ Et p colorẽ citrinũ debemus intelligere colorem tẽdentẽ ad ʒallũ plusq̃ʒ palearis: nõ tñ multũ ⁊ est sicut color corticis citri bñ maturi. Et q̃dã existimãt q̃ sit sicut color paleaꝝ frumenti cũ prio rubent in agro anteq̃ʒ appropinquent messi. ¶ Et p colorẽ flauũ debemus intelligere eũ q est silis colori capilloꝝ blũdoꝝ aut colori corticis castaneaꝝ nõdũ bene maturaꝝ: ⁊ ꝓp h' a q̃busdã color castaneus dictus est. ¶ Et isti tres colores cũ albedine tendũt ad ʒallũ reliq võ grad⁹ coloris citrini q sunt p⁹ istos tẽdũt ad ʒallũ cũ rubedine: quoꝝ pmus ẽ color ruffus q ẽ valde citrin⁹ cũ aliq̃li rubedie. ¶ Et 2⁹ est citrãgulus: ⁊ p colorẽ citrãgularẽ itelligim⁹ eũ q ẽ silis colori citrãguli seu arãcij pfecte maturi: ⁊ hʒ de rubore plusq̃ʒ ruffus aliquãtulum. ¶ Et tertius est color igneus p quẽ intelligimus cũ q est silis colori auri depurati noui vel sicut color aq̃ croci nũl tũ tincte: vel sicut color q causaf in vrina illius qui sumpsit reubar. aut cassiãf. ¶ Et q̃rtus est color croceus p quẽ intelligimus colorẽ silẽm silis croci recentis q tendit ad rubeũ plusq̃ʒ igneus ⁊ est terminus finalis coloris citrini.

Color citrin⁹ sumitur dupliciter.

Color palearis.

Color citrinus.

Color flauus.

Color ruffus.

Color citrãgularis.

Color igneus.

Color croceus.

¶ Quidã aũt distinguunt gradus coloris citrini: eos. s. q sunt post palearẽ ⁊ citrinũ ꝓprie sumptũ in q̃tuor. Et sunt vocati ab eis primus subcitrinus p quẽ intelligunt colorẽ flauũ. Scõs aũt vocaf citrinus: ⁊ intelligunt p eũ colorem citrãgularẽ ⁊ colorẽ ruffum. Et tertius vocaf subruffus: ⁊ intelligunt p eũ colorẽ igneũ. Et quartus vocaf ruffus: ⁊ intelligũt p eũ colorẽ croceũ qui ẽt a quibusdã vocaf rubeus clarus. Et color palearis a q̃busdã vocaf palidus: ⁊ p palidũ ẽt quidã itelligunt citrinũ proprie sumptũ. ¶ De causis aũt citrinitatis vrine alie sunt intrinsece ⁊ alie extrinsece. Et intrinsece cause coloris palearis ⁊ citrini proprie sumpti seu coloris palidi sunt ɔplonis corpis tpantia ⁊ debita mixtura colere nãlis cũ aquositate vrine: q vero colores sunt post citrinũ. s. stricte sumptũ significãt. dixit Aui. In corpe calitatẽ diuersificatã in gradus plus ⁊ minus ꝫm q̃ descripti sunt in ordine: etenim citrãgularis plus signat calitatis q̃ʒ flauus: ⁊ ruffus plus q̃ʒ citrangularis: ⁊ sic vltra. verũ gradus vltimus. s. croceus vel rubeus clarus nõ tantã signat calitẽ quãtã p̃cedentes: ⁊ max' q̃ʒtã igneus ⁊ citrãgularis. Oẽs enim p̃dicti colores facti sunt a pmixtione colẽ amplioris q̃ʒtitatis q̃ʒ in corpore tpato cũ aquositate vrine. ⁊ sic in sanis signat cõplõnẽ colericã plus ⁊ minus ꝫm suos gradus: vel sunt facti ex caliditate hũores inflãmãte: ⁊ sic in egris signant calitatis extranee dñiuʒ. verꝫ gradus vltimus signat colãʒ sanguini pmixtã: cuius ꝑ ermixtione feruor remittif colẽ: illi aũt gradus signant colerã purã absq3 pmixtiõe sanguinis: cui⁹ nõ remittif calitas. ¶ Et de cãis itrisecis dictoꝝ coloꝝ aliqñ sunt dolores maxime q ꝓping sunt instrĩs vrine ꝓp inflãmationẽ quã efficit dolor in mẽbris in q̃bus est. ¶ Cãe aũt extrinsece coloris citrini sunt dixit Aui. q̃dã res nõ nãles. sicut vehementes motus fames aq̃ siue potus abstinẽtia ⁊ silẽs: vt vigilie ira ⁊ aer calidus: dicũt q̃dã: vrina fit subcitria. s. in corpib⁹ lapsis eq̃liter vincẽte colã ⁊ flãte. ʒ vincẽte colera fit citrina. ⁊ adhuc ea plus vincẽte fit subruffa: deinde ea hebẽte

De causis

aliqd admixtionis sanguinis fit russa. ℭ Dixit Gal. p° ad glau. color vrine eoꝝ qbus accidit febris ex inanitione cibi aut labore est color russus tinctus pp dñiũ colē in eis manifestũ. ℭ De signatis coloris citrini in vrina est. dixit Ra. 20. cti. color citrinus. s. q est post flauũ signat maiorē caliditatē q̄ rubeus. s. q nō puenit ab adustione. Et quāto magis vrina auget in croceitate: tāto magis crescit in calitate ꝛ q̄ magis designat calitatē inter vrinas est vrina ignea pure citrinitatis. Et qñ declinauerit ad rubedinē signat ꝙ sunt diminute signiones calitatis corpis: q2 rubedo in radice coloris est p humiditatē q̄ est in sanguine. ꝛ in sanguine est magis de terreo q̄ in colla: ꝛ silr de aquositate: ꝛ in colera est plus de igneo ꝛ aereo q̄ in sanguine. Et ob h debes scire ꝙ vrina magis indicās calitatē est ignea. Et h ꝓinueni in sirsen calo mortali supflue calitatis ꝛ siccitatis. Dixit Aui. In oibus dictis coloribus in qbus ē color zafarani igneꝰ est signo colē rubee dñantis: ꝛ in oibus q pulueruléto attinent est signo dñij sanguinis. Et iō color igneus magis significat calorē q̄ rubeus vel puluerulentus: sicut colra in se calidior est q̄ sanguis. ℭ Est aũt colera calidior sanguine caliditate potētiali ꝛ accñtali vel saltē nō sic nāli q̄ sanguis: de q̄ calitate intellexit Ga. cũ i li. de malitia cōplonis diuerse dixit. colra est calidior res q̄ est in corpe nro: sanguis tñ ē calior colera calitate actuali ꝛ nāli magi. q̄ calitate Aui. p° p¹. posuit sanguinē post cor ꝛ spm̄ calidiorē i corpe nostro. ℭ In dispōnibus itaq3 accñtalibꝰ color igneus intēsiorē significat calitatē q̄ rubeus. Et iō Auic. dixit. ꝙ color vrine in egritudinibus acutis intēdētibus .i. valde calis tendit ad colorē zafrani ꝛ igneitatē. Etenim significat talis color multitudinē colē rubee in corpe q̄ intēdit ipsum. ipse eni3 color ab ea ꝓcedit: Et aduenit ipse color in vrina virtute ente potēte ad expellendũ ipsam colla3 cũ nō hñte h raptũ ipsa colera ad alia loca. Si enim reperet ad alia loca: aut expulsa esset debilis vrina nō exiret de corpore cũ illa tinctura. Q2 si ibi fuerit tenuitas nō qdē ꝓpria q̄ est sbe subtilitas: s3 tenuitas coloris. i. illius coloris remissio: tunc dixit Aui. sic aliquā maturationis significat dispōnē q̄ iam incepit: s3 nondũ appareret in sba: qñ dixerit: s3 in colore igneo facta fuerit remissio ia3 aliq̄ maturitatis inceptio facta ē q̄uis in sba vrina adhuc non appareat ꝓus nō pōt apparere digōnis sigm in colore q̄ in sba vrie: sicut facilius est pmutare colorē notabiliter q̄ sba3. Et hñt pdicta veritatē colra illa nō hñte raptũ ad alia loca. nā tunc significat remissionē icēdij colere: vñ reddit color vrine minus igneus ꝛ virtutē esse potētē i expellēdo colām p vrinā ꝛ cꝫ. ℭ Dixit Aui. si citrinitas in vrina fiat fortior q̄ ꝑersis ꝛ vsq3 ad igneitatis ꝓcedat terminũ ꝛ ad finē in ea. significat ꝙ calor incessanter ꝓcedit ꝛ mãe significat cruditatē ꝛ indispōnē expulsioni: ꝛ h est finis citrinitatis: ꝛ subdit Aui. ꝙ i ipso colore igneo claritas augmētet calor iā ēsus diminutionē ꝓcedit. ℭ Et scias ꝙ i febribus acutis vrina vehemēs nō tanta ſm ꝓportionē calitaq̄ febrilis ē signũ malũ: q2 significat aut debilitatē caloris nālis nō valētis digerere nec mã3 expellere p vrinā ꝛ sic nō potētis vrinā tingere: aut significat ꝙ portio mãe deriuat ad membra nobilia. si eni3 ad ignobilia deriuaret febrile incēdium diminueret. ℭ Dixit Ga. p° de crisi. dico ꝙ color russus tinctus q grece noiat verzini est de coloribus appropinquātibus rubeo claro q nominat chulim: quem colorē russum tinctũ Raf. 20. cti. noiauit colorē multũ croceũ. Et dr̄ iter eos ambos est: q2 russus tinctus est ꝓpinquior albo ꝛ rubeus clarus est ꝓpinquior terso splēdido. ℭ Dixit Ra. 20. cti. qñ vria assidue appet in febribus facta ꝛ plongat ꝛ febris nō cessat i epate cali3 ē apa. ℭ Et vria qdē russa i hydropico mala est sicut aquosa est in eo vtilis. ℭ Dixit Ra. 16° cti. dico. In quo videris vrinā coloratā ꝛ calitatē egritudinis longa3 per morā vsq3 ad. 14. vel. 20. diē: ꝛ fuerit caliditas vehemens dubia erit passio. eo ꝙ debilitat virtus subiecta febri per tm̄ tp̄s: ꝛ maxie si cōplexio fuerit sicca.

De signis caliditatibus.

Quo colera est caliđior sanguine ꝛ econtra.

ℭ De genere coloris rubei ꝛ eius gradibus causis ꝛ significatis. Cap. xj.

Coloris rubei spēs vel gradꝰ posuit Aui. vbi. s. fore tres. Et primus ē color q noiat asabab. i. color rubeus mixtus cũ aliqli albedine: sicut est in rosa. alius est q ē vt chimus: ꝛ est ille qui est vt sanguis. Et est ille qui est rebus ꝛ in supficie h3 nigredinē: ꝛ noiat acima. ℭ Aui. āt distinxit eos i q̄tuor: rubeũ roseũ rubeũ obscurũ ꝛ rubeũ puluerulētũ. Et p colorē rubeũ ōbemꝰ intelligere eũ q est rubeus: ꝛ est scōs de gradibus positis ab Auer. ꝛ p colorē roseũ debemus intelligere rubeũ clarũ q est sicut color rose rubee: vel sicut color pāni scarlati: ꝛ est gradus primus positus ab Auer. Et p rubeũ obscurũ debemus intelligere rubeũ non clarissimo aliqli attinētē rubedini. Et per colorē puluerulentē debemus intelligere colorē rubeũ vadētē plus versus nigredinē q̄ rubeus obscurus. Et dr̄ dicunt puluerulētus: q2 ad terrestreitatē ꝛ nigredinē plus accedit. Et ambos hos gradus vltimos cōprehēdit Aui. 3° colli. sub 3° gradu ab eo posito. ℭ Quidā aũt diuidunt genus coloris rubei in sex gradus. s. in subrubeũ ꝛ rubeu3 subrubicũdũ inopos ꝛ chianos: ꝛ per subrubeũ intellgũt rubeũ bñ clarũ ꝛ splendidũ: sicut est color scarlati. Et p rubeũ intelligunt colorē rubeũ clarũ: s3 nō sic splendidũ: ꝛ p subrubicũdũ intelligunt colorē roseũ: ꝛ p rubicundũ colorē rubeũ obscurũ: ꝛ p colorē inopos ꝛ chianos intelligũt colorē rubeũ puluerulētũ diuisum in duos gradus ſm ꝙ plus ꝛ minus accipit de nigredie: ita ꝙ chianos q plus accipit de ea est sicut vinũ nigrũ calabrēse: inopos vero est sicut sanguis melicus. ℭ Et qñq3 mingit vria sicut sanguis ꝛ est cã eius apertio venarũ in orificijs ea: ꝛ aut supflua sanguinis replo in corpore quā nā euat p viā vrine: alioꝝ aũt oium graduũ rubedinis cause intrinsece in sanis sunt fortitudo digestiue epatis multiplicantis sanguinē in eo ꝛ toto corpore: ꝛ in egris est mala cōplo cpatis calā vel venaꝝ. ℭ Et multotiēs qdē in dispōnibus ꝛ egritudinibus fridis mingit vrina rubea: ꝛ h maxie in tribus casibus. vnus ē in forti dolore colico vel in instris vrine vel mēbris eis ꝓpinquis qđ ꝯtingit: q2 nā succurrit cũ sanguine ꝛ spũ ad locũ dolosũ: ꝛ q2 ipse dolor attrahit reuma ad locũ ꝛ ꝑcipue colerā q̄ h habilior est: ꝛ iste sunt cāe rubedinis. scōs casus ē in defectu ꝟtutis discretiue epatis q̄ nō pt sanguinē ab aquositate sequestrare q exiēs cũ ea tingit ipsam ꝛ reddit eā rubeā: tertius est in opilatione forti ab humore frigido causata: q2 remanet in ea ipse hũor intrāspiratus: vñ a calo recipit extraneo ꝛ calefit putrefiens: ꝛ sic tingit vrina in rubeũ a calido illo. Dixit Raf. 20. cti. dico. vidi h p experientiā pluries ꝙ in quotidiana apparet vrina rubea: ꝛ in sirsen calo apparet alba. ℭ Et cause rubedinis extrinsece sunt oēs q̄ epar ꝛ sanguinē venaꝝ calefaciunt: ꝛ cibi multi sanguinis cali generatiui. Et pcussio vel casus maxie adueniēs epati vel renibus vel alijs instris vrine: maxie dirũpens venas ꝛ faciēs mingere sanguinē. ℭ Predicti oēs gradus coloris rubei aduenientes in sanis significat cōplonē sanguineā dñiu3 sanguinis in epate ꝛ venis: verũtñ color rubeus significat sanguinē purũ absq3 pmixtione alterius humoris: ꝛ roseus significat sanguinē cui est pmixtũ de colera rosea dāte ei claritatē. ℭ Et rubeus obscurus significat dñiu3 sanguinis cui permixtũ est de hũore melancolico obũbrāte eũ: ꝛ puluerulentus significat sanguinē cui supuenit adustio aliq̄: vel fortasse putrefactio ꝛ in egris ꝛ neutris significat dñiũ calitatis extranee. ℭ Et color qdē rubeus in egris indeficiēs ē ad significandũ salutē vel mortē: q2 talis color significat sanguinē absolute vel mixtũ cũ colra vel mella: ꝛ oēs morbi ab eo facti sunt indifferētes: verũtñ dixit Ga. 4° affo. in 2° affo. qbus in 7° iudicat ꝛc. ꝙ color rubeus significat salutem intellexit vel de

De speciebus siue gradibus.

De causis

In egritudinibus frigidis mingit vrina rubea in tribus casibus

De significatiōibus.

colore hypostasis. nã cũ rubea fuerit sigñat salutẽ: vt infra
vel intellexit de vrina rubea cõiuncta cũ signis digõnis vel
alijs signis bonis: ipsa enim tunc sigñat salutẽ sicut coniun
cta cũ alijs signis malis põt sigñare mortẽ. Vñ dixit Aui.
vrina rubea sanguinea q̃ est hñs primũ gradũ rubedinis
vel cũ leui obscuritate melior est q̃ rubea colerica: sicut in se
sanguis melior humor est q̃ colera q̃ freq̃nter efferitat et
furit. vrina tñ colerica de colera q̃eta q̃ non furit nõ est tanti ti
moris quãti est cũ colera q̃ furit. Et cognoscit colera q̃ non
furit: qr in nulla parte corporis vehemẽtẽ facit lesionẽ: aut
q̃ in multis distinctis ptibus corporis nõ pcipit eius lesio
et nocum̃: et cognoscit colera q̃ furit: qr mobilis est et eius le
sio in multis ptibus corporis pcipit: et nunc in vna nunc
in alia: et ista est q̃ est multi timoris: et vrina qdẽ in colera fu
riosa est subtilis: et est magis intẽsa q̃ in q̃eta: et in q̃ ẽ gros
sior et minus intẽsa. ¶ Dixit Aui. 2° p'. Est cũ in egritudini
bus acutis sanguineis vrina sicut ipse sanguis mingit ap
tione vene ibi nõ existẽte: et sigñat replẽtionẽ supfluã q̃ sic pau
latim mingendo emittit. et sicut cu humore malo est signũ ti
moris: et timet ex ea ne sanguis ad loca suffocãtia fluxu de
riuet. Et peior qdẽ est cũ est subtilis in colore. i. remissior et
in dispõne sua. i. in sbã. cũ aũt ex ea dixit Aui. multũ mingi
tur est cũ est signũ bona in febribus acutis et cõmixtis: qm̃
est cũ est signũ crisis et sanitatis nisi in pn° subito attenuet
anteq̃ hora sit crisis: qm̃ tunc erit recidiuationis signũ. Et
si tenuitas post crisim ordinata nõ fuerit. Dixit Aui. cũ vri
na in acutis egritudinib⁹ rubere ceperit: et sic remãserit et
nõ inferius descẽderit. i. nõ habuerit hypostasim pdinonis
egri timorẽ affert: qr sigñat multa humorũ cruditas: ad cui⁹
digõnẽ multũ requirert tpe: qd̃ acuti nõ hñt morbi: pp cru
ditatẽ aũt hypostasis descẽdere nõ vz aut sigñat apã renũ
s. calidũ: q̃ si in dictis egritudinibus acutis vrina rubea
turbida fuerit: et sic pmãserit apã calm̃ i epate sigñat: max'
cũ febris aderit et dolor et grauitas in partibus illis sentit:
qd̃ vtpl'z erit sanguineũ aut sigñat caloris nãlis debilitatẽ
nõ potentis digõnẽ facere in mãm neq; in sequestrationẽ san
guinis ab aquositate. ¶ Dixit Ras. 10. cõti. multa rubedo
vrine sigñat excessum caliditatis in epate et ipsius malã cõplo
nẽ calm̃. Et dixit. vrina rubea in egritudinib⁹ renũ est ma
la: et in egritudinibus capitis est deterior: qr in passionib⁹
renũ sigñat mã cala inflãmata: q̃ si nõ dissolueret collige
ret ad apã. Et in egritudib⁹ capitis accidit pmixtio sens⁹.
¶ Et Aui. dixit. vrina rubea in egritudinibus renũ est ma
la: qm̃ fm plũ calm̃ sigñat apã in eis fore: aliqñ tñ et vt ra
rius sigñat mãm colericã in renibus: et circa eos fore non
apantẽ: et si fuerit ibi apã erit ibi dolor et febris: et si nõ erit
apã nõ erit febris. ¶ Et Aui. dixit. i doloribus capitis vri
na rubea desipientiã portẽdit: talis enim vrina sigñat dñiũ
cole et dolor capitis sigñat ipsius raptũ ad supiora ad quẽ
desipiẽtia sequet inducta cõplone cala et mala cerebro: et h̃
maxie verificat de colore roseo: et pcipue cũ color incipit re
mitti et dolor augeť. Dicunt insipientia pcedẽte a raptu co
lere ad caput vrina albescit: sz in pcedẽte ex multitudine co
lere in toto: vel ẽt in capite vrina rubet. ¶ Dixit. A. in icte
ritia citrina cũ vrina adeo fuerit maioris rubedinis donec
nigredinẽ trahat et pãnũ leniũ talr tingat q̃ nõ remoueat
ab eo tinctura p lotionẽ vel quãto plus fuerit vrina: qr ma
ioris q̃titatis erit hoc sanius sigñat nãm potẽtẽ in expel
lendo mãm cãz icteritie q̃ longo retẽte tpe per viã cuiusdã
putrefactionis vel ebullitionis ad nigredinẽ tendit: et silr
in icteritia nigra q̃to magis vrina fuerit nigra et maioris
q̃titatis tanto melior. Sz si in icteritia vrina alba fuerit aut
rubea pauce rubedinis icteritia in sua dispõne manẽte ti
met ex ea hydropisis. ¶ Dixit Ras. 10. cõti. vrina rubea in
hydropisi est mala. Et dixit. vrina in colore sanguinis ẽ in
egritudinibus splenis laudabilis. ¶ Dixit. A. 2° 4'. vrina
in egritudinibus acutis rubea qñ est cũ rubedine subtili. i.

remissa vel clara sigñat cũ signis laudabilibus velocitatẽ
crisis: et cũ signis cõtrarijs sigñat velocitatẽ mortis: et ex toto
sigñat inflãmationẽ vehemẽtẽ. dixit tñ 2° p'. q̃ tinctura ru
bea in egritudinibus acutis ẽ melior q̃ aquosa alba et ei⁹
ẽt sba. s. grossa melior ẽ q̃ aquosa alba. s. et subtilis: qr signi
ficat mãz morbi acuti nõ ex toto occultari et retineri: cui⁹
sig^m est vrine tinctura et eius grossities: sz vrie albedo et ei⁹
subtilitas sigñat mãm occultari et ad alia mẽbra deriuari
aut denotat palbedinẽ vrine et eius subtilitatẽ tãta esse de
bilitas q̃ nõ põt mãm digerere et vrinã debite tingere.

¶ De colore viridi et eius gradibus et sigñatis. Cap. xij.

Coloris viridis gradus Auer. 4° collig. posuit esse q̃nq;. s. q̃ ẽ sicut fisti *De gradibus.*
cinerus: et q̃ est sicut zimiare: et q̃ est sicut celestis
q̃ in arabico dr̃ clemoni: et sicut nigelinus: et
sicut porrinus. Et silr Auic. eosdẽ gradus po
suit: et sunt sicut vrina: cuius color colori fisticorũ attinet. de
inde cuius color est silis colori eruginis eris: postea cuius
color colori yreos attinet. Deinde cuius color silat indico:
et postea cuius color est silis succo porri. nã color celestinus
et color yrinus: q̃ ẽt aliqñ dr̃ violaceus est idẽ: et color nige
linus et color indiebinus ẽt est vnus et idẽ color: et color zin
narius et eruginosus: vel sicut flos eris vel viridis eris vn⁹
et idẽ est color. ¶ Et ois color viridis accedit ad nigrum.
Dixit Ga. pmo de crisi. color viridis nõ est nisi ante nigrũ et
semita aduentus eius est: q̃si ipse nõ sit nisi antecessio nigri.
¶ Illud tñ: qm̃ qñ egri⁹ est maligna color niger apparet in
ea post apertionẽ viridis: sicut vomitus viridis aut egẽnis
viridis aut vrine viridis. ¶ Et p colorẽ qdẽ fisticalẽ debes
intelligere colorẽ viridẽ silem fistico nõ corticis eius exte
rioris: qr ipse participat aliquali rubore: sz corticis eius nu
clei: cuius viriditas aliq̃li attinet albedini. ¶ Et color zin
narius siue eruginosus est viridior fisticali: et est silis colori
floris eris. Et p colorẽ yrinũ possumus intelligere colorẽ
viridẽ silem viriditati foliorũ yreos: vel ẽt melius silem co
lori florũ eius. ¶ Et p colorẽ indiebinũ siue nigellinũ pos
sumus intelligere colorẽ tendentẽ ad nigrum plusq̃ color
yrinus. ¶ Et p colorẽ porrinũ debemus intelligere colorẽ
similẽ colori foliorũ porri. ¶ Dixit Auer. q̃ viriditas pn^m
est nigredinis ob h̃ cause q̃ faciunt nigredinẽ eedẽ sunt cũ
causis q̃ operant viriditatẽ excepto q̃ in viriditate sunt de
biliores. Et sicut color niger põt induci a frido et a calido: *De causis*
vt suo patebit ca°. Ita et color viridis põt induci a frigido
cõgelãte et mortificãte: et põt induci a calo intenso vstionẽ
inchoãte: et sicut qdã graduũ coloris nigri causat a calido
et qdã a frigido: ita silr quidã coloris viridis gradus cau
sat a calo: et qdã a frigido: viridis nãq; color est cõpositus
a nigro et citrino: et põt cõiũgi sbe spisse: et sbe tenui. sz in sba
spissa gñat a calo. citrinus enim gñat p inflãmationẽ: et ni
ger sequit citrinũ p adustionẽ: et tñ inflãmatio q̃ adustio fit
a calo quo sequit q̃ color viridis q̃ est medius inter illos
gñat p inflãmationẽ quarũdã partiũ: et p adustionẽ quarũ
dã aliarũ: et sic a calido. In sba vero subtili gñat a frigido.
nã calor a sba subtili exalare facit hũiditatẽ vsq; ad supficiẽ
sz frigiditas nõ pmittit eã vltra exalare. imo eã retinet in su
perficie: et ita eã retinendo inducit viriditatẽ: et sic a frigido
inducit. ¶ Colores aũt virides q̃ inducunt a frigido. dix̃
Auer. sunt oẽs excepto zinnario et porrino q̃ fortẽ vstionẽ
sigñant: et sic frigiditatẽ sigñant et debilitatẽ caloris inati.
¶ Dixit Aui. fisticalis sigñat frigiditatẽ: et silr indicus et
yrinus et zinnari⁹ et porrinus sigñant caliditatem. hi nãq; *De significationibus.*
vehemẽtes sigñant incẽsiones: verũtñ porrinus saluior est
q̃ zinnarius: sigñat enĩ minorẽ calitatẽ et remissiorẽ vstio
nẽ. ¶ Dixit Aui. q̃ vrina yrina sigñat vehemẽtẽ friditatẽ
et ante ipsam pcedit vrina viridis. dicunt qdã. s. fisticalis: et
sic vrina fisticalis non tantã sigñat friditatẽ quantã yrina.
¶ Et dicunt. q̃ indicalis in sigñando frigiditatẽ media est

inter fisticalē ⁊ vrinā.℃ Dixit Auer.nō est dubiū quin fisti
ca ⁊ indica hue celestis signet sup calorē:q͛ videm⁹ vrinas
colicoꝝ mixtas viriditati cuꝫ citrinitate:⁊ hoc esse in pn°
adustionis.nā calm adurens anteq̄ꝫ inducat colorē porri/
nū inducit aliqualē viriditatē remissiorē porrina:⁊ sic fisti/
calē vel terrestrē.℃ Urina viridis pauca in acutis febrib⁹
mortē signat:⁊ maxime si color viridis liuidus vel niger fe
cerint vngues egroti.℃ Urina viridis multa valde oleagi
na ⁊ cenulēta rupturā apatis in aliquo notabili mēbro si/
gnificat:maxime in epate ⁊ mortē signat futurā in ꝑrimo.
℃ Urina viridis in febre acuta apparens maxime porrina
⁊ ȝinnaria:maxie signat spasmū de inanitione pp consum/
ptionē subtiliū hūiditatū.℃ Urina viris silis eruginī eris.
Dixit Aui.post laborē eueniēs signat spasmū post laborē.
dicūt quidā.s.corporeū fortē vel post laborē.s. spōtaneum
maxime arefactiuū vel etiā vlcerosum:⁊ in his signat spas/
mū de inanitione vel post laborē.i.febrē laboriosam vehe/
mēter corpus lapsantē similiter signat spasmū de inatione.
q͛ signat vehemēs incendiū desiccās corpus. Et pōt signa
re spasmū nō ꝓportionatū ad nām:q͛ signat colām eru/
ginosaꝫ potētē.s. aliqd sensibile mēbrū trāsire:cui⁹ lesiōe
dict⁹ spasmus cābit.℃ Urina eruginosa in pueris eueniēs
signat spasmū mō dictoretiā q̄uis in eis nō eueniat post la
borē:q͛ pueri a leuiori causa apti sunt icurrere spasmū. 20.
tñ ꝯtiñ.dix̄ Ras.vrina viridis in pueris spasmuꝫ signat: ⁊
eadē die mortē.℃ Et dixit. Aui.ꝙ vrina eruginosa in fe/
bribus eueniēs acutis vehementē.i.citā:vel aliter vehemē
ter signat ꝑditionē.℃ Et pōt vrina viridis significare icte/
ritiā viridē.℃ Dixit Ras.20.contiñ.vrina coloris celestis
signat patiētē sumpsisse venenū. Et Judeus dixit. vrina ce/
lestina signat patiētē sumpsisse venenū:⁊ si in ea est hypo/
stasis liberabitur:⁊ si nō morieƚ.vnde Aui.dixit. dixerunt
quidā.ꝙ viridis exponūt quidā.s.fisticalis:sꝫ indi⁹.i.indi
cōina:vt dixerūt Ras ⁊ Judeus a qbus Aui.accepit signi
ficat venenū in potu fuisse haustū.Qr si in ea erit hyposta/
sis spes vite erit:⁊ si nō timeas ei. Hypostasis enim debite
eueniēs in ea significat aliqd virtutis oñium:spē salutis tri
buēs.⁊ ecōuerso si nō apparet hypostasis debita. Et ista q̄/
dē vrina maxime aduenit post haustū veneni frigidi inatū
mortificātis calorē.℃ Et dicūt.ꝙ vrina fisticalis ꝓnostica
tur spasmū de repletōe signādo multitudinē mae flātice.
℃ Dixit Ras.20.ꝯtiñ.vrina celestis signat morbi ꝓlixitatē
⁊ cōplōnē corruptaꝫ.℃ Et dixit ꝙ vrina viridis fit ex ad/
mixtōe flātis ⁊ melie:q͛ color viridis fit ex ꝑmixtione aq̄ ⁊
terre intelligēs de viridi significāte frigiditatē.℃ Et qdaꝫ
dicūt:ꝙ vrina viridis signat maiorē emitriteum.

℃ De colore nigro gradib⁹ cāis ⁊ signatis eius. Ca.xiij.

Coloris nigri Aū.vbi.s.duos posuit gra
dus:q͛ qdā declinat ad obscuri/
tatē:⁊ qdā ad melāȝariū.i.ad fuscedinē. ℃ Et
Aui.silr posuit duos:q͛ alius est q ad nigredi/
nē tēdit ꝭm viā coloris croci:sicut est in icteri/
tia.s.nigra:⁊ signat colē nigre spissitudinē ⁊ ei⁹ adustionē
⁊ colāꝫ nigrā ex adustione colē.s.rubee accītē ⁊ signat icte
ritiā.s.nigrā.Et qdā dicūt.q tendit ad nigredinē ꝭm colo/
ratiōis croci viā.i.quā ꝑcedit vrina crocea:sicut est in icte/
ritia.s.citrina:⁊ signat colere nigre spissitudinē ⁊ ei⁹ adu/
stionē:⁊ p.i.colerā nigrā que accidit ex colē rubea ꝑ viam
adustiōis ⁊ facit icteritiā.s.nigrā. Et alius est qui ex fusco
peruenit ad nigredinē ⁊ signat colerā nigraꝫ.s.in sanguine
dñantē. Et alius est qui ex colore viridi.s.fisticali ⁊ colore
indico.sup.vel imo ꝑuenit ad nigredinē:q͛ ꝑcedit coloreꝫ
hūc nigrū. Aliqua dictaꝝ triū vrinaꝝ viridiū signat cole/
rā nigrā purā. Et sic A.voluit ꝙ vrina nigra habeat duos
gradus:quoꝝ vnus ꝓcedit ex ꝑmixtiōe colere nigre cum
aquositate:que q͛ est nigra reddit eā nigrā. Et alius ꝓce/
dit absq̄ ꝑmixtione ei⁹:sꝫ ab infectione male q̄litatis q ma

Urine se esse nigra a mal. q̄litate sive nā aut adurente aut mortificante.

la qualitas aut est intēsa frigiditas mortificās aut supflua
caliditas adurens.verū qñ in cā eius est intensa frigiditas ꝑ
cedit eā vrina viridis ex eis q sunt virides a frigido.⁊ qñ
in cā eius est intensa caliditas precedit eā aliqua ex vrinis ci/
trinis significātib⁹ caliditatē fortē vt crocea ignea vel citrā/
gularis aut aliqua ex viridibus ꝓuenientibus a caliditate in/
tensa vt porrina vel ȝinnaria.℃ Qr aūt nigredo causeƚ in
vrina ex permixtione rei nigre cū aquositate notū est: ⁊ qr
causeƚ a calō ⁊ frigido Gal.declarauit a silī.⁊ ait. tu vides
in mēbris extrinsecis nō accidere nigredinem nisi ꝭm hos
duos modos.s.aut cū calefiūt supflue:sicut accidit illis qui
in sole estiuo prolōgāt morā aut cū infrigidanƚ supflue: sicut
accidit senibus ⁊ alijs sup quos ꝯfortat frigus fortitudie
vehemēti.⁊ silr denigratio vrine toti⁹:aut nubis in ea na/
tātis vel pēdētis aut in fundo stantis nō fit nisi a predictis
duabus causis.s.a frigido mortificante virtutes nāles aut
ab vstione in humorib⁹ eueniēte forti.℃ Et Auer. vbi.s.
dixit.ꝙ nigra vrina signat sup vstionē ⁊ sup dñium frigidi/
tatis:qd est:q͛ calor ⁊ frigus hꝫ duo faciūt nigredinē. Dif/
ferūt autē ꝑdicte spēs siue gradus abinuicē:q͛ que accidit
a ꝑmixtiōe colere nigre ꝑcedūt eā signa signantia multitu/
dinē melīci humoris in corpore ⁊ egritudines melice:sicut
splenetice ⁊ quartane ⁊ siles:⁊ eius color est cū obscurita/
te ⁊ turbulētia. Que aūt ꝓcedit a frigido ꝑcedit viriditas
predicta vel fisticalis vel signa dominij frigiditatis in cor/
pore vel in vrina:⁊ est color eius q̄dā caligine circūfusus:⁊
que accidit ex caloris incēdio ꝑcesserūt signa dñij caliditatis
⁊ egritudinis adurentis:⁊ eius color dꝫ esse lucidus sicut
cornu nigrū politū:⁊ sicut est nigredo in facieb⁹ ethiopuꝫ
cū quadā luciditate.℃ Dixit Auic.vrina nigra aut signat
vehemēs incēdiū aut forte frigus aut mortē aut caloris nā/
lis superationē aut crisim ⁊ expulsionē qua ipsa colē nigre
expellit supfluitatē. Et distinguiƚ inter eas.nā que ex incē/
dio fit cognosciƚ:qm̄ illic est fortis ardor:illic.s. apud exi/
tū talis vrine vel illic.s.circa regionē epatis ⁊ renū:⁊ antē
dictā vrinā fuit vrina citrina aut rubea.sup.aut viridis. vt
supra. Et hypostasis fuit diuulsa ⁊ ad diuersas partes vul/
sa vel versa siue diuersa cui opponiƚ hypostasis vnita ⁊ fuit
inequalis ⁊ incōtinua pp caliditatē ebullienteꝫ ⁊ inequalem
reddētē eā ⁊ discōtinuā. Et nō est ista vrina vehemētis ni/
gredinis:imo trahit ad colorē croci aut citrinitatē aut fu/
scitatē.i.viriditatē ⁊ que trahit ad citrinitatē signat icteri/
tiā.que aūt fit a frigiditate.dixit Aui.cognosciƚ q͛ an̄ ipsaꝫ
vrinā hꝫ que trahit ad viriditatē aut liuiditatē. Et est in ea
sedimē paruū iunctū:ac si esset siccū:q͛ frigiditas paucifi/
cat rē condēsando:vñ q̄n siccaꝫ apparet ⁊ nigredo in ipsa
est purior. Et dixit Aui.est etiā cū inter dictas duas cōplō/
nes.s.calām ⁊ frigidam est dīa:qm̄ qñ vrina nigra fortis
fuerit odoris signat caliditatē:⁊ cū fuerint in ea ꝑuatio odo/
ris ⁊ fortitudinis eius debilitas signabit fritatē. Et cū ei⁹
nā valde fuerit supata odor nō erit in vrina. Et subdit.illō.
i.illa vrina nigra que ex casu caloris accidit inati cognosci
tur:ppea ꝙ ipsaꝫ cōsequiƚ fortitudinis v̄tutis casus ⁊ eius
dissolutio. In hoc.n.casu accidit color niger:q͛ calor mor/
tificās nō pōt humiditatē splēdidā reddere:pars etiā eius
in se collecta facit vt color eius reddaƚ opacus:que v̄o ac/
cidit ꝭm modū purgatiōis ⁊ crisis cognosciƚ:q͛ accidit si/
cut in fine quartanarū cū resoluunƚ egritudines splenis ⁊
dolores dorsi ⁊ mirach ⁊ febres melīce ⁊ nocumēta que ex
mēstruoꝝ accidunt retētione:⁊ retētione ei⁹ qd ex sangui/
ne fluere solebat ꝑ anū. Et ꝑcipue cū nā ⁊ ars in ꝓuocādo
iuuat:⁊ sicut accidit vrina nigra in mulierib⁹: quaꝝ men/
strua retinētur:⁊ tñ nō retinet nā sanguinis supfluitateꝫ si
emittit eā ꝑ vrinā:que q͛ nigra est reddit vrinā nigraꝫ. Et
dixit Ras.20.ꝯtiñ. Mulieres q̄ inficiunƚ post partū min/
gunt vrinā nigrā ⁊ cognosciƚ vrina purgationis ⁊ crisis:
ꝓpterea ꝙ ante ipsaꝫ ꝑcessit vrina indigesta aquosa.s. que

Significationes vrine nigre.

postea digerit. Et cognoscit: qr post ipsam aduenit corpori alleuiatio: et erit ipsi᷒ quātitas magna copiosa. Qr si non ita fuerit copiosa erit signū malū: et quāto plus erit malū si eius q̄ntitas fuerit pauca: qm̄ ex ipsius paucitate est sciēdū q̄ humorē iā destruxit adustio. Et quāto fuerit magis grossa est deterior. Et q̄to magis fuerit tenuis est minoris malitie: qr significat minorē adustionē: grossa vero tantā adustionē significat q̄ iā finiuit subtile māe ei᷒: vñ grossa mingit. dixit Isaac: vrina nigra pauca est pessima et itellexit absolute. Dixit Ras. 16᷒ 9tin. Quotiēs videris vrinā nigrā: et cū ea nō erūt alleuiata accn̄tia neq̄ trāsilijt t̄ps q̄ sequit̄ determinationi orbi signū piculosū denūciabit. tres igit̄ 9ditiōes requirūtur ad hoc vt vrina nigra significet bonum: vna est q̄ ante ipsam precesserit vrina indigesta que postea digerat̄. 2ª est q̄ sit multe q̄ntitatis. et 3ª q̄ ad ipsam sequatur alleuiatio.

Tres cōditiōes requirantur ad hoc q̄ vrina nigra sit bona.

liter per sudorē vel insensibilr̄ vt nutrimētū mēbroȝ ab ea
depuratū remaneat. ℭ Et dixit Ar. 13° pbleumate. q̄ qui
bus ōtergit̄ sudor manu vel. s. pāno calo magis fluit sudor
q̄ȝ dimittentibus supmanere sudorē:ita q̄ absterſio sudo/
ris puocat sudorē. Et cā est:q̄ sudor infrigidat̄ ab exterio
ri aere:exit eniȝ a loco magis calo ⁊ venit ad supficiē cor/
poris minus calam:⁊ sic ibi remanēs opilat ⁊ non pmittit
aliū exire:q̄ fit ei sicut velamen claudens ipsum ⁊ adiuuat
ad hoc aer exn̄s minus calidus eo ingrossans ipm̄. ℭ De
causis aūt sudoris intrinsecis. dixit Aui. 2ª 4'. Sudor mul
tiplicat̄ aut cā māe pp̄ter mltitudinē suā. aut pp̄ter subtili
tatē suā:aut cā vtutis ex vehemētia expulsiue aut mollifi/
catione retentiue aut cā poroȝ corporis quando dilatan/
tur pp̄ter cās dilatatiuas. Et minorat̄ sudor pp̄ter ɔ̄ria di
ctaȝ cāruȝ. ⁊ dixit. qn̄ sudor tergit̄ exuberat. ⁊ qn̄ mouet̄
corpus abscinditur. s. pp̄ter occursuȝ aeri frigidiori. Dixit
Gal. in 2° affo. ventres q̄ supfluitas sudoris minus abun
dat in hyeme:⁊ hoc est signū fortioris digōnis. s. in iuuati/
uo ⁊ in supfluitate tertie digōnis:q̄ tunc calor nālis est for
tis ⁊ subtiliat illā supfluitatē ⁊ insensibiliter resoluit:sȝ qn̄
calor est debilis vt in estate illa superfluitas exit sensibiliter
per sudorē:⁊ iō sudores in estate multiplicant̄ magis q̄ȝ in
hyeme etiā omni causa pmitiua circūscripta. ℭ Et Ar. q̄

dẽ vbi.ä.pbleumate p̃.quesiuit de sudore per exercitiũ in corporibus sanis puocando an oporteat magis pare ⁊ facere sudare corpora estate q̃ hyeme siue in tpe calo q̃ frigido. Et soluẽs dixit. In hyeme minus esse faciendũ corpora sudare q̃ in estate: qꝛ hyemis tẽpore supfluitates nõ digerunt nec subtilitant ⁊ pparantur expulsioni per sudorẽ: sꝫ indigeste grosse ⁊ viscose interius remanẽt: q̃re si preparant sunt difficiliores: ⁊ maxime cũ sint humidi.s. humores.sup.⁊ grossi ⁊ viscosi: ⁊ vt sic difficiles: quare dixit ipse restat magis esse parãdũ in estate eo q̃ calo tpe sunt faciliores. Sunt etiaꝫ sudores tũc magis necẽij: qꝛ humida oia magis putrefiunt in estate q̃ in hyeme ppter humidi indigesti multiplicationeꝫ ⁊ caloris cõtinentis extranei subingressum ⁊ corporũ debilitatẽ: ne ergo retineant corrupta: opꝫ illa euari sudoribus ⁊ alijs etiã cõuenientibus euonibus. Et ppterea dixit ipse.oẽs antiq dixerũt sudores plus esse puocãdos estate q̃ hyeme imutãtes nãm sic facientẽ.

In quo tẽpe anni ⁊ i qua cõplone magis accidat sudor

¶ Dicũt q̃ circa mediũ veris ⁊ pn^m estatis dese magis cõtingit sudare: qꝛ tunc tẽporis oẽs tres supradicte intrinsece cause sudoris potiores cõueniũt: nam tunc expulsiua est fortis ad expellẽdũ ⁊ humidũ est multũ a calore aeris incipiens colliquari ⁊ colera incipit augeri. Residuo aũt estatis minus ⁊ adhuc minus autũno ⁊ adhuc minus hyeme. Ex dictis accipiunt aliqui q̃ in egritudine hyemali in qua nã prepareret crisim facere per sudorẽ opꝫ magis iuuare naturam ad sudandũ q̃ in egritudine estatie: qꝛ in hyeme vt dictum est difficilius sudatur. ¶ Et scias q̃ sudor de se citius ⁊ plus accidere dꝫ in cõplõne sanguinea: deinde colerica.⁊ post hanc in flegmatica: ⁊ vltimo minus in melica.

De diuisiõe sudoris in spẽs siue mõs.

¶ Sudor multifariã diuidit̃ in spẽs siue modos. Uno mõ ſm sui q̃titatem discretã ſm quã aliquis sudor dĩ vnicus siue simplex: ⁊ alius dicitur duplex triplex siue multiplex. ¶ Scdo mõ diuidit̃ ſm suas q̃litates prima ſm quas aliquis est calidus aut frigidus.⁊ alius tepidus siue inter p̃dictos medius. Dicũt tñ quidaꝫ.q̃ nullus sudor absolute est frigidus.sed solũ cõparatiõe.s.respectu sudoris illius q morbo seu febri in quo accidit cõpetit qui sudor frigidus aliqñ accidit in acuta febre ppter mortificationẽ ṽtutis ⁊ nãlis caloris.vel ppter liquefactionẽ alicuius frigidi humoris qui in sudore emittit̃: vel ppter nãlis calidi ad corporis interiora retractionẽ. ¶ Tertio modo diuiditur ſm suã qualitatẽ scdam siue ſm modũ subẽ ipsius ſm quã ali⁹ fluidus: alius vero viscosus adheret ⁊ alius inter eos medius. ¶ Quarto mõ diuidit̃ ſm sui saporem ſm quẽ alius dicit̃ salsus alius amarus alius acetosus vel alterius saporis. nãliter tamẽ vt.ä.in corporibus sanis dꝫ esse salsus. Dixit Ap.vbi.ä.pbleumate 4°.q̃ illud qđ erat in nutriente dulcissimũ leue ⁊ aereũ cõuertit̃ in corporis subam: qđ ṽo relinquit̃ incõuersum est extraneũ a nã corporis indigestũ terrestre permixtum alicui humiditati insipide pmixtione equali ⁊ mensurata in qua mixtione sapor eius reddit̃ salsus. Si etenim partes terree in ipsa cõmixtione superarent aquosas sapor fieret amarus.⁊ si aquose superent terreas sapor remaneret quasi insipidus in corporibus tñ egris lꝫ nõ sit sapor a salsedine.explicat̃ tñ vt dixit Aui.1^a 4^i.potest esse salsus aut dulcis aut insipidus aut alterius saporis. ¶ Quinto diuiditur ſm sui odorẽ.s.fetidũ vel nõ fetiduꝫ. Et Ap.vbi.ä.pbleumate 7° dixit.q̃ in sanis ⁊ nõ hñtib⁹ vlcerosas egritudines ⁊ virulentas in capite sudor qui est in capite aut nõ fetet aut minus fetet.⁊ hoc ideo: qꝛ locus capitis respirabilis existit cũ sit rarus porosus bene euentabilis: vñ minus fetet: putrida enim fiunt loca ⁊ que in eis cõtinent̃ que vtiq̃ nõ bene trãspirabilia existunt: ⁊ qꝛ alia mẽbra a capite nõ sunt trãspirabilia sicut caput. imo aliqñ nõ sunt transpirabilia.iõ sunt fetida. Et iõ sudor fetidus p̃dictus est q hꝫ in pnosticatione significare.est autẽ ali⁹ sudor fetidus a causa proueniẽs extrinseca. Dixit enim. Aui. vbi.ä.ppleumate 4° etiã inuncta ⁊ cataplasmata: ⁊ similiter etiã quedaꝫ vnguenta faciunt inuncta sudores fetidos. sicut sunt ea que cõficiunt̃ ex calidis acutis cũ humiditate extranea cõiunctis.ea enim in quorũ odore est grauitas cũ cõmiscent̃ corruptis hũoribus faciũt odorẽ malũ. Et talia p̃cipue sunt allia porri cepe ⁊ oua in digẽne corrupta ⁊ similia. ¶ Sexto diuidit̃ ſm colorẽ sui. Dixit Gal. 4° de regimine sanitatis.q̃ sudor colore perpendit̃.naꝫ alius apparet ictericis ⁊ certissime colericis citrinus alius croceus ⁊ in fortissimis laboribus ⁊ vehementibus estibus videt̃ certissime xantus. Et dĩ in li°.de vtilitate anhelitus.q̃ sudor exit aliqñ sanguineus. Dicũt color alb⁹ sudoris est flegmaticus.citrinus colericus.rubeus sanguineus liuidus viridis vel niger melicus. ¶ Septimo diuiditur ſm loca a q̃bus pcedit ſm que alius est vniuersalis toti accñs corpori.⁊ alius est particularis vni tñ vel aliq̃b⁹ accñs mẽbris. Dicunt.accidit maxime sudor circa caput ⁊ colluꝫ: ⁊ ppter cerebri humiditatẽ.s.crudã derelictã in digõne nutrimenti cerebri. Dixit Ap.vbi.ä.pbleumate xi°.q̃ hoies maxime sudant facie. Et hoc iõ: qꝛ facies rara est ⁊ porosa: ⁊ qꝛ humida rõne humiditatis in capite ⁊ mẽbris circũstãtibus: ⁊ qꝛ vapores etiam ascendentes ad caput frigiditate cerebri repressi ad faciẽ redeunt cũ humida humiditate sudabili. Et dixit 3^a.pbleumate 15°.q̃ sudam⁹ posteriora magis q̃ anteriora.⁊ causa est: qꝛ in anterioribus est locus interior calidus cõcauus non multũ distans a loco exteriori in quẽ infundit̃ de mã sudabili: ita q̃ tota nõ venit ad superficiẽ: ⁊ ppter hanc cãm minus sudamus in parte vẽtris inferioris q̃ in parte pectoris: ppterea q̃ venter inferior est maioris cõcauitatis q̃ pect⁹: posteriora etiã sunt magis cõseruatiua mãe sudabilis q̃ anteriora. Cõtingit etiã posteriora ab aere infrigidari min⁹ q̃ anteriora: qꝛ min⁹ aeri discooperiunt̃: ⁊ pp hanc causaꝫ subaselle sudant maxime ⁊ citissime: qꝛ tecte sunt ⁊ coopte sub spatulis ⁊ adiutorijs: ⁊ post eas inguina ⁊ partes que sunt circa testiculos. Ac ẽt posteriora sunt carnosiora anterioribus: ⁊ p ɔñs hũidiora eis: ⁊ qꝛ humiditatẽ recipiũt a nuca: vñ plus hñt de mã sudabili. ¶ Et scias q̃ hoies multũ differũt in sudãdo vnuꝫ mẽbrũ plus q̃ aliđ. Aliq.n.multũ sudãt caput. aliq pect⁹. aliq dorsum.alij brachia.alij pedes: ⁊ silr de alijs mẽbris ipsis existẽtibus sanis vel neutris: ⁊ in egris etiã aliqñ cõtingit egritudinẽ existentẽ in aliquo particulari mẽbro q̃ sudor erit vlis p totũ nã expellẽte cãm añtẽ in toto diffusaꝫ per sudorẽ. Et aliqñ cõtingit egritudine existẽte in toto siue in venis oibus toti vt nõ fiat sudor nisi in aliqua corporis parte nã cute ipotẽte mãm expellere a toto corpore vel nõ ad totum corpus. ¶ Et diuidit̃ 8° ſm sui modũ puocationis: qꝛ alius est creticus ⁊ ſm naturã puocatus: ⁊ alius est sinthomaticus preter nãm pueniẽs. ¶ Et diuiditur 9° ſm eius bonitatẽ vel malitiã siue ſm laudabilitatẽ eius ⁊ ipsius illaudabilitatẽ. Et ſm hoc alius dĩ bonus ⁊ laudabilis: alius vero malus ⁊ illaudabilis: ⁊ alius erit iter hos medius. ¶ Et dicunt qdam q̃ x° diuiditur sicut rigor.s.in preuenientẽ incidentẽ ⁊ superuenientẽ.

De significationibus eius.

¶ Et sudor quideꝫ multis modis significat.s.sui sbã liqda fluida vel viscosa glutinosa vel inter eas mediocri ⁊ sua q̃litate.s. caliditate frigiditate vel tepiditate ⁊ sua quãtitate multitudine ⁊ paucitate ⁊ inter eas mediocritate ⁊ sui sapore.s.salsedine amaritudine vel acetositate: ⁊ hoc quidẽ cũ in balneo aereo vł extra balneũ sudare pmittit aliquid ex eis mox irrare ⁊ sui odore fetido vel non fetido: ⁊ sui colore albo liuido citrino rubeo vel nigro: ⁊ an sit clarus: an ad turbiditatẽ tẽdens. ¶ Et significat per locũ corporis in quo euenit an sit cõis toti corpori an sit abbreuiatus a toto existens in aliquib⁹ vel aliquo membro tantum. ¶ Et significat per dispositionẽ corporis in qua accidit.s.an in sanitate vel neutralitate vel egritudine. ¶ Et significat per horam suam: an.s.eue-

niat in p̄n° morbi augmēto statu vel declinatione. ¶ Et significat per id qđ succedit ei.s.an succedat ei leuitas an augmētū vel an succedat ei rigor horripilatio vel aliud vt frigus vel aliquod aliud accñs de lipotomia aut alienatione mentis ⁊ silibus. Et sic dixit Aui.2° 4'. ¶ Dixit Ras.17° ɔtiñ. Dico intētio tua sit scire odorē colorē saporē paucitatē multitudinē calitatē frigitatē tēpus exitus sudoris.sup. ⁊ alias cōditiones eius supradictas.qm̄ in qualibet harū dispōnū pōt certū significari. ¶ Dixit enim Gal'. sicut vria significat mās que sunt intra venas.sic sudor significat illā scilz q̄ ē extra venas.s.in musculis tangētib⁹ ossa. ¶ Inqt Ruffus:⁊ scribitur 17° ɔtiñ.sudor deficcat egestionē ⁊ repletionē corporis:⁊ maxime instrorū sensus ⁊ reddit cor hilare ⁊ adducit casum vtutis cū est superfluus.s.ipse sudor ⁊ expellit superfluitatem tertie digestionis.

¶ Tractatus quinti. Distinctio 6ª que est de particulari p̄nosticatione ⁊ de particularibus signis ab ea sumptis.

DEclaratis signis que p̄cedūt scientiā p̄nosticationis venio auxilio dei sublimis ad tractatū de p̄nosticatōe in generali ⁊ in particulari secūdū intentionē auctorum:ac etiā fideliū ⁊ proborū expositorū: Et diuidam hanc summam in capl'a.54.

¶ De pronosticatione in generali. Cap.j.

PRonosticatio p̄nunciatio p̄dictio ⁊ preuisio vt apparet in p̄hemio libri p̄nosticorū sinonyme sumūtur: Et duplex reperitur p̄nosticatio sumpta. vno modo large p̄ rememoratiōe p̄teritorū demōstratione p̄ntiū ⁊ p̄nūciatiōe futurorū. Sic enī in p̄n° libri p̄nosticorū sumit ab Ipo.cū dixit. q̄ debz medicus prudentiū regulis adeo suā munire rōnē:vt in singulis valitudinib⁹ p̄ntia p̄terita ⁊ futura cognoscat.s. ⁊ referat. scdo mō sumit p̄nosticatio stricte ⁊ p̄prie s̄m vim vocabuli solū p̄ p̄nunciatione euenietiū futurorū super his qui infirmantur quacūq3 infirmitate:sz maxime ⁊ spāliter attendatur in egritudinib⁹ dictis acutis. Et de hac dixit Aui. 2° 4'. p̄nosticatio est vt iudicet medicus de signionib⁹ inuentis sup rem futurā ad quā puenit dispō egritudinis de euasione ⁊ pditiōe p illud qđ cognoscat de vtute ifirmi ⁊ fixione eius aut casu ipsius aut cognitiōe hore ei⁹ ⁊ modi ipsi⁹.

Pronosticatio dupliciter sumitur.

¶ Dixit Gal.in lib.de p̄nosticatione. dicim⁹ q̄ p̄nosticatio ad multa vtilis est ⁊ nō minus ad curā. Est aūt vtilis ad multa:q2 audita p̄nosticatiōe vera.s.de rememoratione p̄teritorū ⁊ declaratione p̄sentiū patiens reddit obediens ⁊ imaginat q̄ medicus ille potēs est sanare ipm ⁊ succurrere futuris piculis ⁊ p̄seruat medicū ab infamia ⁊ dehonestate. Itē est vtilis ad curā:q2 per eā p̄cognoscit medicus statum:quo precognito dietā potionē ⁊ quecūq3 particularia remedia oportuna recte ordinare ⁊ applicare sciet. Et p̄pter hāc causam subdit Gal'. In medicina curatiua de p̄nosticatione dz fieri disciplina. ¶ Dicūt de p̄nosticatione duplicia bona cōsurgūt. vnū medico qđ est vt dixit Ipoc. vbi.s. gloria delectabilis amicorū copia atq3 lucrū.s.⁊ multarū diuitiarū acqsitio.dat Gal'.opes.supplēt.⁊ q̄ nō imputetur medico de eo q morit q̄ ipse sit cā mortis ei⁹ cū predixerit eū moriturū ⁊ vt non accidat ei:sicut accidit illi medico qui intromittit adolescētē infirmū in balneū:cui⁹ corpus cepit sudare p̄pter sincopim que accidit ei:⁊ medicus ille cepit gaudere ⁊ letari p̄pter multitudinē eius qđ currebat ex ipso de sudore. Cū ergo post parū moreret infirmus aduenit ei ⁊ cōsanguineis ei⁹ cōturbatio magna p̄pter extimationē eorū sup ipsum q̄ ipse interfecisset eū. Si ergo dixit Ipo. medicus morituro mortē ⁊ saluaturo salutē p̄mittit nūquid in altero accusationē meret.q.d.certe nō. Alterū aūt bonū acqrit infirmo. Cū enī reuelat medicus infirmo qui de seipso minime p̄senserat acquirit in ipso cōfidētia magna ⁊ spes salutis sue de ipso medico ⁊ auxilijs ei⁹: per quā se certius in manus ipsius cōmittit. vñ medicine finis laudabilis existit:ḡnata enim spe in aīa infirmi de salute sua:tūc virtus regitiua ei⁹ cū oibus instrīs suis ad regulādū auxilia illius dirigit. Quare dixit Ga.in ɔ'°. Fit q̄ ille plures sanat de quo plures cōfidūt. Acqrit etiā ifirmo iuuamētū aliud magnū qđ est q̄ qñ medicus p̄scit accidēs aliqđ sup ifirmū p̄mune se ⁊ opponit se illi: sicut facit dix Gal.in ɔ'°. Gubernator nauis sapiēs q timet ipulsu3 commotiōis maris sup se.sic enī p̄hibet medicus illud futurū malū euenire sup infirmū aut saltē p̄hibet ne fiat magnū aut forte. Cū tñ accñtia futura p̄curare medicus.dix. Ipo. minime pōt q̄ si posset non solum p̄uisor futurorū. sed diuinis p̄phis nobilior hiet. Et subdit Ipo. est enī quōdam celeste sydus in quo ipsum medicū p̄uidere opz:cui⁹ si tanta fuerit prudētia mirabilis est nimiūq3 stupenda. Et Gal'. dixit in ɔ'°. Audacter dico q̄ nō temere:q2 non est poīe vt sit hec dies quā. Ipo.celestē dixit.nisi dispō aeris cōtinentis nos.de quo Ipo.scripsit in lib.aēr.3°. vt s̄m dispōnes aeris medicus p̄nosticari sciat de futuris egritudinibus: put infra apparebit. ¶ Dixit Haly.x°.theo.dico.qm̄ scientiā hie eorū q futura p̄nūciāt signorū nō minor ē vtilitas q̄3 eorū q̄ p̄ntia signāt.imo vtiliora sunt ⁊ excellētiora.

De vtilitate pronosticatōis.

¶ Dix Ga.in lib.de p̄nosticatiōe:nō tñ semp certa est p̄nosticatio. nō enī oia que sunt circa egrū necessariā habēt ḡnonē.tū multus enī vicinat⁹ de nocte vel canes latrantes vel nunciātes aliq̄ cōtristātes vigiles opant egrotātes:quorū neutrū ḡnonē habēt nec̄iam neq3 certā p̄nosticationē:sz bene in egris est aliq̄ opatio certa certitudinalr futura in tpe futuro:nā quecūq3 rōne egritudinis p̄uenerit determinatam habēt cām ⁊ certā p̄nosticationē. nā poīe est repēte superfluere aliquē humorē supfluū in corpore aīalis ad aliquā particulā nec̄iam ad vitā:sicut rursus aliquē ex particula p̄ncipali transponi ad nō p̄ncipalē:⁊ sequit nec̄io eū q adduct⁹ est ad particulā p̄ncipalē vltimū periculū:eū vō qui trāsposit⁹ est repente ex insperato a p̄ncipali ad ignobile patiētis salus hec itaq3 cōnstentia hoc solū hz.s. p̄nosticari q̄ incertū ⁊ fallax. nō enī ad qđ finit est poīe certitudinaliter inuenire. In quib⁹ aūt nōdū fluunt ad aliquē locū cōtingit p̄nosticari qđ est futurū aut nō. ¶ Et dixit Gal. opinari talē esse medicis p̄nosticationē qualē diuinatores p̄mittūt ridiculosū est. Illi aūt aiunt:qm̄ cito. v.g. liberabitur eger nequaq3 adijciētes si oia recte fient. ¶ Medicus vō neq3 simplr dicet:sz si oia fiant:vt decet in 7°. v.g. sanabit eger. fiente ḡ aliquo peccato si quidē paruū fuerit poterit trāscēdere egritudinis solutio ad nonū diē. si vō magnū est ad.xi.diē:⁊ si multo magnū ad 14m:⁊ si vehemēter magnū periculū sequet p̄ salute infallaci. Itaq3 in cognitionē artificialē deueniemus oibus q̄ circa egrū actis recte. quecūq3.n. delinquunt vel retardationis solōnis egritudinis vel ad anticipationē mortis cāe cōstituūtur. Et memorari dixit Gal.pz hec s̄m totū s̄monē de p̄nosticatiōe: qm̄ sole p̄nosticatiōes p̄ueniēt optimi medici curāte eo laborāte ⁊ nō peccāte eo.s.laborāte. ¶ Dix Ras.16° ɔtiñ. medici dñt. hec vba de p̄nosticatiōe cū facilitate:q̄si esset negociū facile. sup.sz nō est sic:⁊ maxime in p̄ncipijs egritudinū.

¶ De ḡnali diuisiōe signorū p̄nosticorū. Cap.ij.

SIgnorum p̄nosticorum p̄nosticatione large sumpta quedam morbum portendūt futurū que in corporibus sanis sunt.s.sanitate lapsa multū vel neutralitate decidentie:de qb⁹ dictū est in añtib⁹. ⁊ qda3 malitiā vel ifallaciā p̄dicūt q̄ in corpib⁹ inueniunt egrotātiū. ¶ Et signorū in egrotātib⁹ portēdētiū salutē vl' iteritū Dix Hal.x° theo.scia diuidit in duas. vna est vlis ⁊ altera p̄ticularis. Et vlis tres hz p̄tes. p̄ª est sig°ª morbi signantiū tpa. 2ª ē signorū significantiū morborū lōgitudinē ⁊ acuitatē

idest breuitatē. Et 3° est signoꝝ dicens creticos ⁊ crisim significantiū. De primis ⁊ scd̄is dictū est in p̄cedentib⁹: ⁊ de tertijs dicet̄ inferius. ¶ Particularis signoꝝ in egrotātibus sciētia habet̄ de signis significātibus in egritudinib⁹ salutē vel ꝑditionē ⁊ alia accn̄tia potētia super egrotos euenire. Et ista sunt signa ꝓnostica ꝓnosticatiōe ꝓprie sumpta. Et ideo ꝓnostica ꝓprie vocata. de q̄bus dixit. G. in tegni. quecūq; in iam egrotātibus fuerint signa h̄ q̄dem sanitatē sunt demōstrantia .i. sign̄antia .i. futurā: hec vero mortē: ⁊ prima sunt sicut signa digōnis perfecte: ⁊ alia sunt signa oppositū digōnis sign̄antia supplēt. ⁊ q̄dā sunt inter p̄dicta media que neq; sign̄ant sanitatē futurā neq; mortem que ipse ibi vocauit neutra: ⁊ hec sunt signa cruditatis mãe ⁊ alia similia. Uocauit aūt ea. G. neutra: nō q2 sint vere neutra: sed q2 eoꝝ vere sil'ant̄ neutris p̄mi significati: vt signa cruditatis: ⁊ q̄dā sil'ant̄ neutris tertij sign̄ati: sicut sūt sig^a cretica q̄ aliq̄n significāt sanitatē ⁊ aliq̄ñ mortē: ⁊ q̄dā sil'ant̄ neutrj scd̄i significati: q2 possunt esse bona ⁊ p̄nt esse mala. ¶ Et

Signoꝝ ꝓnosticorū q̄dā sūt signa tm̄ ⁊ quedā nō.

signoꝝ q̄dē ꝓnosticoꝝ: quedā sunt signa tm̄: ⁊ quedā sunt nō signa tm̄: sꝫ sunt signa medicoꝝ ⁊ sunt accn̄tia infirmoꝝ ⁊ sunt ea que sunt sumpta a re preter nām: sicut dolor rigor clisma ⁊ sil'ia: ⁊ ista p̄nt esse bona ⁊ p̄nt etiā esse mala: licet in se sint mala. nā ista que in se sunt mala si superuenerint perfecte digōnis signis p̄cedentibus sign̄abūt crisim futuram bonā: si aūt superuenerint signis oppositis digōnis vel cruditatis semp sunt mala sign̄antia mãꝫ malā vel indigestā mo ueri: cui⁹ motu nā debilitabit̄ ⁊ ꝓsternet̄ ⁊ vocant̄ ista sig^a illaudabilia: sicut sign̄antia salutē vł' bonitatē vocātur laudabilia. ¶ Et signoꝝ tā laudabiliū q̄ȝ illaudabiliū q̄ȝ etiaꝫ medioꝝ inter ea q̄dā sumunt̄ a rebus nālibus: ⁊ eis annexis: vt cōplōne habitudine mēbris hūorib⁹ spiritib⁹ virtutibus ⁊ eaꝝ opationibus sexu etate ⁊ cōsuetudine siue etate acq̄sita. Et sumptoꝝ ab operatiōib⁹ q̄dā sumunt̄ a vitalib⁹ q̄dā a nālibus: ⁊ q̄dā ab aialibus. Quedā vō sumunt̄ a reb⁹ nō nālib⁹ vt aere ⁊ dispōnib⁹ ei⁹ s̄m tp̄a anni ⁊ horas siue cōstitutiones ⁊ s̄m regiōes ab accidētib⁹ cū motu ⁊ quiete somno ⁊ vigilia ⁊ a cibi: ⁊ pot⁹ regimine p̄cedēte ⁊ replōne ⁊ inanitione ⁊ ab alijs annexis: ⁊ quedā sumuntur a reb⁹ p̄ter nām: vt a morbo cā eius ⁊ accidētib⁹ ipli⁹.

A quibus sumantur signa ꝓnostica.

¶ Et q̄dā dixerūt sign̄ones in morbis bone ⁊ male ⁊ neutre q̄tuor sumunt̄ reb⁹ .s. a q̄litatib⁹ corporis ab ipsis v̄tutibus ⁊ v̄tutū opationib⁹: aut a corpe exeūtib⁹: aut a morborū naturis. ¶ Et borū oium signoꝝ q̄dā sign̄ant imediate ⁊ p̄ncipalius: vt que sumunt̄ ab opationib⁹ triū p̄ncipaliū mēbroꝝ: ⁊ ortoꝝ ab eis. Et q̄dā mediate ⁊ magis nēcios sicut sumpta ab operationib⁹ alioꝝ mēbroꝝ ⁊ a subaliter inherētib⁹ ⁊ casib⁹ que sign̄ant v̄tutē vincere vel vinci. Et dixit Gal'. vbi .s. ista signa accipiūtur gn̄alia a v̄tute ⁊ vitio seu bonitate ⁊ malitia opationū cordis que sumpte a principijs vite ⁊ p̄ncipali⁹ faciente ꝓ cōseruatione indiuidui: ⁊ sic ab opationibus epatis ⁊ 3° cerebri. Et sil'r etiā est ordo in opationib⁹ ortoꝝ a p̄ncipalib⁹ ⁊ habētiū virtutē inataꝫ ⁊ influētē: mēbrū vō h̄ns v̄tutē inatā tm̄. dixit Ga. ibidem. inutile est per se ad cognitionē p̄dictoꝝ: ⁊ sil'r testiculorum operationes: ⁊ hoc iō: q2 nō sunt nēcia ad esse indiuidui. est tn̄ vtile dixit Gal. ad sign̄andū per accn̄s: inq̄ȝtū .s. habent cōpassionē ad p̄ncipalia: aut inq̄ȝtū nocumētū eoꝝ cōicat̄ p̄ncipali: ⁊ sic inquantū reducunt̄ signa eoꝝ ꝓcedi a virtute p̄ncipaliū. Jōq; dixit Gal'. sic significam⁹ ex virtute ⁊ vitio opationū mēbroꝝ habētiū v̄tutē innatā tm̄: sicut sign̄amus ex exeunte mutato ex quo significamus ꝑ accn̄s attn̄ inter ista ⁊ exeūtia mutata est dr̄ia: q2 ex v̄tute ⁊ vitio dictorū mēbroꝝ nō semp significam⁹. ¶ Ex exeūtib⁹ vero mutatis semp. Dixit. G. 2° ꝓnosticoꝝ c^{lo} 46°. Nos inuenim⁹ res: quaꝝ malitia est in hoc ꝙ ipse sunt cāe reꝝ aliaꝝ q̄ nocent: ⁊ tn̄ noiant̄ in sign̄onib⁹ malis ab eis: ⁊ inuenim⁹ res alias que sunt sign̄ones male tm̄. a q̄b⁹ nō accidit res mala

Significationes in morbis bone male ⁊ neutre a quatuor sumantur

sꝫ sign̄ant tn̄ rem malā a qua gn̄ant̄. Et inuenimus iteruꝫ res alias quaꝝ dispō est 3° dispō opans. Malitia est duobus modis simul. s. ex parte cārū ⁊ ex parte sign̄onū. Ex parte q̄dē sign̄onū q̄n eaꝝ euent⁹ est ꝓp egritudines malas. Ex parte aūt cāꝝ q̄n ipse etiā faciunt euenire egritudines malas. Et sic voluit ꝙ signoꝝ maloꝝ q̄dā sunt mala per viam cause tm̄: ⁊ q̄dā per viā signi tm̄: ⁊ q̄dā per viam cāe ⁊ signi simul. Et sup. sil'r est reperire res quarū bonitas est p̄ viā signi tm̄: ⁊ q̄dā sūt bone ꝑ viā cause tm̄: ⁊ q̄dā per viā signi ⁊ cāe sil'. ¶ Et dn̄t q̄dā. signoꝝ ꝓnosticoꝝ quedā sunt dubia ⁊ quedā sunt certa. Et dubia sunt: sicut. v. g. sudor calidus nō in toto eueniens corpore aut eueniēs in toto. nō tn̄ cessante febre. Sudor autem calidus in toto laudabilis est. Si tn̄ nō cessat per eum febris dubius erit ⁊ simile est de eis sil'ibus. Et signa certa sunt duplicia: q2 aut semp laudabilia aut semp illaudabilia. Et q̄ sint ista patebūt in sequētibus.

¶ De signis ꝓnosticis i gn̄ali bōis malis ac medijs. Ca. iij.

Hypocras in lib. ꝓnosticorum: ⁊ in lib. affo. de signis ꝓnosticis ⁊ bonis ⁊ malis: ac etiā īter ea medijs tres assignauit gradus siue ordines s̄m plus vel minus inter se differētes. Dixit Aue. 4° colli3. signa mala in ꝓnosticatiōe hn̄t gradus s̄m plus ⁊ min⁹ sup. ⁊ similiter bona ⁊ media. ¶ Et p̄mus ordo malorū est signū non bonū: qd̄ q̄dē remissaꝫ indicat malitiā ⁊ iunctū alijs signis bonis sanatiuū est. Scd̄s ordo est signū malū qd̄ q̄dē malitiā magnā ostēdit: nō tn̄ vltimatā ⁊ ista signa lꝫ sint absolute mala. nō tn̄ sola indicāt nec̄itatē mortis: imo si iūcta fuerint alijs signis bonis p̄iculū sign̄ant: tn̄ euadere pōt eger: imo iuncta cū v̄tute forti euadet. Jūcta aūt cū alijs signis malis morituꝝ egrū sign̄ant. mala eni signa iuncta cū debilitate v̄tutis mortalia sunt. Tertius ordo est signuꝫ pessimū vel mortale vel exitiosuꝫ vel morti ꝓpinquū vel maluꝫ cū additiōe valde: de q̄b⁹ dixit Aui. 1° 4'. Signa mala que sunt in summo malitie indicāt mortē: ꝙ si fortis fuerit virtus ꝓlongabit̄ egritudo. deinde interficiet.

Triplex ordo signoꝝ malorum.

¶ Jn bonis vero signis p̄mus ordo est signū nō malū: qd̄ neutrū dici pōt qd̄ remissam sign̄at bonitatē. Scd̄s ordo signū est optimū salubre vel salutare vel sanitati ꝓpinquū aut bonū cū additiōe valde. dixit. A. 1° 4'. scias ꝙ signa bona cuꝫ fortitudiē v̄tutis significant sanitatē festinā: cuꝫ vero eius debilitate sign̄ant sanitatē tardā.

Duplex ordo signorū bonorū.

¶ Dixit Ras. 16° ꝯtin. Scire debes ꝙ sig^m qd̄ Jpo. appellauit bonū aut malū absolute i maiori parte dispōnū sic iudicandū est: sꝫ vbi dixit ꝙ est melius aut peius ⁊ proprie cum quo addit valde cōfirmāda est ei⁹ sign̄o: cū nō possit occulari oino. ¶ Et scias ꝙ inter signa salubria in sign̄ando sanitatē ⁊ mortalia in sign̄ando morteꝫ est dr̄ia: q2 salubria possunt fallere ⁊ aliq̄n fallūt .i. possunt aliq̄n nō venire: ⁊ aliq̄n nō euenit significatū per ea. nā salubre signū sign̄at sanitatē: sꝫ ꝓpter impedimēta q̄ possunt post ipsuꝫ salubre signū euenire pōt salus tardari: imo etiā aliq̄n pōt eger mori: sed mortale signū significat mortē nec post ipsius apparitionem pōt cōtingere aliqd ꝙ ipsius corrigat malitiam: aut ipsius significationem coartet quin sequatur mors: licet possit retardari: sed fallere non pōt. Et intellige de signo mortali cōsequēte ad causas intrinsecas tm̄. ipsum eniꝫ certū est in sign̄ando mortē. Q2 autē sequeretur ad causas extrinsecas tn̄ bene pōt fallere ⁊ esse non necessario sign̄ans mortē. Et iteꝝ intellige de signo mortali eueniēte in tp̄e ⁊ hora egritudinis in qua ꝓprie sit mortale. Nā aliqd̄ signū ꝙ eueniens aliquo tp̄e est mortale pōt alio tēpore euenire ⁊ non erit necessario mortale. v. g. nocumentum prouenient a somno in declinatione vniuersali est mortale. ⁊ tamen eueniens in p̄n° paroxismi non est mortale necessario: vt infra in significatiōe sūpta a somno patebit.

Dista ē inter signa salubria i significando sanitates ⁊ mortalia in significādo mortem.

¶ Ex dictis videre potes ꝙ signa tā bona q̄ȝ mala q̄ȝ etiā media nō sunt eiusdē fortitudinis in significatiōe

Signa tam bōa q̄ȝ mala ⁊ med. etiā tres habēt gradus.

ipsoꝝ: imo diuersificant̄ ƀ3 tres gdus p̄dictos: q̄re dixit Alm. lib. 4°. cū vnoquoq3 signo ponēdū est verbum qd̄ denotat fortitudinē illius. Jōq3 in sermonib⁹ Ipo. reperit̄ q̄nq3 signū nō bonū vel nō malū q̄nq3 bonū vl' malū siue benignū siue irsutū ⁊ q̄nq3 salubre vel salutare: ⁊ q̄nq3 mortale siue perniciosum. Et qd̄ de signis malis est debilius dr̄ nō bonū. ⁊ qd̄ est fortius illo dr̄ malū: ⁊ qd̄ est fortissimū dr̄ mortale. Et silr̄ de signis bonis debilius dr̄ nō malū: ⁊ fortius eo dr̄ bonū: ⁊ fortissimū dr̄ optimū. Et est etiā diuersitas in significādo: nō eniȝ oia equaliter super eādē significāt egritudinē: sȝ q̄dā plus super vna ⁊ quedā plus super alia. ¶ Dixit eni Gal. 2° de crisi. nō est equa significatio in virtute ois significatiōis: si eni egritudo est in pectore vel pulmone tunc melior rerū est vt cōsideres illud qd̄ spuit̄: ⁊ tn̄ nō negligas esse vrinē ⁊ egōnis. vnde Aui. 1ª. 4ᵗ dixit. op3 vt cōsideres significatiōes: quarū p̄m̄ est ex mēbro ifirmāte in morbis acutis: sicut. v̄. g. pectus. pleuresis enim est ex dispōnibus eius: ipse eni sunt magis significatiue q̄3 dispōnes alterius mēbri: nam digō sputi in pleuresi est magis significatiua salutis q̄3 digō aq. i. vrine melior rerū que cōsiderant̄ in egritudine gibbi epatis ⁊ venarū est vrina: ⁊ in egritudinibus cordis est pulsus: ⁊ in egritudinibus stōi ⁊ intestinoꝝ siue epatis est egō. ¶ Dixit tn̄ Ga. pͣ ad glau. q̄ maxima ex significantib⁹ signa sunt pulsus ⁊ vrina. addere tn̄. dix̄ ipse. op3 his oia alia q̄ ab Ipo. dicta sunt: neq3 istoꝝ vllū neq3 alioꝝ p̄terire. Immo oia idagare: o3 ēt ab ifirmo ⁊ ab astātib⁹. Dixit eni Dama. in affo. nulla egritudo est q̄ nō egeat interrogare infirmū: ⁊ iterū dixit. nō te pudeat egrū interrogare per oia. sup. vel astantes vel familiares ei⁹. ¶ Dixit Gal. pͣ ad glau. ingrediētes ad infirmū p̄mū qdē3 a maximis cōtēplare op3 ea que sunt f̄m p̄m̄. deinde v̄o ab aliis nihil inquantū: poſ'e est etiā minimū omittētes. magis tn̄ aut minus indicationi que ex maxime credere ex alioꝝ additione fit. Neq3 sicut scribit̄ 16° 9tiñ. dixit Ga. 9firmāda ē spes in p̄nosticis super numerū signoꝝ tm̄: sed relinquenda est ipsoꝝ fortitudo. dix̄ eni sup 3° p̄nosticoꝝ: ⁊ p̄mo de crisi. multotiēs vnū signū prauū vincit laudabilia multa: vt casus v̄tutis: ⁊ ecōuerso: multotiēs vnū signū bonū vincit praua multa: vt v̄tutis 9stātia. ¶ Et scias q̄ signa mortalia fortia nunq3 coadunant̄ cū signis salubrib⁹ fortib⁹: q2 sunt velut extrema 9̄.ia que sibi cōiungi est impossibile. ¶ Et auctores qdē inuenerūt nullū p̄nosticū signū vigorē p̄nosticatiōis seruare nisi p̄maneat. nō eni dr̄ venisse qui nō stetit. Et rō huius est: q2 eadē causa que est p̄pinqua cā illius signi vel accn̄tis per qd̄ p̄nosticat̄ de futura salute vl' morte est causa remota illius finis p̄nosticati. s. salutis vel mortis. ergo necesse est illā causam p̄seuerare vt inducatur ille finis remotus. Ad ipsius ergo cāe p̄seuerantiā sequitur illi⁹ signi vel accn̄tis p̄manētia ⁊ perseuerātia. Si ergo nō p̄seuerat eius p̄nosticatio vigorē nō h3: cōtingens tn̄ est q̄ p̄nosticatio nō sit rōnaliter facta: sicut illa que fit ex signo nō p̄seuerante: ⁊ tn̄ erit vera. sicut. v̄. g. qn̄ mors succederet ex dispōne alicuius egritudinis: ⁊ illi egritudini superueniret sincopis vel aliud accn̄s nō habēs cā3 p̄durātē: de cui⁹ nā foret q̄ si haberet cām p̄durātē interficeret egrū: tunc si medicus p̄nosticatus fuerit de morte p̄pter aduētū illius accn̄tis. q̄3uis mors eueniat ex dispōne illius egritudinis: erit tūc p̄nosticatio illa irrōnabilis. q2 facta ex accn̄te non p̄durāte: ⁊ sic non p̄ducēte ad mortē: ⁊ tn̄ erit vera. Et silr̄ cōtingēs est q̄ p̄nosticatio sit irrōnabiliter facta: ⁊ tn̄ non erit vera: sicut qn̄ medicus in egritudine mortali ex aliquo signo vel accn̄ti bono non habēte cām p̄durantē supueniēte p̄nosticabit̄ de saluatione infirmi: tūc eius p̄nosticatio erit irrōnabilis: q2 morie̅t infirmus ⁊ nō saluabit̄. vn̄ dixit Ipo. 2° affo. nō f̄m rōnē alleuiatis nō op3 credere: neq3 vereri valde mala que irrōnabiliter fiūt. Accn̄tia eniȝ mala: ⁊ etiā multo magis multū mala ōi tp̄e quo eueniūt sunt verēda: sȝ tn̄ cū eueniūt p̄ter rōnē nō sunt nimis verēda. In morbis eniȝ mortalib⁹ nō possunt signa putrefactiōis male apparere in p̄n°: q2 nō nisi qn̄ morb⁹ incipit dn̄ari nāe: sed in p̄n° nō dn̄at̄. ⁊ ideo si tūc accidit aliqd̄ accn̄s malū nō est nimis verendu3: ⁊ hoc nisi egri° mortalis ita sit breuis: vt vix cōprehēdēatur eius p̄m̄ p̄pter eius paruitatem ⁊ de numero harū egritudinū sunt febres pestilentiales in qbus aliqn̄ an̄ statū apparēt signa mala: vt credant̄ euenire in p̄n°: q̄3uis iam tūc nō sint in p̄n°: sȝ in augmēto: silr̄ aliqn̄ i p̄n° morbi salubris apparebūt signa laudabilia qbus nō est credēdū oino. fallacia enim sepe sunt. imo dixit Ras. 16° 9tiñ. auc̄te Gal. morbi salubris accn̄tia si penes terminationē. i. statum affuerint maiora ⁊ minoris fallacie erūt: qm̄ accn̄s ipsum in fine morbi. i. in p̄cessu eueniēs minoris fallacie ē q̄3 in p̄n°. ⁊ ideo reddēs Ipo. cām dicti sui in ipso affo. ait. q2 multa talium. s. extra rōnē euenētiū nō valde p̄manere cōsueuerūt neq3 morari: ⁊ q̄3tū ad ipsa accn̄tia: ⁊ q̄3tū etia3 ad cās ipsoꝝ. Et per multa taliū intellexerūt oia ⁊ nō q̄ q̄dā p̄maneāt: ⁊ quedā nō: lic3: vt qdam dicūt notāter dixit: multa taliū: q2 possibile est aliqua taliū perseuarere vt alleuiatio: que aliqn̄ sequit̄ ad eūonem māe indigeste: vel q2 aliqn̄ signa bona euenētia nō f̄m rōnē p̄durāt auxilio medici ⁊ obedientia egri. Et silr̄ mala euenientia nō f̄m rōne3 aliqn̄ perdurāt p̄pter errorē ex parte medici vel egroti vel seruientiū aut carētia extrinsecoꝝ necessarioꝝ ad curationē. Uides ergo q̄ predicta signa nō dicuntur irrōnabiliter euenire: q2 nō habēt causam determinatā efficientē occultā vel manifestā: sȝ q2 nō habēt causam p̄seuerātem. Et hoc qdē dictū Ipo. lic3 possit in oibus morbis verificari: imo etiā ⁊ in dispōnibus neutralitatis. G. in 9¹° solu3 ad morbos māles restrinxit. ⁊ hoc ideo: q2 in eis facilius cognosci pōt q̄ accidens in eis supueniens bonū vel malū irrōnabiliter eueniat. ¶ Notāt q̄ sex modis alleuiatio ⁊ similiter aggrauatio irrōnabiliter apparere possunt. p̄mo mō qn̄ sequit̄ causam nō debite alleuiantē vel aggrauātē. ¶ Scd̄o mō qn̄ ⁊ si sequat̄ ad causam debite illud facientem: ipsa tn̄ causa non est firma stabilis ⁊ p̄durans. ¶ Tertio mō qn̄ nō sequit̄ f̄m exigentiā egritudinis sicut si in febre flātica lenta supueniret accidēs intense caliditatis aut ecōuerso. Et qdam ad hunc modū addūt qn̄ nō supuenit f̄m exigentiā particularū maxime cōplexionis etatis anni tēporis ⁊ regionis: sicut qn̄ in flegmatico sene regione frida ⁊ hyemis tp̄e supueniret in egritudine nō multe caliditatis accn̄s intēse calidū vel ecōuerso. ¶ Quarto mō si supueniret cōtra debitū tēpus egritudinis: sicut si eueniret alleuiatio an̄ signa digōnis p̄fecte aut eūonē māe morbi aut eueniret aggrauatio post materie morbi euacuationē: oportet enim in materialib⁹ morbis ad hoc vt alleuiatio sit f̄m rōnem materie eoꝝ digōnē precessisse cōpletā vel eius eūonem vel vtroq3 sufficeret: aut digō sola in mā reducibili ad benignū. In nō reducibili ad benignū digestio sola non sufficit nec post cā euenienti alleuiationi est credēdū. nā mā illa quātūcūq3 digesta nō eūata in corpore remanens rursus super naturam grauabit: sed requiritur eūo eius sensibilis spontanea vel artificialis: aut etiā eūatio insensibilis. Et de sequēte eūonem sensibilē nulla est dubitatio siue eradicatiua sit q̄ melior est: siue etiā minoratiua facta post digestionē materie. Immo etiā q̄nq3 eūatio sequens eūonē māe indigeste furiose vel multe alleuiatio sequēs est rationabilis. Insensibile3 enim eūonem māe aliqn̄ sequit̄ alleuiatio irrōnabilis: vt q̄ post longum somnū factum in statu in febribus q̄nq3 sequitur ⁊ precipue in pueris. Et similiter aggrauatio rōnabilis est quecūq3 accidit ante digestionē māe: in qua rōnabiliter o3 expectari digestio: ⁊ etiam quecūq3 p̄uenit ante eūone3 māe nō reducibilis ad benignum. ¶ Quinto mō qn̄ alleuiatio vel aggrauatio: q̄3uis procedant a sua causa nō procedunt ab ea de per se: sed per accidens. ¶ Et sexto modo

Maxima signa ad significandū sunt pulsus ⁊ vrina.

Nullum signū prenost. cū vigorē p̄nosticatiōis seruat nisi sit permanens.

Accn̄tia non solu3 mala: sed ⁊ multum mala sēp ⁊ ōi tēpe sunt verēda.

Sex modis alleuiatio ⁊ aggrauatio irrōnabiliter possunt apparere.

qñ nō pcedunt a causa manifesta: hic tñ modus verificat᷑: vt in pluribus: q̃uis dicūt q̄dam q̧ alleuiationi ⁊ aggrauatiōi apparenti: vt in paucioribus nō sit credēdū. ℂ Notāt tñ ex dictis. q̧ nō oīa signa eueniētia ſm rōnem sunt absolute laudabilia cū possint esse illaudabilia aliqua talia in morbo mortali: nō enim sequit᷑. signa facta non ſm rōnem sunt absolute laudabilia: q̄ stat duo opposita esse illaudabilia: sed bene sequit᷑. oia signa facta ſm rōnem respectu cōsilium signoꝝ factoꝝ nō ſm rōnē sunt laudabilia. ℂ Et cāe quidē alleuiationis non ſm rationem possunt esse multe.

Cāe alleuiationis nō ſm rōnē possūt esse multe.

ℂ Una est eterogeneitas siue difformitas mãe morbi: ⁊ hoc si parata fuerit putrefactioni: tunc si pars ei⁹ subtilior plus putrefacat ⁊ febrē faciat ea resoluta sequet᷑ alleuiatio cui nō erit credendū: q̄ nō perdurabit. nam pars illi⁹ grossior: postea putrefiet ⁊ febrē faciet. Et frequēter hoc experientia declarat putrefacta namq̧ subtili parte colere seq̄retur alleuiatio: ⁊ tñ postea multotiēs sequit᷑ tertiana non pura aut quartana: aut etiā ꝓpter difformitatē mãe putrefacte mouebit᷑ vno die pars eius fortiori motu postea sequēti die mouebit᷑ pars alia debiliori motu: ⁊ appebit alleuiatio: que tñ nō perdurat: q̄ iterū 3° die mouebit᷑ fortiori motu: sicut cōtingit in febribus cōpositis: vt duabus tertianis vel aliis cōsimilib⁹. ℂ Scd̄a causa esse pōt mutatio sit⁹ materie de mēbro nobili ad nobilius: vt p̄ȝ in permutatione materie squinātie ad pulmonē: in qua pmutatione alleuiatio percipit᷑ nōdū pcepta notabili aggrauatione in pulmone: que tñ alleuiatio parum perdurat. ℂ Tertia causa pōt esse resolutio spūs ⁊ caloris innati: sicut cū in febribus incēsiuis resoluit᷑ calor nālis: quare inuenitur ad tactū minor calor febrilis cū mēsuret᷑ mensura caloris nālis: ⁊ alleuiabunt᷑ multa accidētia ꝯñtis intensionē caliditatis p̄ter nām: ⁊ apparebit tunc alleuiatio q̄ nō pmanebit. ℂ Quarta causa pōt esse vltimus conatus virtutis cōtra morbū: qd̄ multotiens apparet in appropinquātibus morti qui vidētur alleuiari in virtute motiua ⁊ sensitiua appetunt cibū ⁊ multa hiȝ silia faciunt ⁊ ista alleuiatio nō pdurat: imo eger sicut lucerna appropinquat extinctioni maiorē flāmam faciens subito extinguit᷑. Ad qd̄ aduertēs Aui. xi° tertij. de sincopi cōfirmata ait. Cū eger leuat caput morit᷑. ℂ Quinta causa esse pōt sensitiue virtutis ebetatio: sicut cū sequit᷑ doloris fortis alleuiatio per approximationē narcoticoꝝ. At tñ ſm plurimū talis alleuiatio nō perdurat: sed redit vt pluries dolor fortior. ℂ Sexta causa eē pōt cōstipatio mãe in mēbro que prius erat dispersa: per cuius cōstipationem aliqñ eius remittit᷑ qualitas: sicut p̄ȝ in habēte inflāmationē epatis cū multa tinctura vrine: cum epithimata frigida epatis eius applicando: ⁊ remittitur tunc inflāmatio ⁊ vrina calore suo rectificat᷑. sed parū durat etiā ista alleuiatio: q̄ illa cōstipatio perducit ad opilationē vel ad spā epatis ⁊ febrē ad quā sequit᷑ aggrauatio. ℂ Septima cā esse pōt celestis influxus. Dicūt enim q̄dam cū cōiungitur luna cū fortunis ⁊ stellis fixis amicabilib⁹ alicui egro tūc eger ille alleuiatur. Uerūtñ si luna post modicū tēpus ꝯiungeretur cū infortunis ⁊ stellis inimicabilibus illi egro tolletur ab eo alleuiatio ⁊ sequet᷑ aggrauatio. ℂ Octaua cā accidens aie ducēs egrū ad gaudiū ⁊ spem bonā: sicut est cōfidentia egri de superuentu medici vel nunciatio rerū magnarū bonarū ⁊ silia. vnde alleuiabit᷑ infirmus: ⁊ tñ nō perdurabit alleuiatio illa nisi eius causa perduret.

Cāe aggrauationis nō ſm rōnes pñt esse multe.

ℂ Silr ⁊ aggrauationis p̄ter rōnem multe possunt esse cause: vna potest esse mutatio situs materie digeste: sicut accidit cū mouetur materia sursum ad crisim faciendam accidunt capitis dolor anhelitus malitia ⁊ similia: sed nō perdurant: imo cito trāseunt superueniente crisi bona ⁊ sanitate. ℂ Secūda causa esse potest fortis pugna nature contra morbum: vt sepe contingit in statu materia eute perfecte digesta ⁊ natura eā commouente: vt separet iuuatiuū a nociuo: q̧ insurgunt tunc accidentia praua: sed non perdurāt: immo cessant nociuo expulso. ℂ Tertia causa esse potest quando natura videtur sopita reuocatis ad interiora spiritu ⁊ humoribus cum pulsus profundatione. vnde aliquando sequitur aggrauatio magna: vt videatur eger moriturus: ⁊ tam paruȝ perdurat q̧ post paululum natura excitata ⁊ confortata expandit spiritum ⁊ humores ad exteriora vnde remouentur accidentia vniuersalia. ℂ Quarta causa esse potest influxus celestis si fuerit oppositus superius dicto in causis alleuiationis. ℂ Et quinta causa esse potest accidens anime inducens egrum ad iram furorem vel tristitiam aut desperationem: quod tamen non durabit cessante ipso accidente vel superueniente ei opposito.

ℂ In quibus morbis pnosticatio cōpetat. Cap. iiij.

Sicut supra dictum est pronosticatio omnibus potest competere morbis: maxime tamen febribus ⁊ acutis ⁊ cronicis: veruȝ in his differunt. nam principalius ⁊ maxime consideratur in acutis: imo in eis maxime locutus fuit Ipoc. in lib. pronosticorum: ⁊ propterea dixit. oportet te sollicitum esse circa acutas egritudines. In quarum acutarum pronosticatione ipse 2° afforismo. dixit. acutorum morborum non omnino sunt certe pronūciationes salutis vel mortis. 3° autem pronosticorum visus est dicere oppositū. s. q̧ egritudines que terminantur in breui cognoscūtur facile in terminatione earum. Et dixit Ipoc. in libro de natura humana: vt 16° scribit᷑ cōtinē. pnosticatio in morbis acutis valde: quorū accidentia sunt velocia firmiter fit ⁊ facilior. sed in cronicis difficilior est: q̄ nō apparebunt significationes fortes ⁊ repente: sed paulatim.

Utrū acutoꝝ morboꝝ certe sint pnūciationes salutis vl mortis ⁊ solum cronicorum.

ℂ Pro dictorū vero controuersia tollēda. notant q̧ morbi acuti aliqñ cōparant᷑ inter se: ⁊ silr morbi cronici inter se ⁊ aliquādo comparantur acuti ad cronicos ⁊ ecōuerso. si cōparantur acuti inter se sic quorundā acutorum pronosticationes sunt recte: sicut illorum qui ex toto genere sunt mortales vt apoplexia fortis squināntia prime speciei ⁊ similes: ex his etiā oēs illi acuti morbi: quoꝝ signa nō confunduntur: in horum enim pronosticatione non erratur nisi rarissime: ⁊ quidam sunt quoꝝ pronosticationes nō sunt certe: ⁊ sunt illi qui indifferentes sunt ad salutem vel ad morteȝ: ⁊ maxime quoꝝ signa cōfunduntur. i. quoꝝ iudicio medicus quantumcūq̧ prudens decipitur aliqñ qd̄ contingere potest propter materie eoꝝ furiositatem: aut propter latentiam vigoris virtutis infirmi. aut propter errorem qui cōmittitur. Bene ergo dixit Ipoc. in afforismo p̄dicto. q̧ nō omnium acutorum morborū pronosticationes sunt certe: sed quorundam sunt certe ⁊ quorundam non: vt sit locutio eius similis ei qua dicitur. nō omnis homo est iustus. Et voluit Gal. hoc expresse in cōmento ipsius. Similiter si cōparentur morbi cronici inter se non omnium morboruȝ cronicoꝝ pronosticationes sunt certe. sed quorundaȝ sunt certe: sicut eorum qui sunt ex toto genere salubres vel mortiferi vt phtisis vel similis: ⁊ quorum etiam signa non confunduntur: ⁊ quorundam sunt incerte: vt quorum signa cōfunduntur: in quorū iudicio errare contingit: qd̄ contingere potest aut ex latentia malignitatis materie: aut latentia debilitatis virtutis: aut ex errore cōmittendo a quo morbi cronici rarissime absoluuntur. ℂ Si autem fiat cōparatio acutorum ad cronicos: tunc aut fit quātū ad ipsorum principia: aut fit quantū ad ipsorum processum: ⁊ ꝓprie ad statum. si quo ad ipsorū principia: tūc pronosticatio acutorū in ipsorum principio dicitur esse certa: cronicorum vero incerta: cuius causam Gal. super tertio pronosticorū. cōmēto septimo assignauit dicens. causam fore: q̄ in acutis cuȝ sint breues ⁊ sint fortis pugne statim a pn° manifestatur posse siue morbi potētia vel nāe: apparēt enim in acutorū pncipijs significatiōes oēs: aut valde bone: aut valde ma/

le ex quibus possibile est iudicare in ipsorum pn° infirmū fore euasurū vel moriturū: maxime in peracutorū princi piis: atq̄ꝫ quāto breuior est morbus acutus tāto maior est in eo certitudo pronosticationis: sed in pn° cronicoꝝ pro nosticatio est incerta. ¶ Dixit Ipo. 3° pronosticoꝝ. in egri tudinibus in quibus est determinatio tarda pronostica in pn° sunt latentia ꝛ icerta ꝑpter cām oppositā ad p̄dictā de acutis. nā morbi cronici sunt de mā ebus grossis viscosis: ꝛ frigidis nō infestantibus: ꝛ nō sunt in pn° cū molta ipor tunitate nec ēt violenter agitatis: ꝛ motis a v̄tute: q̄re pu gne v̄tutis ꝛ morbi in p̄ncipijs cronicoꝝ sunt leues sopite: ꝛ fere eq̄les q̄re nō pōt in p̄ncipijs eorum discerni excessus virtutis supra morbū: vel morbi supra nām. Et hinc est q̄ duorū patientiū cronicā feb. lꝫ in pn° videant̄ cuꝫ dispōne simili finaliter tñ vnus euadet alter v̄o morietur. Et Gal. hoc in cōmē. dicti v̄bi declarat in exemplo duoꝝ pugnato rū equaliū: debentiū pugnare repēte vel tarde. naꝫ si inter eos dꝫ esse pugna tarda longa nō apparebit in pn° pugne do miniū alterius sup alterū q̄re solū pōt ferri iudiciū q̄ pu gna ꝑlōgat̄: in ꝑcessu aūt iudiciū poterit ferri certum: q2 apparebit tūc excessus vni⁹ supra alterū. qñ aūt pugna inter pugiles dꝫ esse breuis statim a pn° apparet excessus alteri⁹ eoꝝ supra alterū: ex quo poterit iudicari quis eoꝝ erit vi ctor: q2 statim incipit alter alterū superare. Si. n. sic nō foret pugna foret lōga: nō breuis. nō sic vtiq3 est de morbis acu tis in principio: q2 statim apparet: aut q̄ virtus domina tur supra morbum: aut q̄ morbus dominatur supra nām. Et sic statim ꝑnosticatio ferri pōt quis eoꝝ victor erit. ¶ Si aūt cōparatio fiat cronicoꝝ ad acutos in ꝑcessu: ꝛ ꝑprie in statu res erit ecōtrario. s. q̄ ꝑnosticatio in cronicis ē cer tior q̄ꝫ in acutis cuius cām assignauit. G. ibidē. fore tardita tē motus mā e in cronicis: ꝛ velocitatē motus eius in acu tis. Et ꝑnosticatio maxie sumit̄ a signis dispōnis mā e. s. digōnis vel ꝯrij eius q̄ apparent in statu: ꝛ q2 mā cronicoꝝ est min⁹ variabilis q̄ꝫ mā acutoꝝ hinc est q̄ iudiciū sumptū a dispōe mā e in cronicis est magis firmū: ꝛ certū q̄ꝫ in acu tis. Insup vigor v̄tutis in statu cronicoꝝ nō sic latitat: sicut in statu acutoꝝ: ꝛ hinc est q̄ postq̄ꝫ prudens medicus in ꝑcessu cronicoꝝ firmauerit sniam suā ex oibus signis de euasiōe infirmi nō est postea de ea vacillādum q̄ mā possit amplius variari: ꝛ exinde mori infirmū. Cū. n. in toto pre terito tpe mā obediēs fuerit: ꝛ iā digesta sit nō amplius po stea variatura erit: ꝛ silr̄ erit si in processu ꝛ statu cronico rū medicus firmauerit sniam suaꝫ de morte infirmi ꝑpter māꝫ q̄ paulatine ꝑcessit corrūpēdo: ꝛ in statu adepta est ꝯtrarium digōnis: ꝛ facta est incorrigibilis. vñ non amplius spes haberi poterit de euasione infirmi. ¶ Ras. tñ. id. ꝯti. recitat q̄ Gal. dixit. in. ꝯmen. afo. acutoꝝ morboꝝ. Quo tiens hūores fuerint in corpe natantes: ꝛ nō imissi mēbro neq3 grossi nō erit secura ꝑnosticatio dispōnis velociter ex mutatione ipsoꝝ de vno mēbro ad aliud. vñ ꝑnosticatio in morbis acutis qui fiūt de putrefactiōe hūorū in venis: aut in toto corpe nō erit firma. sed in morbis accñtibus ex ali quo apāte facto in aliquo mēbro: vt in pleuresi: ꝛ in silibus ꝛ in morbis diuturnis ꝑnosticatio firma erit finaliter. Et Ras. ait. dico q̄ hec expositio est mala. cū Gal. cōfessus sit q̄ in morbo diuturno est difficilior cū signa nō appeant in ea super vltimā fortitudinē: ꝛ humor sustinens in eo in lo co sit occulto: ꝛ silr̄ q2 de eo nō sit ꝑfecta releuatio neq3 fir ma: vt dispō ei⁹ cognoscatur ꝑut est vtrū trāsmutabilis sit an nō: ꝛ q̄ꝫta sit malitia eius ꝛ an accidat interim aliud vi tiū an nō. Sꝫ dixit Ras. Ipo. voluit q̄ q̄ꝫtitas quā pertin git nr̄a sciētia vel snia ꝑ apparitionē hm̄oi signoꝝ nō est ita ꝑfecta q̄ in ea nō cadat peccatū oio: q̄m est res ꝯiecturati ua s̄m ꝓximitatē inueniēs in maiori pte id qd̄ ptinet ad ar tes nāles: sed nō est res canonica fixa in vna dispōne neces sario: quēadmodū est dispōnis in vtraq3 eclipsi. ¶ Dicunt

qdā q̄ Ras. vi inuenire. als. inuere ꝯtra cām assignatā. G. duas rōnes: quaꝝ vna est q̄ mot⁹ mā e cronicaꝝ in ꝑcessu est ēt tardus: q̄re in ꝑcessu erit ꝑnosticatio ex hoc incerta. sicut in pn°. ꝛ 2ª est: q2 in ꝑcessu cronicoꝝ inter latū iudi ciū de salute vel morte: ꝛ finē terminationis eoꝝ est maius spaciū q̄ꝫ in acutis: sed in maiori spacio plura euenire pos sunt per que iudicatus ad mortē posset euadere. ꝛ ꝯ°. Et di cūt. dicēdū esse. Rasi. q̄ difficilis mobilitas mā e absolute ꝯsiderata nō est maior cā certitudinis vel incertitudinis iu dicij in ꝑcessu q̄ꝫ in pn°: cuꝫ in vtroq3 tpe sit difficile mo bilis: sed difficultas mobilitatis eius conditionata condi tione digōnis vel oppositi eius: cuꝫ qua ꝯditiōe ipsa est in ꝑcessu ꝛ statu cronicoꝝ: nō aūt in pn° eoꝝ. Et ad scd̄am rō nē dicendū est: q̄ in dcō maiori spacio pn̄t euenire pl̄a extra nea ꝛ casualia de q̄bus nō est scia: sed nō pl̄a e cā intrinseca cū mā sit geta. ¶ Et inuūt isup auctores q̄ in ꝑcessu ꝛ sta tu acutoꝝ pōt aliq̄d latere: q2 certificato iudicio de morte infirmi: tūc s̄m possibilitatē intellectus medici postea ifir mus liberabit̄ ꝛ ecōtra q̄ latētia pōt eē sic. s. q̄ nullis p̄ce dēnb⁹ signis de malitia mā e neq3 alijs signis malis in opē nib⁹ poterit. v̄. g. in alio die subito malignari: ꝛ puerti pul sus ꝛ anhelitus ꝛ infridari extrema: ꝛ alia silia signa fieri q̄ nō poterit medic⁹ asserere fore signa cretica: cū nō ꝑcesse rūt signa digōis. ꝛ tñ iudicabit egrū illū moriturū: ꝛ tñ ali quē talē cōtingit euadere: vt expientia declarat. ꝛ hoc eue nit in illo in q̄ illa sig̈ nō euenerint ꝑꝑ veꝛ ꝛ ꝑpriū defcm̄ in corde: sed ꝑꝑ errorē quēdā v̄tutis: ꝛ retractionē ei⁹ ad in teriora ꝑꝑ aliquā necessitatē vel cām aliā vehemētē ex eis: ꝑꝑ q̄s ꝯtingit v̄tutē retrahi ab opōnib⁹ manifestis. tūc me dico occultā: ꝛ postea ꝯtingit ex illa v̄tute resurgere ꝛ redi re ꝛ liberari egrū: qd̄ q̄ꝫuis raro ꝯtingat. fuit tñ de mente Aui. cū 2ª q̄rti dixit. O q̄ꝫta signa timorosa vidim⁹ de casu pulsus: ꝛ alijs: post q̄ hō deuenit ad crisim bonaꝫ ꝛ euasit. ¶ Et insup dn̄t. posse assignari cām ex pte v̄tutis cui⁹ ro bur est icōprehēsibile punctualiter ab aliq̄ itellectu hūa no. sepe. n. declarat expiētia occultas debilitatas v̄tutes la tere sub appēte fortitudine ei⁹. vt videantur aliq̄ñ infirmi fortes ex opōnib⁹ cuiuscūq3 v̄tutis q̄ ꝑcedūt nō ex v̄a forti tudine: sꝫ ex vltio conatu earꝫ: ꝛ postea ex ꝑua pugna seq̄n te deficiūt v̄tutes: ꝛ moriunt̄ infirmi q̄ apparebūt bñ se habe re. Dicūt tñ cōtingere hoc in acutis nō in cronicis: q2 non aduenīūt nisi ex vehemētissimis: ꝛ acutis ꝛ subitis moti bus terrefaciētib⁹ v̄tutes: ꝛ icitātib⁹ eas ad conatū: q̄ pn̄t in acutis iueniri: nō aūt in cronicis: ꝛ pt̄ h̄ eē cā q̄ in mor bis acutis post aliq̄ signa mortalia visa liberabit̄ infirmꝰ: ꝛ post aliq̄ salubria visa morief̄. Et dicūt. pōt hoc latere ex pte occultaꝫ malignatuꝫ mā e q̄ pn̄t esse cā mortis infirmi postq̄ꝫ visa fuerint signa salutis. vt sepe pꝫ in pestilētialib⁹ morbis. ¶ Pro maiori tñ d̄clarationē p̄dictoꝝ. dn̄t q̄ nec in acutis nec in cronicis sunt oio certe ꝑnūciationes salu tis vel mortꝭ siue fiāt i pn° siue i ꝑcessu absolute tñ loq̄ndo in cronicis sūt certiores q̄ꝫ i acutis. ꝛ ió in acutꝭ. Ipo. d. nō eē oio certas. In cronicis v̄o nō. sic dix̄ i eis: q2 si studiosus fueris nūq̄ꝫ falleris: ꝛ q̄ꝫuis ita sit in pn° acutoꝝ certior est ꝑnosticatio q̄ꝫ in pn° cronicoꝝ: ió studiosius vigilandū. Et h̄ siue sumat̄ pn^m ꝑut est vnū de q̄tuor tpib⁹ morbi in quo nōdū apparēt signa digōnis nec ꝯrij eius: sed solū signum cruditatis ex q̄bus signis: vt iā patuit ꝛ inferius: ꝛ adhuc magis patebit nec in acutis nec i cronicis possunt dari cer te ꝑnosticatiōes: siue sumat̄ pn^m ꝑ aliquo spacio: vt v̄. g. in acutis ꝑ spacio triū dieꝝ: ꝛ in cronicis ꝑ spacio septem dieꝝ vel pluriū: vt sint hi dies ꝓportionalr̄ sūpti in vtrisq3 morbis etiā nec in acutis nec in cronicis erūt oio certe ꝑ nosticatiōes. Uerūtñ qñ dicunt auctores: q̄ ꝑnosticatio in acutis in pn° eorū est certior q̄ꝫ in cronicis intelligunt de pn° s̄m omnē loqutionē vulgariuꝫ. s. in acutis duoꝝ vel triū dieꝝ. in cronicis septē vel nouē: in quibus dieb⁹ pro

Robur v̄tutis puncuat̄ est icōprehēsibile ab aliquo intellectu hūano.

Pronunciationes salutis vel mortꝭ nec in cronicis nec in acutis sūt certe: in acutis tñ minus.

noſticatio in breuibus morbis erit minus incerta vel ma/
gis certa q̄ȝ in diuturnis. Et ratio eſt: qꝛ in morbis breuibꝰ
¶ Et dicūt iterū. q̄ pturbatio sensuū vt visus ē duplex. Una q̄ est ɔtinua sup quocūq3 visibili: ⁊ sup quocūq3 spatio ppinquo ⁊ longinquo. ⁊ ista sigñat mā3 in cerebro abūdātē: ⁊ tūc pōt exponi pturbatio semp. i. ɔtinua sigñat materiā ⁊c. Alia est pturbatio q̄ est in quodam spacio ⁊ in quodā nō: vt p3 in eo q̄ ppinqua clare videt ⁊ lōginq̄ nō: ⁊ ista pōt fieri ab alijs cāis: vt patebit in sermone 3°. tractatu de dispōne oculo⁊. vel vt dicunt alij. pturbatio est duplex. vna vera que est turbidū iudiciū dare ppter spūum pturbationē: ⁊ ista semp sigñat mā3: q2 alr̄ spūs inturbidari nō pñt. Et ista mā est maxi' vaporosa. Et alia est turbatio nō vera q̄ est quedā impotētia veri iudicij: sicut p3 in eo q̄ res distantē parui iudicij clare nō iudicat: ⁊ ista nō semp sigñat māim.

Alienatio ⁊ vanum eloquium qñ sit mortale ⁊ quando non.

¶ Dixit Alkindus. q̄ oē vanū eloquiū in somno si accidit cū pulsatiōe capitis ⁊ tēpestate salubre est: sed si cū vrbanitate ⁊ ornamēto mortale. Dixit Aui. 2° 4'. alienatio cum motu ⁊ pcussione in capite ⁊ nare est salus: s3 cū algurat. i. cū hō loqt' plane: ⁊ q̄si cū rōne ⁊ apoplexia. i. taciturnitate mortale sigñans corruptionē oium humo⁊ ⁊ oium v̄tutū intrinseca⁊ cerebri. dr̄ aūt egrū stare in taciturnitate qñ secū semp loqt': ad interrogata aūt nihil rñdet. ¶ Dixit Georgius. quotiēs alienatio accidit absq3 cā manifesta tepescēte febre post signiones malas ⁊ piculosas que apparētes fuerint signū malū ⁊ mortale pronunciabis. Et q̄to signiones pcedētes fuerint peiores ⁊ cōmotio ipsaru3 fuerit ad dispōnē lenē quāto existimet' q̄ illa dispō sit leuior ⁊ vtilior tāto mors erit velocior in pximo. ¶ Inqt Ruffus. de signis mortis est paucitas sollicitudinis opōnis. cū. n. eger nō curat agēda sua nec̄ia. neq3 familiā aut domū suā signio est mala. ¶ Dix̄ Almā. x°. cū nō verecūdat' eger ḋ accñtib⁹ qb⁹ hoīes verecūdari cōsueuerūt: vt cū verenda discooperit aut discooperta nō cooperit: aut etiā v̄tositatē cū sono per inferius emittit signio est nō bona: maxīe si verecūdus esse ɔsueuit. Et dixit. egrū moriturū nō v̄a pferre est signū nō bonū. Et Silud dixit celebrare offm̄ de mortuis est sig^m mortis. ¶ Dixit Ras. 16° ɔti. Quotiēs alienat' mēs ⁊ eger mō flet mō ridet malū. Dicunt. si viderit eger ante se hoīes nigros magnos ⁊ personas pessimas malū est. signat. n. in cerebro hūores malos ⁊ intēsos aut melicos ⁊ cerebri substātiam esse incensam. ¶ Si in statu acutoru3 senserit patiens niuē cadere super se malū: q2 sigñat humorū frigiditatē in corpe dñari. ¶ Dixit Aui. 2° 4'. multotiēs videt infirmus in somnijs de gñe illi⁹ quo fit crisis ei⁹: sicut videt habiturus crisim p sudorē q̄ ingredit' balneū ⁊ ppereť ei.

Multotiens somniat infirmus modus crisis future.

¶ De signis sūpt̄ ab inqetudine ⁊ pmuta^{tiōe} sit⁹. Ca. xviij.

Dixit Aui. 2° 4'. multitudo pmutatiōis. s. de vno loco ad aliū: vel de latere in latus: ⁊ multitudo inqetudinis in loco vel s̄m aliquē sitū est signū nō bonū sigñans multitudinē vaporis eleuati. ¶ Et dixit. saltus infirmi oi hora de vna pte lecti ad aliā: q̄si cū furia vel sine pmeditatiōe: ⁊ sessio ei⁹. s. firma in eodē loco ⁊ situ absq3 pmutatiōe loci ⁊ sit⁹ est signio mala ⁊ est ppter angustiā ⁊ pmutationē rōnis: aut est ppter ɔstrictionē anhelit⁹ ⁊ s̄focationē. Et subdit. q̄ ḃ in pipleumonia est deteri⁹: qm̄ in ea pl'3 ei⁹ fit pp s̄focationē anhelit⁹: l3 illud accidat vel accidere possit ppter alias cās iterū. ¶ Dixit Ipo. p̄ pnostico⁊. manuū mobilitatis sic signa pnotabis in febre acuta in pipleumonia in frenesi nō vera ⁊ in dolore capitis. Si eger man⁹ ad faciē tenuerit tāq3 aliqd positurus vel aliqd collecturus hac illac quesierit: vel de vestib⁹ q̄si aliqd euulserit: vel q̄si festucā de pariete decerpserit pessimū est ⁊ mortale. Dixit Gal. in ɔ^{10}. q̄ hoc accidit ex imaginatiōe sīli illi qui imaginat': in cui⁹ oculis aq̄ cōgregat' q̄ estimat q̄ ea que videt inter humiditatē grādineā ⁊ tunicā corneā q̄ cooperit pupillā sint de foris: qm̄ consueuit in sanitate sua videre res q̄ in aere corā oculis suis sīlr in dictis morbis isti estimāt se videre istas res de foris: ⁊ ipse sunt in oculis suis. Et ḃ accidit qñ eleuant' ad caput vapores ex humorib⁹ corpis ⁊ trahunt' ad humorē albugineū. Et hoc i febre acuta ⁊ pipleumonia. In dolore v̄o capitis ⁊ frenesi qñ caput est plenum humoribus qñq3 pueniť aliqd illo⁊ humo⁊ ad oculū: ⁊ est cā euētus dicto⁊ accñtiū. Et egritudines in qbus sunt hec accñtia dixit Gal'. nec̄io sunt male: qm̄ nō accidūt in eis nisi ppter magnitudinē ipsa⁊: ⁊ in frenesi pp debilitatē mēbri cui aduenit. que est pciosa ex toto gñe suo. Ille autem egritudines sūt male pp magnitudinē suā.

Mobilitas manuum ⁊ collectio palearum.

¶ Dixit Auic. collectio pallea⁊ ⁊ puenire oi hora: q̄si aliqd colligat ex se aut ex pariete est malū. Et cā in ḃ est ex vaporib⁹ q̄ eleuantur ad cerebrū: q̄ faciūt imaginari illud qd nō est pp descēsionē ea⁊ ad oculū ⁊ humiditatē albugeneā. Dixit Glosator. q̄ euellere pillos ⁊ colligere festucas est opatio pus v̄tutis visiue in q̄ pus fit deceptio: ⁊ 2° v̄tutis imaginatiue q̄ estimat festucas ⁊ pilos eē qd icōueniēs. ¶ Dix̄ Aui. cum grauat' a motu ē signio mala. Cū. n. sentit eger ēt post pui

motũ mẽbra sua lapsa ꝛ ipotẽᵉ ad vlteriorẽ motũ ẽ signo mala. ꝛ ꝑcipue si lipothomiã aut ipotẽtiã videdi icurrerit.

¶ De signis sumptis a decubitu ꝛ forma iacẽdi. Cap. xix.

Avicenna 2ᵃ 4ᶦ. mollificatio corporis ꝛ malitia resupinationis ꝛ debilitas ipsa qñq; fiunt cã multitudinis hũorũ grossorũ in viscribꝰ q grauãt supra ṽtutẽ. Et qñq; fiũt ꝓpter siccitatẽ ꝛ paucitatẽ humorũ: vnde reddũtur mẽbra arida iepta motui: sicut accidit in decrepitis. Et qñq; pp debilitatẽ ṽtutis. s. motiue: in lacertis superfluitatẽ: cuiꝰ debilitatio cũ superfluit mẽbra motũ nõ hñt. Et nõ est dixit Aui. signo distinguẽs. s. iter dictas cãs essentia corpis grossi aut macri: sicut qdã extimauerũt. Immo multotiẽs sunt viscera plena hũiditatibꝰ ꝛ corpus est extenuatũ ꝛ multotiẽs debilitant̃ ṽtutes in lacertis: ꝛ corpꝰ est pingue: imo signa distinguẽtia sunt alia q̃ dicta sunt i alijs locis. s. 1ᵒ tertij. ¶ Dixit Ypo. pmo ꝓnosticoꝝ. Bonum est egrũ iuenire iacentẽ aut in dextro latere aut in sinistro: ꝛ manus ꝛ pedes ꝛ ceruicẽ hr̃e nõ in spasmo distincta: ꝛ hr̃e totũ corpꝰ in sua dispõne flexibile: ꝛ minime frida: q habitudo est sanis familiaris ꝛ amica. Jacere eni in modũ sani melius est: ꝛ ꝑcipue sui sani: signat eni per hoc ꝙ egritudo est paꝝ violẽta ex quo in iacẽdo nõ mutauit dispõnẽ cõsuetã. Et hoc dixit Gal. in cõᵒ. q2 inuenis qd est propriuz alicui ifirmoꝝ siue alio. s. aliqs modus decubitus: q̃re nõ opꝫ vt ponas cõsiderationẽ tuã ad illud cõe: qd est: q2 qñ vides infirmũ iacentẽ in somno: sicut de cõsuetudine pluriũ sanorũ est vt laudes decubitũ eius: ꝛ qñ vides decubitũ diuersuz ab illo nõ opꝫ vt vituperes ipsum: q̃uis sit signo mala. imo opꝫ vt ingras an de cõsuetudine ipsiꝰ sit: vt iaceat in sõno cũ illa figura. nã si fuerit ita nõ est signo vituperabilis qñ quidẽ inuenit medicus infirmũ iacẽtẽ super altero laterũ ꝛ nõ sup dorso: sicut q hꝫ mollificationẽ. dixit Ga. in cõᵒ signo laudabilis signans ṽtutis vehemẽtiã retinẽtis corpꝰ ꝛ frãgẽtis ipsum cũ lacertis: sicut signo sup debilitatẽ huiꝰ ṽtutis est vt nõ inueniat̃ infirmo esse põle iacere sup dorso duoꝝ laterũ ipsius. ¶ Dñt qdã. iacere supine est malũ per viã signi: sꝫ est bonũ p viã cãe inquãtũ est cã melioris tolerãtie ṽtutis: q2 in tali decubitu ṽtus parũ laborat: sꝫ tñ est vel esse põt malũ etiã per viã cause. Dixit eni Gal. ꝑ de regimine sanitatis. ꝙ iacere supinũ minat̃ multas egritudies: vt apoplexiã paralesim epilepsiã ꝛ siles: q2 in tali decubitu defluũt hũores ad cerebrũ ꝛ loca neruorũ. ¶ Et opꝫ dixit Ypo. vt sint manus ꝛ pedes ꝛ ceruix duplicata parũ. nã de cõsuetudine pluriũ sanoꝝ est vt iaceãt in somno cuꝫ hac dispõne: ꝛ nõ solũ manꝰ ꝛ pedes ꝛ ceruix. sꝫ ꝛ totũ corpus sit humidũ flexibile: vt sit figura eius longinqua ab extremitatibꝰ vt nõ sit multũ tensum neq; multũ curuũ retortũ: figure eni decubitus trãscẽdẽtes equalitatẽ sunt in qbus corpus est tẽsuꝫ in vltimo tẽsionis: ꝛ ille etiã in qbus manus ꝛ pedes ꝛ dorsuꝫ: cuius ptes sunt spõdiles colli sunt duplicia in fine duplicatiõis: hec eni cõtractionẽ neruoꝝ ꝛ lacertoꝝ signat: illa vero nimiã tẽsionẽ: sꝫ dispõ media inter illas est familiaris ꝛ amica sanis. ¶ Dixit Glosator. melius est pro egris iacere sup latere dextro q̃ꝫ sup sinistro: q2 dextrũ fortius est: sinistrũ ṽo debilius: q2 possent superfluitates ad ipꝫ fluere ꝛ in eo egritudinẽ cãre. Quidaꝫ aũt dñt iacere super latere siue dextro siue sinistro simplr̃ melius esse quocũq; alio decubitu: q2 in eo melius celebrat̃ digõ ꝛ maiꝰ recipit stõus auxiliũ a calore mẽbroꝝ adiacẽtiũ. ¶ In quibusdaꝫ tñ casibus iacere sup vẽtrẽ bonũ est quo visus est qñ stõus est intantũ cibo repletus ꝙ nõ possit ei sup iacere epar: nec possit calor eparis ꝛ splenis attingere ad supiorẽ ptẽ ciborũ: tũc bonuꝫ est pnũ iacere: ꝛ vt acquirat̃ stõ calor a calore culcitre. Secũdus casus est qñ pori totiꝰ mirach sunt rari apti: ita ꝙ ab eis exhalet calor ꝛ spũs ꝛ in multis collicis cõtingit tũc per pnũ decubitũ ꝓhibet̃ calor ꝛ spũs ab exhalatiõe ꝛ cõtinet̃ interiꝰ. Tertius casus est qñ expedit iuuare reuocationẽ caloris ꝛ spũs ad digerẽdũ cibũ. nã hoc auxiliũ facit decubitꝰ sup vẽtre cũ cõpressione q̃ tunc in stõ fit: p quã trahit̃ calor ꝛ spũs ad stõm. Quartꝰ casus est dolor in vẽtre quẽ sedat accubitus pnus pp cõtinẽtiã caloris innati interius. Dicũt. accubitus sup vẽtre est malus p viã signi: q2 vt dixit Ypo. signat aut dolorẽ fortẽ in ventre aut mẽtis alienationẽ: ꝛ põt esse per viã cause: vt in dictis casibus. ¶ Et subdit Ypo. nõ est laudabile signũ egrũ supino corpore iacere brachijs rigidis ꝛ pedibꝰ: ꝛ alia translatio hꝫ: ꝛ silr̃ collo suo: nã hꝫ minoris est laudis q̃ꝫ illa. Et Gal. dixit in cõᵒ. iste decubitꝰ nõ laudat̃ penitꝰ: ꝛ pp hoc nõ opꝫ vt dicat̃: q2 est minoris laudis: ꝛ ꝙ sit nõ oĩno laudabilis. declarauit Ypo. in sermone suo. cũ subdit in trãslatiõe alia. si euigilauerit ꝛ descẽdit de loco suo ṽsus pedes suos: ꝛ tũc illud est deterius: per qd signauit ꝙ decubitꝰ q est ante istũ est malus: sꝫ mihi videt̃ dixit Gal. ꝙ ipse spẽs decubitꝰ sit medie inter laudabilẽ ꝛ vituperabilẽ: qm̃ ṽtus eoꝝ nõ est magna in signanda sanitate nec in signanda morte. Verũtñ si iste decubitꝰ cõsuetudinariꝰ sit infirmo: tũc nõ est numerãdus inter signones malas: sꝫ si nõ fuerit ei de cõsuetudine ꝛ fuerit eger hõ vehemẽter honorãs medicũ q ingredit̃ super eũ: aut est vehemẽtis verecũdie: tũc nõ est signo laudabilis: ꝛ plus si fuerit infirmus nã verecũdus. ¶ Et subdit Ypo. si repẽte se a capite lecti ad pedes iactauerit malũ nõ dubitabis. Dixit Ga. in cõᵒ. q2 signat mortẽ ṽtutis que tolerat corpus. qd signat̃: q2 qñ tu ꝓijcis cadauer sup latꝰ suũ cõuertit̃ ꝓculdubio aut sup faciẽ suã aut sup collũ suũ: ꝛ si hñ figurauerit ipsuꝫ figura qua tẽdit ad supiora cadit ꝛ descẽdit versus pedes. Dicũt qdã. Si eger caput cõtra pedes voluerit mors sequetur. ¶ Et subdit Ypo. si pedes nudos tepidos inueneris. q. d. ꝛ nõ sint calefacti valde: q2 infirmus cogit̃ in febribus acutis valde discooperire pedes suos ob dilectionẽ aeris frigidi q accẽdunt̃ cũ accensione alioꝝ mẽbroꝝ. Cũ ergo nõ est dispõ febris hec dispõ. s. in q̃ cogit̃ eger discoopire pedes: ꝛ tu inuenis infirmũ detegere pedes suos: tũc est illud signo sup mollificationẽ. i. debilitatẽ infirmi: ꝛ ꝓ aut ꝙ hꝫ angustiã. ¶ Et subdit Ypo. si inordinate ceruicẽ cũ labore ac pedes iactauerit pessimuꝫ est ꝛ angustie signũ. Et Gal. dixit in cõmẽ. ꝙ si inuenis infirmuꝫ figurare manꝰ suas cũ ceruice sua ꝛ pedibꝰ suis attẽde: ꝛ si videris ista mẽbra ꝓiecta cũ dispõne agitatiõis ꝛ diuersitatis: tunc scias ꝙ est signo mala: q2 signat angustiã. Et hꝫ nomẽ angustia signat ꝙ infirmꝰ ledit̃ cuꝫ oĩbus suis figuris qbꝰ decũbit: q̃re pmutat̃ semp de figura in figurã: qñ ergo inuenis ifirmũ iacentẽ ꝛ vides eũ semp pmutare figuram suã in qua iacet ꝛ manus ꝛ pedes suos iactare cũ dispõne diuersitatis ꝛ agitationis ꝛ situs ceruicis eius sup puluinar est ineq̃lis: tunc scias ꝙ hꝫ angustiã: aut ꝓpter cãꝫ quã inuenit in ore stõi: aut ꝓpter debilitatẽ ṽtutis sue: aut propter ardorẽ magnũ in interioribꝰ: p cuius refrigerio querẽs aerẽ frigidũ loca pmutat aut illud facit pp rõnis pmixtionẽ. Verũtñ dixit Gal. cõsidera in hoc volũtatẽ aut cõsuetudinẽ infirmi. ꝛ cõsidera etiã ne sit ex mollibus. i. pusillanimibꝰ vel delicatis p nãm q terrentur ex oi re q̃ accidit eis: q̃uis illa res sit parua valde ꝛ debilis. ¶ Dixit Ypoc. 2ᵒ ꝓnosticoꝝ. bonũ est modeste ꝛ nõ laboriose nec repente egrũ latera cõmutare: q2 hoc signat ꝙ mã nõ est grossa nec multa. Et bonũ est. dixit Ypoc. si egro leuius videatur. Et Gal. dixit in cõmẽ. ꝙ hoc significat virtutis voluntarie mouentis corpus fortitudinem. Inquit Diocles. corpora sunt composita ex deferente ꝛ delato: ꝛ deferens est virtus ꝛ delatum est corpus: ꝛ sicut ille qui fert pondus aliquod si est graue ei fit difficilis motus eius: ꝛ si est ei leue fit facilis motus eius. Similiter virtus quando est fortis facile defert corpus: ꝛ non aduenit ei apud motum eius nocumentum: ꝛ quando est debilis grauat super eam: sic

De cubitus laudabilis est q est sicut in sanis quocũq; ꝛc.

Jacere supine.

Jacere sup latere.

Quibus casibꝰ est bonuꝫ iacere super vẽtrem.

Jacere supine brachijs rigidis ꝛ pedibus.

Jactare se repẽte a capite ad pedes.

Pedes nudos discoopire.

Jactare pedes ꝛ caput inordinate cũ labore.

Modeste ꝛ non laboriose egrũ mutare latera.

[illegible] fuerit gra[illegible] ra ponde/rosa.

ergo difficile ei subleuare pódus ⁊ deferre ipsuȝ. ¶ Et sub
dit Ipo. graues vo si fuerint man⁹ ⁊ crura fuerint pódero/
sa horrédum est. Et Gal. dix in ɔmé. ꝙ signo ifirmi sup có/
motióe mébroꝝ suoꝝ est qñ conat̃ motū cū volūtate ⁊ gra
uitas cruriū declarat̃ ei qñ conat̃ surgere ⁊ ambulare aut
ea mouere ⁊ ipe est iacēs: ⁊ silr ğuitas mot⁹ manuū decla/
rat̃ ei: qñ conat̃ cū eis retinere aliqd aut ꝓijcere ex manu
sua aut ponere eas vel pmutare de loco ad locū: ⁊ silr etiaȝ
grauitas colli ⁊ reliquaꝝ partiū dorsi oñdit̃ ei qñ vult per
mutare figuras eaꝝ: aut pmutare eās de dispóne ad dispó/
né. grauitas eni mébroꝝ é ex maiorib⁹ signonib⁹ signanti
bus debilitaté vtutis ⁊ nobilioribus eaꝝ: verūtñ nó est si/
gnificatio ei⁹ sup debilitaté vtutū oiumꝫ sup debilitatem
vtutis q̄ est in neruis ⁊ lacertis tm̃. Dixit Georgius. si eger
pedes suos eleuauerit vsqȝ ad pectus: deinde eos remittet:
signū mortale est. ¶ Dixit Ipo. eger si iacuerit eiecta ceruí/
ce ⁊ aperto ore pedibusqȝ retortis: vel vt dicit alia transla/
tio: vt pedes ei⁹ ipso iacente sup ceruicé sint duplicati du/
plicatióe vehementi: ⁊ torti. s. spasmati malū signat̃. Et dix
Gal. in ɔmé. ꝙ in qbusdā scripturis loco duplicati ⁊c̃. repi/
tur separati separatióe vehementi ⁊ vterqȝ decubit⁹ est ma/
lus ⁊ extraneus a ɔsuetudine hoium. ¶ Et subdit Ipo. si

Jacere su per vētré.

supra ventré pter solitū iacuerit malū signans alienationé
aut vētris dolores: plures eni q hñt dolores in ventre suo
eligūt ꝓpe somnū hāc figurā. Dicūt. iste decubitus signat
alienationé pcipue in hoie morigerato. Cū. n. hic venienti/
bus medico vel alijs notis ⁊ honorabilib⁹ amicis suis: ta/
lis eger nó vertit se ad eos: ꝫ iacet sup vētre suo vel in tali
decubitu cóprimat ⁊ cōstringat vētré: vt in tali cópressione
excludat̃ ab eo vētositas cā doloris: minuet̃ ēt in tali decu
bitu sensibilitas mēbroꝝ ventris: ⁊ sic ibi vř dolor minui.
¶ Et subdit Ipo. si in augméto. s. vel egritudinis repéte ste

Infirmuȝ repéte sta/re aut se/dere in sta tu egritu/dinis.

terit in acuta egritudine malū est: ⁊ in peripleumonia pessi
mū. Alia trāslatio dicit. saltus ifirmi ad sedādū in hora sta/
tus egritudinis sue est malū valde in oib⁹ egritudinib⁹ acu
tis: etiā in peripleumonia pessimū. Intellexit ğ Ipo. p stare
ꝙ repéte saliat infirm⁹ ⁊ sedeat rectus. hoc eni signat aut
desipiētiā aut nimiū ardoré vel angustiā: ad quā mitigan/
dū surgit infirmus. Cū enim iacet infirmus supinus ante/
riora pectoris cadūt sup partes dorsi. vnde coangustantur
spūalia: ⁊ fit difficile trahere aeré. Et dixit Gal. ꝙ in reliqs
egritudinib⁹. s. acutis sessio ifirmi est mala in hora status.
Dicūt. cū egri⁹ fuerit in statu: tūc si eger excitat̃ ad surgen/
dū: ⁊ qcqd inuenit firmiter tenuerit piculū oñdit: qr opꝫ in/
firmū in statu quietū esse. Dixit Glosator Bonū est egrū in
statu qescere: ⁊ maxi' ab oi motu locali: silr locatióib⁹ ⁊ si/
milib⁹. ¶ Dix Bimasuay. quotiés eger i morbo acuto in/
uersat̃ in lecto de vna pte ad aliā sistente vētre ei⁹ inflato q
quotiés percutit̃ sonū dat in modū timpani: ⁊ supueniéte
solutióe vētris vēter ei⁹ nó minuit̃ morief: ⁊ ꝓpue si appa/
ruerit apa amplū occupās de corpe parté magnā liuidi co/
loris. ¶ Dixit Aui. resupinatio sup lectū nó ꝭm formā có/
suetā: imo ꝭm pmixtioné ⁊ exitū a cósuetudine est sig^m ma

Egrū dili/gere resu/pinationé pter cósue tum ⁊ de causis.

lū: maxi' cū ifirmus pcipitat̃ a statu suo paulatim quotiés
equas eū ⁊ prepares pparatióe bona ⁊ ɔuertitur sup dor/
sum suū: ⁊ diligit discoopire extrema ⁊ ꝓijcit ea ꝓiectione
nó nāli absqȝ caliditate valde māifesta: est ergo cā ei⁹ angu
stia magna. Et tñ opꝫ vt attēdas in h̃ rem ⁊ vitaȝ: fortasse
eni hó est pinguis grauis corpis velocis mollificationis. s.
resol'onis diligés in dispóne sanitatis vt iaceat in oi hora
ꝭm hāc formā: aut est ꝓhibés dolor pter resupinationé có/
suetā. Istud eni est ex toto iterū cū q̄ nó magnificat̃ timor:
⁊ ois pparatio nó ɔsueta de resupinatióe ⁊ téliōe: ⁊ alijs. s.
figuris: quā nó facit in dispóne sanitatis in acutis egritu/
dinib⁹ est mala. ¶ Et scias ꝙ amor resupinatiōis aut é pp
multitudiné humoꝝ in viscerib⁹: aut est pp siccitaté ⁊ re/
solóné humoꝝ acutoꝝ: q̄re debilitāt lacertos: aut pp debi

litaté q̄ accidit lacertis ex pte alia. ¶ Et si nó pōt eger iace/
re ⁊ resupinari. imo desiderat sedere: est signo mala. ⁊ plm
ei⁹ est ppea ꝙ anhelit⁹ est difficilus cū iaceat pp apa ⁊ nocu
mētū in mébris anhelit⁹. ¶ Et si diligit fugere ab hoib⁹ ⁊
ɔuerti ad parieté est sig^m nó bonū. ¶ Et declinatio in sóno
⁊ p vétré absqȝ cósuetudine est malū: aut eniȝ est a pmixtio
ne rónis aut a lesione in vētre. Jacere aūt hūi. de. i. plicabili
ter. dixit Aui. est laudabile: ⁊ est illud cū iuncture egri sunt
recipiétes plicationé velociter. ¶ Dixit Auer. 4° coll'. qñ
ifirm⁹ a capite ad pedes se iactauerit mortis est sig^m: qm̃ in/
tolerátiā vtutis signat. ⁊ silr qñ infirm⁹ nó steterit in modū
sani signū est malū: ⁊ silr qñ vult sedere ⁊ saltādo sedet: ꝫ ⁊
eodé mó qñ se adheret cauédo vel sustentādo se vbiqȝ mor/
tis est sig^m. ¶ Dixit Gal. 2° motuū lacertoꝝ: ⁊ scribit̃ sic a
Rabi in 6ª pticula. Jacere corpe supino ⁊ apto ore sine qui
bus nó est stertitio signant hec accñtia debilitaté vel ebrie/
taté vel dissolutioné. sup. vl adustioné magnā in spūalib⁹: ⁊
ad quā mitigandā vt plm pp attractioné frigidi aeris tenet
os apertū. ¶ Dixit Ras 16° ɔtiñ. Medicus dꝫ eé peritus: ⁊
qm̃ si iacet eger ⁊ extenditur cū laxitudine q vsualiter fue/
rit delicatus nó horribilis valde est iudicanda in eo hmói
códitio: sed in exercitato ⁊ robusto: ⁊ sustinenti hec condi/
tio iudicatur horribilis valde.

¶ De signis sumptis ab opónib⁹ vtutis nālis. Ca. xx.

Bene se hře ad obligationes. s. cibarioruȝ ⁊
potuū. dixit Ipo. 2° affo. in oi egritudi
ne bonū est: ɔtrū vo malū. Et intellexit p bene
se hře ad oblatióes nó solū bñ appetere ⁊ bene
sumere cibū ⁊ potū oblatū: ꝫ sanitaté hře oiuȝ
vtutū nāliū ministrātiū in re nutriméti. ¶ Quidā tñ dicūt
intellexit solū de bonitate appetit⁹ moderati. nā imoderat⁹
appetit⁹ nó est signo bona: siue fuerit imoderat⁹ absolute:
siue in cóparatióe ad morbū: siue ad nām patiētis. Et ideo
dicūt qdaȝ. ꝙ intellexit de bonitate appetitiue ꝓportiona
te digestiue siue nó. Et oimó vificat̃ affo. q̄uis meli⁹ vno
mó q̄ȝ alio: eteniȝ est bonū p viā signi: qr signat bonitatem
vtutū nāliū: ⁊ est bonū per viā cause: qr est cā cóforatióis
vtutū ⁊ restauratiōis corpis. ¶ Dicūt qdam. cū eger cū bo
na deliberatióe comedit ⁊ bibit q̄ offerūtur ei est bonū val
de. ⁊ pcipue si lepide gustat ea: ⁊ bñ percipit sapores eoꝝ ⁊
ecōtra si furiose ⁊ q̄si nó appésate: ⁊ sicut nó cósidés hře ab
eis iuuamétū: ⁊ pcipue cū nó pcipit sapores eoꝝ: imo pci/
pit ea alterius saporis q̄ȝ sint. Et maxi' si q̄ bibit audiant̃
cadere velut in puteū est signo valde mala. ¶ Quidā cópa

Bonitas appetitus plus facit ad curam q̄ȝ cóforta tio mētis.

rātes inter cóforari mēte ⁊ bene se habere ad oblationem
dixerūt ꝙ bonitas appetitus plus facit ad curā q̄ȝ cóforta
tio mētis: qr ad ipm cósequtur cóe instrm vtutū. s. calidum
nāle: ⁊ sequtur ad ipm effect⁹ magis realis. ¶ Et dix Ipo.
2° affo. In egritudine diuturna abstinētia malū: ⁊ p absti/
nētiā intellexit lesioné appetitus ei⁹. nāqȝ ablatio ⁊ corru/
ptio nó solū in egritudine diuturna in qua magis requiri/
tur bonitas appetitus: sed etiā in quacūqȝ alia: ⁊ ipsius di/
minutio etiā est mala: sed nó tm̃. Est aūt max' mala in mor
bis cronicis: qr cum in eis appetitus ꝭm plm soleat inten/
di ꝓpter ɔtinuā ⁊ longaȝ resolutionem: aut ꝓpter pñtiam
humorū frigidorū in ore stomachi si remittitur aut deficit
est significatio mala: ⁊ est mala per viam signi: qr significat
illius vtutis defectuȝ: cuius vigor maxime necessarius est:
⁊ est mala per viā cause cū sit causa innutricationis ⁊ irre/
staurationis. ¶ Dixit Ras. 16° ɔtiñ. Defectus appetit⁹ ci/
bi in morbis diuturnis malam signioné designat: qm̃ in eo
q saluatur de hmói morbis esse dꝫ appetitus fortior: qr si
cū hoc fuerit egó frigida. al's. fetida peioris signionis erit.
¶ Dixit Auic. destructio appetitus in egritudinibus cro/
nicis est malū: ⁊ in acutis etiam: sed est infra illud vel min⁹

Sitis de/fectus aut abūdās.

illo: ⁊ ad summū significat humores corruptos: aut morté
virtutis nālis ⁊ stoiā: ⁊ ꝓpue si fuerit cū nigredine lingue.

¶ Dicūt.defectus appetitus cibi vt in plurib⁹ est deterior in cronicis q̄ȝ in acutis ꝑpter lōgitudinē cronicoꝝ: ꝑpter quā egēt plurī renutricatiōe: sȝ ꝓstratio appetit⁹ ad potus potissime peior est in acutis q̄ȝ in cronicis. nā in acutis pꝛ acuta caliditate ipsoꝝ ꝓternali oȝ intēdi sitis ⁊ remitti fames. Si ergo cū illa acutate ꝓternitur sitis denotat̄ vltimatus defect⁹ app. titiue vt nō appetat potū stāte cā nō multū incitāte ad ipsum. ¶ Dixit Ysaac febriū.5°. Priuatio sitis ꝓcedēs a v̄tute iā mortificata q̄ nō sentit cām sitis neq̄ȝ nocumētū ei⁹ est signū pessimū. ¶ Dixit Ras.16° cōtiñ. q̄ defectus sitis absq̄ȝ mitigatiōe caloris febrilis nō erit nisi ex defectu v̄tutis sensibilis oris stōi. Sed defectio sitis dix̄ Ysaac. veniēs ex ablatione vel remissiōe cāꝝ sitis: aut quia remot⁹ est ab ore stōi hūoꝛ incēsus ⁊ febrilis calitas a stōi ⁊ spūalibus est signū bonū ⁊ nō malū. ¶ Dixit Rasis.19° ꝯtiñ. in quo accidit in fe. causonica tussis superabundātis q̄ȝtitatis modici insultus absq̄ȝ sputo in ea nō patit̄ sitiȝ cū ipsa tussis cōmoueat semꝑ humiditates ad humectādū os eius. ¶ Dixit Ypo.3° affo. Quibuscūq̄ȝ tusses sicce ⁊ modicū ꝓuocate in febrib⁹ vrentib⁹ nō valde sitientes fiunt. Tussis eniȝ sicca ⁊ in qua modicū sputi ꝓuocat̄ a nā siue ab arte ꝓcedit ex reumate subtili descēdēte ad guttur per pulmonē q̄ cōtinue humectādo partes oris ꝓhibet sitim. ¶ Dicūt. subita sitis ablatio absq̄ȝ cā manifesta est signum pessimū. ¶ Et dix̄ Aaron. angustia sitis si valida fuerit cū frigore superficiei corpis ⁊ viriditate ipsius periculosa erit. Et sitis valida si cum sudore frigido fuerit mortalis erit. ¶ Dixit. Ypo.4° affo. si a febre habito. i. intense febriente collū ꝯuertat̄: vt vix deglutire possit tumore nō exñte i collo. s. nec intrinsecus nec extrinsecus: vt per hoc voluerit significare nimiā siccitatē in collo ⁊ meri satis ꝓfundis ex quo nō appareat mortale. Dicūt q̄ illa dictio vix nō importat hic diminutionē aut corruptionē deglutionis: sȝ ipsius ablationē: aut tantā difficultatē ⁊ impotētiā trāsglutiēdi: vt pro impossibilitate hīi possit. Est aūt hoc malū per viā signi significādo dispōnes supradictas: ⁊ est malū per viā cāe ꝓhibēdo nutricationē ad quā cōsequit̄ mors. ¶ Dix̄ Aaron si color gutturis aliter lingue fuerit niger ⁊ strangulatur repēte ⁊ nō possit deglutire: mortale. ¶ Signa digōnis apparētia in omni egritudine māli de se salutē promittunt. ¶ Signa aūt cruditatis in morbis mālib⁹ lōgitudinē significāt morbi ⁊ suspectū tenēt medicū ad qd̄ terminetur egritudo. Signa vero opposita digēni illico cū apparēt mala sunt. Cū vero perseuerāt mortem pronunciant.

Signa digōnis apparentia in omi egritudine māl: de se salutē promittunt.

¶ De signis sūptis ab etate ⁊ ꝯsuetudie egrotādi. Ca.xxi.

Aristoteles i li. d̄ morte ⁊ vita dix̄ pueꝛ passiōib⁹ eueniētib⁹ isenectute veloci moriēt: ⁊ max̄ h̄ accidit i etate decrepita: ⁊ hoc ꝑ paucū esse calm̄. s. qd̄ inatū: vel vtplm ei⁹ euaporatio in multitudine vite. Si q̄ itaq̄ȝ fiat molestia: quēadmodū. n. momētanea in ipa flāma exñte ꝑpter partiū mot⁹ extinguit̄: pueri aūt ꝑpter fortitudinē virtutū ipoꝝ nāliū de fortib⁹ ⁊ duris sanātur egritudinib⁹. decrepiti vero cū semꝑ sint in semita mortis raro valde a fortib⁹ liberant̄ morbis. ¶ Dixit Ras.16° cōtinē. ex 14° pulsuū. corpora fortia q̄ multo tp̄e longi spacij ꝑseuerēt salubria quotiēs infirmantur appropinquabunt periculo aut pibūt. Sed debilia q̄ semꝑ subiacēt passionibus ex modica cā. hoc dictū ex dicto 14° pulsuū sic scribēs a Rabi in 4ª pticula. v̄tutes nales debiles dibilitant̄ multotiēs a paruis causis. v̄tutes aūt fortes nō debilitant̄ nec superant̄ nisi a magnis causis. Ideoq̄ȝ cū fortia corpora permanētia lōgo tp̄e sana egrotāt ꝑueniūt ꝓpe destructiōem ⁊ cū egrotāt corpora debilia que molestant̄ successiuis egritudinibus facile liberant̄ ab egritudine: ⁊ euadunt. Dixit Alm̄.x°. Egritudo in hoie sano q̄ fere nūq̄ȝ egrotat timorosa est. Dixit Aui.2ª 4ª. q̄ exitus ani in egritudine acuta per seipsum est signū malū ⁊ exitus matricis ⁊ vulue mulieris in febre acuta est signum malum.

¶ De signis sumptis a rebus nō nalibus. Cap.xxij.

A Rebus nō nalibus sumunt̄ signa: ⁊ prio ab aere ⁊ tp̄ibus āni. Cū i estate ⁊ aeris ꝯstitutiōibus calis egritudo supueneritt frida malū: ⁊ silr cū in hyeme accidit egritudo calīa malū: cū significet̄ humorē esse multiplicatū ꝯ nām tēporū. ¶ Ar. pma ꝓbleu. ꝓbleu. 25°. quesiuit ꝑpter qd̄ hoies infirmant̄ magis estate q̄ȝ hyeme: sed tñ in estate min⁹ moriunt̄ q̄ȝ hyeme. ⁊ r̄ndēs ad pmā partē dixit. q̄ in estate rarefacto ⁊ infridato ente corpore propter resolutionē calitatis innate ⁊ dissoluto ad labores. i. ꝑpter labores. nā hoies cōiter magis laborāt estate q̄ȝ hyeme: necesse est principia egritudinū. i. caꝝ causas plures fieri ꝑpter labores ⁊ indigestiōes: ⁊ etiā inductorū ⁊ oblatorū ciboꝝ herbaꝝ ⁊ fructuū: etenī iunenca fructus tūc sunt qui exñtes humidi ⁊ calidi multiplicant indigestiōis superfluitates. Sed q̄ȝuis dicta pn̄ª sint multa: nō tñ sunt sic vehemētia sicut in hyeme. nā in hyeme sunt vehemētia ꝯcto humido intra corpora ⁊ in ꝓfundo a frigiditate aeris dēsante exterioꝛa: collecta auteȝ humida interius fiunt pn̄ª. i. cā vehemēꝯ: quare ⁊ piculosius erit. Estiuū aūt pn̄ᵐ min⁹ piculosum ⁊ magis auxiliabile. Et in 28° ꝓblema. eiusdē particule repetēs h̄ idē dixit cām esse: q̄ in estate a parua occasione egritudines fiunt: q̄ ergo parua est cā paruus erit effectus ei⁹. Et econuerso in hyeme egritudines fiunt a magna cā cū cōiter saniores sint hoies ⁊ magis digestibiles ꝑpter fortificationē interius: ⁊ maxime qui sunt robusti ⁊ bone habitudinis. hi eniȝ nō occupant̄ a morbis nisi a magna cā: ⁊ q̄ cā magna est ⁊ fortis erit ei⁹ effectus silr magnus ⁊ fortis. ⁊ ideo vtplm interficit. ⁊ nō fuit intētio Ar. in hac pte 2ª. q̄ sit vix vera. s. q̄ fiat cōpatio oium egritudinū estatis ad oēs egritudines hyemis: q̄ cū in estate sint multo plures egritudines q̄ȝ in hyeme: plēs in estate cōtingit mori. Sȝ fuit sua intētio vt fiat cōparatio alicuius certi numeri egritudinū estatis ad eūdē numerū egritudinū hyemis: vt. v̄. g. centū ad cētū: q̄ sic obtinet veritatem. ¶ Dixit Ras.16° ꝯtiñ. In signis attributis Gal. morbi in autūno supueniētes subuersionē faciūt in maiori pte. Et dixit. quotiēs in febre causonica aer fuerit vehemētis frigoris sistente egro in adustione: ⁊ nō minus cū debili virtute ⁊ debilitate digōnis nō euadet. Et ait insultus febris in aere frigido significat sup fortitudineȝ cāe oino: q̄ autē frigus est fe. ⁊ tñ nō cōfert nec extinguit eā: sed insultus eius in vltimitate frigoris ⁊ paucitas iuuamēti patiētis per frigidū signant testimonio forti q̄ morbus est in vltima magnitudine ⁊ malitia: ⁊ cōsimile p̄dictis intelliges de regione aeris cōstitutionibus ⁊ similibus. ¶ Dixit Ypo.2° affo. Somnus ⁊ vigilis vtraq̄ȝ magis mō facta malū. ⁊ hoc est verū siue eodē modo fuerint hec ambo simul: diuersis tñ tēporibus vltra modū facta: vt q̄ in vno tp̄e superflue dormiat: ⁊ in alio postea sup̄flue vigilet: siue sit somnus solus in morbo aliquo sup̄fluus: siue sit vigilia sola in morbo aliquo superflua. Et somnus quidē superfluus est malus per viam signi: q̄ significat multitudinē mãe male grosse que nō soluitur: ⁊ est malus per viā cāe: q̄ est causa coadunationis mãe ⁊ vaporū multorū in interioribus corporis ⁊ multiplicationis ipsorum. ¶ Sōnus tñ aliqñ apparet superfluus: vt somnus creticus multis perseuerās dieb⁹: hic tñ somnus licet apparenter excessiuus sit: tñ cōparatus dispositioni cui cōparatur nō est superflu⁹: maxime respectu eius qd̄ acquirit̄ per ipsum qd̄ est mãe morbi resolutio ⁊ sanitas. ¶ Similiter ⁊ somnus superueniēs corpori euacuato spōte vel per artē aliquādo apparet sup̄fluus: qui tñ cōparat⁹ dispōni cui associat̄ respectu ei⁹ qd̄ p ipm acqrit̄. s. inati caloris restaurationē: nō est nec dȝ dici superfluus.

De signis sūptis ab aere ⁊ tp̄ibus anni.

Propter qd̄ hoies magis infirmantur estate q̄ȝ hyeme: ⁊ in estate min⁹ moriuntur.

De signis sumptis a somno ⁊ vigilia.

¶ Simr aūt ⁊ vigilia mala est p viā signi: q2 signat malā cō-
plōnē siccā cerebri innālē vel cū mā vitiosa. Et est mala per
viā cāe: q2 est cā resolōnis spūs ⁊ defectiōis virtutis cōpa-
rātes vigiliā malā ad somnū malū. ¶ Dicūt. ꝙ ceteris pa-
ribus somnus magis mō factꝰ peior est vigilia magis mō
facta: q2 somnus ille est via deducēdi corpus in peiores di-
spōnes q̄3 vigilia dicta. imo ⁊ sepe citius illa interficit: vt p
experiētiā videmus sepe in somno reclusione caloris extra
nei in corpore facta citā mortē induci: cuius silē nō videmꝰ
fieri in imoderata vigilia. Et dicūt. dato ꝙ lapsus sit equa
lis: cū hoc tn̄ stat ꝙ malitia nō sit eq̄lis in gradu: sicut vnꝰ
gradus caloris supra tēperamētū est vni corpori minꝰ ma
lus q̄3 vnus gradus frigoris. ¶ Dixit Gale. in cōmento
huius affo. ꝙ somnus excessiuus si associet frigiditate sua
cū hūiditate inducit litargiā. Si vo cū siccitate cōgelatio-
nē. ¶ Dixit Ipo. in affo. 1ᵉ pticule. in quo morbo somnus
laborē fecerit mortale. s. est signū: in quo vo iuuerit nō mor
tale. Et silr̄ dixit Ras. 16° ɔtin̄. cap. de somno. Et Haly. x°
theo. Et silr̄ Rabi Moises in sui affo. ptic^a 6^a. Aui. vo ne-
cubi de hoc mētionē fecit: fortasse q2 dubiꝰ fuit ei hic affo.
Attn̄ affo. verus est intellectus cū cōditionibus q̄ dicētur.
Scire nāq3 debes ꝙ per laborē intellexerūt nocumētū ma
gnū ⁊ perdurās ab intrinseco: ⁊ nō ab extrinseco pueniēs
lmc plura. nā posset nocumētū magnū ex somno puenire
a cā p̄mitiua: vt soda fortis ex potu multi vini vl' ex somno
sub radijs solis ⁊ silibus: qd̄ tn̄ nō esset mortale signū: ⁊ in-
tellexerūt hoc nocumētū magnū fore morbi preexistentis
augmētū siue multū augeat morbus ipse siue cā eius siue
accn̄s ipsius: siue etiā de nouo aliqd̄ accn̄s magnum supue
niat ex somno. Et intellexerūt h' in oī morbo indifferenter
in quo ex somno pōt puenire iuuamentū aut nocumentū
vt sanitas vel mors. Ac etiā in morbo in quo somnꝰ sem-
per nocet vt litargia ⁊ subeth. In h' tn̄ morbo intellexerūt
qn̄ in eo ex somno puenit maius vel minus nocumētū q̄3
soleat puenire. Ac etiā intellexerūt in morbo in quo som-
nus semp iuuare solet: vt in colica vētosa: ⁊ tūc si iuuamē-
tū fuit maius aut minus solito: ⁊ sic nō intellexerūt de mor
bis ex toto gn̄e salubribus vel mortalibꝰ. Attētiꝰ tn̄ intel-
lexerūt hec in febribꝰ putridis: q2 in eis pōt ex somno mā
eap per amphꝰ resolui ⁊ digeri: aut p amplius malignari:
⁊ nō intellexerūt iterū in eis ꝙ in oī tpe ipsap p̄dicta verifi
cent: ⁊ ꝙ in oī tpe morbi nocumētū ex somno pueniēs sit
mortale: s3 solū cū puenit in declōne. In declōne. s. dicūt q-
dā. pticulari morbi: vt in declōne paroxismi in interpolatis
vel in declōne excrescētie in cōtinuis pportionalibꝰ siue in
tpe qd̄ aliqn̄ repit' in cōclusis. ¶ Alij vo dicūt in declōne
vlī febris nō in ea que est firma ⁊ certa: q2 in tali non cōtin-
git mori nisi ex errore: s3 in ea q̄ est declō apparēs: sed non
exn̄s: ⁊ maxime in ea q̄ pcedit ex defectu virtutis resoluto
calo innato ⁊ additiōe alicuiꝰ malignitatis facta in mā fe-
bris in qua declōne falsa cū infirmus dormit incurrit pra-
ua accn̄tia cū additiōe in defectu virtutis ⁊ prauitate mēe.
Et maxie h' erit qn̄ toto tpe interpolationis paroxismi vel ex
crescētie vel tpis somnus nocet. Glosator tn̄ dixit. verifica-
ri in vtraq3 declōne vli. s. ⁊ pticulari. Et qdā addūt ēt desi-
ne statꝰ ppinquo declōni. ⁊ dicūt hoc cōsonū esse de mēte
Gal. in trāslatiōe huiꝰ ex greco. Et nō intellexerūt ꝙ quo-
tienscūq3 dictū nocuᵐ ex somno puenerit in dicto tpe sit si
gnū mortale: s3 si ɔtinuauerit vt ꝙ nō solū eueniat in declō
ne vlī semel s3 plibꝰ vicibꝰ: aut ꝙ nō in vna declōne pticula
ri tn̄: s3 in plibus. ¶ Et dicūt qdā ꝙ nocumentū somni in
declōne vli ēt cū dictis cōditiōibꝰ nō est semp multū malū
nec mortale: vt in febre interpolata vel cōtinua pportiona
li. Sōnus factus in p̄n° augmēto vel statu paroxismi vel exa
cerbatiōis declōnis vlīs: ⁊ tn̄ est in declinatione vlī. dicunt
ergo ꝙ ad hoc vt nocumētū eueniens ex somno in declōne
vlī sit mortale: op3 vt fiat in illa pte declōnis in q̄ rōnabilr̄
d3 fieri ex eo iuuamētū: ⁊ talis pars eiꝰ est declō pticularis
paroxismi vel exacerbatiōis vel tpis declōnis vlīs. Et dicūt.
ꝙ nocumētū somni eueniēs in declōne vlī in p̄n° augmen-
to vel statu pticularibꝰ in qbꝰ pōt nocere est p se minus q̄3
eueniēs in ipsis tribꝰ tpibꝰ pticularibꝰ aliop tēpop vliū.
Ex his seq dn̄t ꝙ somnus in aliqua pte declōnis vlīs minꝰ
nocet ⁊ minꝰ malū signū facit q̄3 factꝰ in aliq pte p̄ncipij
augmēti vel statꝰ vliū: vt p3 de somno facto in p̄n° paroxis
mi declōnis vlīs. Et de facto in declōne paroxismi principij
augmēti vel status vliū. Et volūt isti ꝙ dictop auctorum
snia veritatē h3 de somno facto in declōnibꝰ pticularibus
p̄ncipij augmēti ⁊ status vliū morbop indifferētiū ad sa-
lutē vel ad mortē. ¶ Et alij dicūt. nocumētū somni facti in
p̄ncipijs paroxismop vel exacerbationū nō signat mortē nec
addit malitiā signo: q2 sōnus in p̄n° semp nocet. In declō-
ne aūt qn̄ calor est expāsus ⁊ humor q̄si resolutꝰ somnꝰ q̄si
rōnabilr̄ iuuare d3 in cōplēdo resolōnē hūoris ⁊ in fortifi-
catiōe v̄tutis. Si ergo tūc nocet addit' malitia signionieꝰ.
In statu vo ⁊ augmēto dn̄t sōnū medio mō se h̄re: q̄uis p^a
ps augm̄ti plus silet' p̄n°: ⁊ 2^a plus statui. Sōnus itaq3 in
p^a pte augmēti nocet: s3 nō q̄3tū in p̄n°: ⁊ in 2^a ēt pte nocet
⁊ plusq̄3 in statu. In declōne aūt nocumēta sunt intensiora
⁊ magis adducētia mortē. Et dicūt ꝙ in p̄mis tribꝰ tpibꝰ
vlibꝰ morbi pn̄t accidere accn̄tia fortia ⁊ pdurātia: imo ⁊
intensiora ⁊ piculosiora q̄3 in declōne: ⁊ tn̄ nō est in eis cop
malitia tāta q̄3ta est in declōne: q2 nō repugnet naturis illo
rū tēpop nocumēta ex somno cōtingere: ⁊ ideo nō signant
malitiā tantā q̄3ta in declōne cui illd̄ repugnat. ¶ G. q̄3 in
2^{io} supradicti affo. inuit. ꝙ ocn̄ nocuᵐ ex sōno pueniēs est
duplex: vnū duplex ⁊ aliud vl'e. Et vl'e est dictū duobꝰ mo
dis. vno mō pro eo ꝙ puenit i p̄n° ⁊ extēdit' vsq3 ad finē
sicut est nocuᵐ pueniēs ex somno in p̄n° poᵐⁱ. Alio mō d3
qd̄ sp nocet: s3 p se nō sit signans vehemēter magnū malū
sicut qd̄ fit ex somno rigoris in p̄n° poᵐⁱ: vel frigoris puo
catio seu pertn̄tis rigoris vel frigoris augmētatio vel extē-
sio: ⁊ sic fit reumatis decursus feb. exacuātio vel apatis au-
gmētatio ⁊ silia his. Et silr̄ nocuᵐ pticulare est duplex: vnū
qd̄ cōtingit nō in p̄n°: s3 in aliq̄ subsequētiū tēporū: ita ꝙ
nō cōicat' toti morbo. Et aliud est qd̄ est pprīū alicui parti-
culari tpi: ⁊ h' est illud qd̄ si ɔtingit in declōne est mortale.
¶ Et dixerūt qdā. ꝙ nocuᵐ vl'e est illud qd̄ q̄3tum est de se
semp nocet: s3 aliqn̄ p accn̄s possit pdesse: sicut nocuᵐ pue-
niēs ex somno in p̄n° paroxismop siue exacerbationū. Et p-
ticulare est illud qd̄ p se aliqn̄ ɔfert ⁊ aliqn̄ p se nocet. ¶ Et
rursus dn̄t alij. nocuᵐ ex sōno est 2ᵉ: vnū extēsiuū qd̄ lōgo
tpe pdurat: nō tn̄ nocēs vehemēter: sic qd̄ in p̄n° paroxismo-
rū: ⁊ ɔsir in augmēto: ⁊ ɔsir in statu ipsop. Et aliud est in-
tēsiuū qd̄ durat tpe puo ⁊ multū nocet. ⁊ tale pprie est qd̄
euenit in declōne: ⁊ id̄ est signū mortis. Et de h' itellexerūt
auctores supradicti. ¶ Et cā q̄re signat mortē. dixit. G. i cō
mē. supradicti affo. est q2 de rōne est ꝙ somnꝰ in declōne iu
uet: si ergo ɔstat tūc nocuᵐ est signū mortis: q2 solētia iu-
uare suo tpe si nō iuuerit pculdubio mala est ipsop signo.
Cū ergo fecerit medicus q̄ facere circa infirmū op3: ⁊ in-
firmus obediēs fuerit: ⁊ alia q̄cūq3 necc̄a affuerint ⁊ nō iu
uat' infirmus signo dat' ꝙ morbus difficilis est pessimus.
¶ Nocumētū eni ex somno in declōne pueniēs signū dat
ꝙ calor nālis in somno reuocatus excitat mās prauas in
corpe sepultas q̄s prius in vigilia dispersus excitare nō pote
rat: maxie: q2 in alijs tpibꝰ erat circa morbū fortius occu-
patus: q̄s mās v̄tus supare nō pōt: s3 potiꝰ ab eis supa-
tur: vt nocumētū sequēs ondit. Que etiā mae praue si prius
mote fuissent erāt incorrigibiles ⁊ inuincibiles a nā. Predi
ctū tn̄ nocumētū vt dicūt nō facit somnꝰ nālis per se. cū sit
actio nāe retrahētis calorē ⁊ spm̄ ad interiora: vt cibi digō
bona fiat: sed per accn̄s facit illud inquātū vt dictū est. est
cā ꝙ māe praue agitent'. q̄s tn̄ mās prauas nā non agitat
vt noceant

In q̄ morbo somnꝰ laborē p̄stat ⁊ q̄do verificet' lōgo sermone declarat

Nocumētū ex somno est duplex.

vt noceat:sꝫ vt iuuet se in resolõne ipsaꝝ:q̃uis sequat̃ cõ/
trariũ. Dñt.ꝙ dicte mãe praue si tũc nõ fuissẽt agitate:agi/
tarẽt tñ alio tpe siue i sõno siue i vigilia:⁊ tũc facerẽt mai⁹
nocu^m: qm̃ ex q̃ sunt incorrigibiles p vlteriorẽ morã i cor/
pore magis malignant̃:⁊ sic maius nocumẽtũ facerẽt. Et
dicũt.nõ põt dici ꝙ somnus nãlis sit imediata cã illius no
cumẽti:cũ nõ sit res p̃ter nãm:q2 nõ morbus nõ cã morbi
nec accñs eius.℄ Et notãt ꝙ ex somno ab extrinseco vel
ex errore pueniẽte in declõne vlã põt puenire nocumentuꝫ
etiã in vera ⁊ certa declone. Q2 si paruũ fuerit ⁊ corrigibi/
le nõ erit signũ mortale. Si vero magnũ ⁊ pdurauerit tũc
est mortale:⁊ h̃ fac̃ aliã egritudinẽ ad quã seq̃t̃ mors:cui⁹
noue egritudinis declo p̃terite in q̃ fuit fact⁹ somn⁹ ille nõ
est declo:sꝫ est pn^m ipsius:⁊ isto mõ ↄcedit̃ ex errore egruꝫ
posse mori in declinatione nõ vt est declinatio morbi p̃cedẽ
tis:sꝫ vt est pn^m morbi supuenientis:⁊ d̃r.v̄.g.sic squinanti/
cũ mori in declinatione per trãsitũ eius in peripleumoniã.
Et ecõuerso si p̃dicto tẽpore.s.in declinatiõe somnus fact⁹
iuuerit nõ est mortale.sup.sꝫ salutiferũ sig^m:q2 signat dñiũ
v̄tutis supra morbũ:⁊ signat mãs prauas nõ remãsisse in
corpe sepultas ⁊ occultas.necꝫ tales supra quaꝝ resolõne
nõ potuerit calor inatus. Jdcꝫ iuuamẽtũ somni in declone
⁊ vlã ⁊ particulari semp signũ est bonũ p̃bẽs spem de futu
ra salute:di tñ errore pcul depulso. Dixit eni Gal. in ↄmẽ.
ꝙ ex iuuamẽto somni in declinatione infirm⁹ dꝫ liberari:
sꝫ nõ absolute:qm̃ posset mori ab errore vel a noua egritu/
dine.℄ Dixerũt.n.qdã ꝙ si somn⁹ iuuat in declonibus in
qb⁹ dꝫ iuuare nõ addit nobis signũ aliqd certe salutis:q̃ũ/
uis eni somn⁹ iuuet in declõib⁹ paroxismoꝝ: q2 cõfortatur
v̄tus ⁊ resumit̃:q̃ resoluta erat ex pugna habita in parox/
mo:nõ tñ ex h̃ nõ iã certificat de liberatiõe:⁊ ẽt q̃uis nullus
cõmittat̃ error:vel nulla noua supueniat egritudo. Scien/
dũ tñ dñt.ꝙ ex iuuamẽto eueniẽte in pn° ex somno melior
pnosticatio fieri põt q̃ꝫ ex eueniẽte in augmẽto:⁊ q̃ꝫ ex eue
niẽte in statu. Et ex cõtingente in statu melius q̃ꝫ ex cõtin/
gente in declone:q2 si in hora in qua min⁹ iuuare dꝫ iuuat
signat̃ iuuamẽtũ illud a forti ⁊ bona cã puenire:⁊ p ↄñs
magnã v̄tutis po^am supra morbũ nõ ita ẽ ꝙ i pn° parox.q2
calor nãlis submersus ⁊ suffocat⁹ est sub mã somn⁹ rõnabi
liter nocere dꝫ:⁊ si nocet q̃ꝫtũ nocere dꝫ ⁊ ↄsueuit nõ addit̃
ad maliciã signi.sꝫ si nõ nocet ⁊ iuuat multũ addit̃ ad signi
bonitatẽ. Silr in augmẽto somn⁹ fact⁹ rõnabilr nocet:cũ
oppressus sit calor inat⁹ a mãe grauitate:q̃re si iuuat eius
iuuamẽtũ magnũ ẽ:sꝫ nõ tñ q̃ꝫtũ est qd accidit in pn°. Jn
statu v̄o q2 iã calor nãlis expãsus est a mã: somn⁹ si nocet
ei⁹ nocu^m maius est q̃ꝫ eius nocu^m in augmẽto:q̃uis non
sit ita magnũ sicut accidit in declone. Et ↄ° : q2 somn⁹ pp
dictã cãm in statu dꝫ plus iuuare q̃ꝫ in augmẽto si iuuat in
augmẽto ei⁹ iuuamẽtũ mai⁹ est q̃ꝫ in statu.℄ Scias ꝙ ad
v̄ificãdũ dictũ dictoꝝ auctoꝝ expositores posuerũt sex cõ/
ditiões attẽdẽdas:que licꝫ ex supradictis pateãt.hic iterũ
eas recitabo.pma est ꝙ nocu^m ↄtingat ab intrinseco ⁊ non
ab extrinseco.2^a ꝙ sit magnũ ⁊ pdurãs.3^a ꝙ declo vlis in
qua apparet sit mẽdosa ⁊ nõ v̄a.4^a ꝙ sit de morbis quoꝝ
terminus indifferẽs est ad salutẽ vel ad mortẽ.5^a ꝙ in de/
clone taliũ morboꝝ possit idifferẽter euenire iuuamẽtũ ⁊
nocumẽtũ.6^a ꝙ nõ semel:necꝫ vna vice:sꝫ plib⁹ accidat ipsuꝫ
nocumentũ ex somno. Et qdã addũt septimã.s. ꝙ eger sit
cũ debilitate virtutis ⁊ paucitate caloris inati:de q̃ dicunt
alij ꝙ ista cõditio includit̃ sub 2^a.s.ꝙ nocu^m sit magnũ ⁊ p
durãs. Et alij dicũt.ꝙ lꝫ ista 7^a cõditio sit v̄a:nõ tñ est ab/
solute ponẽda.nã alie sex cõditiões cũ v̄tute satis forti sunt
sufficiẽtes ad iudicãdũ mortẽ.semp tñ reqrit̃ ꝙ virt⁹ respe
ctiue sit debilitata.s.ꝙ ipa nõ sit potẽs supra morbũ.℄ Di
xit Gẽtilis.ꝙ põt cõprehẽdi somnũ in declone pticulari de
bere nocere.ex h̃ ꝙ si in tpe qetis medie iter paroxismos sõni
sunt ingeti ⁊ laboriosi imaginãdũ est h̃ puenisse ex praui/

Q̃do con
sigat egri
in vera de
clinatiõe
mori.

Sex cõdi/
tiões attẽ/
dẽde cir/
ca nocu/
mẽtũ qd
puenit ex
somno fa
cto i mor/
bis.

Gentilis
ꝙ quedã
interpola
te sunt su/
specte pp
sõnũ labo
riosum in
quiete.

tate mãe agitate a calo nãli reuocato in hora illoꝝ somno
rũ.ergo iudicãdũ est ꝙ in horã pticulari illoꝝ.i. in declo/
ne pticulari paroxismi futuri cũ sit facta ↄtinue additio in
prauitate mãe.⁊ v̄t⁹ sit debilior q̃ꝫ fuerit tpe qetis p̃dicte ꝙ
si dormierit infirm⁹ in illa declone nocebit̃. Et hinc dixit.
ꝙ suspecte sũt tales febres iterpolate:q̃uis nõ oẽs in qb⁹
p̃dicta nocumẽta apparẽt sint mortales. Et dixit.ꝙ si talis
febris interpolata fuerit tertiana ⁊ credita fuerit ꝙ sit pu/
ra:ipsa tñ nõ fuit pura nisi apparẽter.exñter aũt fuit notha:
q2 in tertiana pura nõ pñt talia nocumẽta ex somno ↄtin/
gere nisi ab errore:sꝫ in notha pñt in itrinseco appere:⁊ pñt
esse sig^m mortale. Et pp h̃ Gẽti.rep̃hẽdit Bartholomeũ de
varignana q iudicauit quẽdã nobilẽ mortuũ in paroxismo
tertiãe fuisse venẽatũ ⁊ ad mortuũ ex febre cũ potuerit mo
ri ex febre illa cũ nõ fuerit pura.℄ Ad ↄfirmãdũ aũt sniaꝫ
de sõno. Dixit Jpo.eodẽ.2° affo.vbi desipiẽtiã sõnus sedat
bonũ vbi v̄o eã p̄stat malũ.⁊ exponũt vbi p qñ.vel vbi.i.
in quo loco vel in quo morbo vt sit sensus:si in aliq̃ morbo
appeat desipientia ⁊ somn⁹ sanat eã signũ bonũ est. Est.n.
bonũ inquãtũ remouet desipientiã que est accñs p̃ter nãm:
⁊ in quãtũ signat v̄tutẽ potẽtẽ.s̃.morbũ. Et nõ solũ est bo
nũ si aufert:sꝫ ẽt si minuat eã. Et ↄ°. est sig^m mortale siue
p̄stet eã.i.de nouo faciat siue nõ minuat preexñtẽ siue ipaꝫ
augeat. Et verificat̃ hic affo.sicut p̃dictus.⁊ cũ eisdẽ ↄdi/
tionib⁹.s.in declone. Et Gal.qdẽ inuit in cõmẽ.ꝙ nõ soluꝫ
de disipiẽtia verificat̃:verũ etiã ⁊ de alijs accñtibus ab eo
numeratis in ↄ^{to} illius affo. Jn quo morbo somn⁹ ⁊c̃. Est
itacꝫ desipiẽtie sedatio ⁊ ipsius diminutio p somnũ in de/
clone:⁊ silr illoꝝ accñtiũ signũ bonuꝫ: q2 signat̃ p hoc ꝙ
declinatio est v̄a:⁊ ꝙ virtus superat morbũ. Sꝫ desipiẽtia
sequẽs somnũ:⁊ silr qdlibet de dictis accñtibus est signuꝫ
mortale:q2 p eã signat̃ ꝙ declo sit mẽdosa:⁊ ꝙ d̃ nouo mã
praua agitata est.℄ Dicũt tñ qdã ꝙ p̃dicta hñt v̄itatem de
desipiẽtia pueniẽte pp pem̃ cerebri:⁊ pprie de ea q̃ puenit
ex cõitate.nã q̃ fit p cõitatẽ nõ est sic piculosa:ꝙ p ei⁹ seda/
tionẽ ex somno iudicet̃ certa salus:nec per ipsius supaduẽ/
tũ mors.℄ Et Gal.voluit in cõmẽto hui⁹ ꝙ desipiẽtia de
q̃ loq̃t̃ Jpo.sit piculosa a pate itrinseco ⁊ dolore ⁊ febre ad
hũc.s.intellectũ.s.ꝙ desipientia inquãtũ est desipiẽtia est pi
culosa:q2 nulla est desipiẽtia q̃ nõ sit maligna lesio:sꝫ aliqd
est apa intrinsecũ ⁊ aliqs dolor ⁊ aliq̃ febris q̃ nõ sunt ve/
hemẽtis lesiois. Cũ h̃ tñ stat ꝙ sit aliqd apa intrinsecum:⁊
aliqs dolor ⁊ aliq̃ febris q̃ sunt magis vehemẽtis lesionis
q̃ꝫ aliq̃ desipientia pcedẽs ex pprio pctõ cerebri.℄ Dicũt.
nõ solũ somn⁹:vt dictũ est põt eẽ signũ salutis vel mortis:
sed ẽt põt eẽ cã inquãtũ in v̄a declinatiõe sedãdo desipiẽtiã
est cã resolõnis mãe ⁊ in falsa declinatiõe nõ sedãdo vel p̄/
stãdo ipam ẽ cã agitatiõis noue mãe.in alijs aũt morbi tpi
b⁹ a declinatiõe põt somn⁹ p̄stare desipiẽtiã:⁊ tñ nõ erit si/
gnũ mortis. Jpo.nõ fecit mẽtionẽ de nocumẽtis vigilie in
declinatiõe:nõ q2 ex ea nõ possint euenire nocumenta.imo
aliqñ eueniũt:⁊ ẽt aliqñ fortiora q̃ꝫ ex somno cũ fiãt in ho
ra qetis:⁊ iõ cũ euenerint sunt sig^m mortis. Sꝫ fortasse nõ
fecit de eis mẽtionẽ:q2 nõ nisi raro ex vigilia in declinatio
ne fortia veniũt accñtia:q2 nõ nisi qñ morbi mã valde mul
ta ⁊ valde praua fuerit.℄ Jmpotẽtia vigilãdi in oĩbus di/
spõnibus est signũ malũ:est aũt ipotẽtia vigilãdi dispõ sili s
dormiẽti in q̃ appet egrũ vigilare nõ posse:quãuis nõ dor/
miat q̃ puenit pp debilitatẽ ⁊ ipotẽtiã eueniẽtẽ in pn° mo
tiuo.s.cerebro pp paucitatẽ caloris ⁊ spũs. vñ nõ est egro
po^a mouẽdi palpebras sursum nec apiendi oculos nisi ad
puũ tps:ad quã aliqñ adiuuat mlta siccitas toti⁹:⁊ maxĩ
palpebrarũ vt in ethicis aliqñ appet.℄ Dixit 2° pno. Sõ
nus vt moris est ↄueniẽs ⁊ nãlis vt noctẽ non effugiat ⁊
diẽ nõ ipediat laudabilis est. Cõtrarius v̄o iprobãdus:mi
nus tñ si mane vscꝫ ad tertiã tenuerit. Pessimuꝫ aũt dixit
Jpo.est nõ dormire. Aut eni signat magnitudinẽ doloris

Vbi desi/
piẽtiã sõ/
nus sedat
bonum ⁊
qño intel/
ligatur.

Somnus
sm̃ cõsue/
tum bon⁹
mutat⁹ de
a cõsueta
die mal⁹.

nat alienationē. Dix̄ Gal. in cōmēto ꝙ ꝯsuetudo tēpe Ipocrat. dormire de nocte ⁊ vigilare de die. ⁊ iō suo tēpore somnus seruās ꝯsuetudinē illā est laudabilis. nūc ṽo videmus diuites facere ſm cōuerſum illius: dormiūt eni de die ⁊ vigilāt de nocte. Et qm̄ ꝯsuetudo currit eꝯ°. cursus nālis: nō verificatur sermo quē dixit Ipo. qđ est qm̄ cōsuetudo i hac hora est plus nāli nō tm̄ apđ hn̄tes diuitias ex mulierib⁹: ſꝫ ēt apud pl'es viros. Et dixit G. in ꝯ¹°. vigilie accidūt infirmo ēt in nocte ⁊ die: aut ꝓpter dolorē q̄ fit in eo prauus ⁊ cōtristat eū. aut qm̄ ꝑmixtio rōnis incipit cū eo: qđ est: qꝛ h̄ accn̄s facit possidere vigilias ꝓꝑ siccitatē que dn̄at᷑ sup cōplx̄one cerebri. ℂ Dixit Aui. 2ª q̄rti. sic somn⁹ diurnus ⁊ nō nocturn⁹ est signū nō bonū ⁊ si nō dormiat in eis ābobus est deterius: ⁊ cā ei⁹ est corruptio cerebri q̄litercūqꝫ fit. Et saluior sōnus diurn⁹ est q̄ est in pn̄° ei⁹. Et dixit Aui. h̄ totū. s. nocu^m accn̄s ex sōno in statu paroxismoꝝ febris est deteri⁹. In pn̄° ṽo ei⁹ si multotiēs fit. s. nocu^m ei⁹ nō nocet idest nō sic sigñat malū: vt qdā dn̄t. Ex hoc textu accipiūt qdā ꝙ sōnus i pn̄° paroxismi q̄nqꝫ cōpetit: vt cū fuerit nimi⁹ rigor. Aui. eni de regie rigoris docuit ꝓuocare somnū ēt cū opio in casu vehemētissimi rigoris. Et h̄ ēt voluit Aui. xi° tertij c° de sincopi: ubi. facte ṽo in pn̄° febriū ⁊c̄. Et dix̄. A. ꝙ ꝓfunditas sōni cū debilitate pulsus est sig^m malū: est āt ꝓꝑ debilitatē ṽtutis nō potētis vigilare ⁊ nō ꝓꝑ humiditatē cerebri: ⁊ ꝓpterea cū est cū ꝑmixtiōe rōnis. Et q̄nqꝫ h̄ est a putrefactione hūoris: cui⁹. s. vapores penetrāt ad cerebrū. Et dixit. sōnus augmētat⁹ in nocte q̄ succedit ꝑmixtiōi rōnis ⁊ associat᷑ ei frigus extremitatū est malus: sic̄ sōn⁹ cui succedit leuitas est bon⁹. ℂ Dix Alm̄. x°. Cū eger nocte vigilat ⁊ in die dormit: laboriose tn̄: ⁊ nō ꝯtinue sig^m est non bonū: ⁊ si qn̄ a somno excitat᷑ ipi⁹ debilitas aut sue dispōnis malitia augeat᷑ est ꝑniciosum. ℂ Dix̄ Raſ. 16° ꝯtin̄. In q̄ auget᷑ sōn⁹ ⁊ in suo morbo infrigidant᷑ extremitates ⁊ alienat᷑ ei⁹ mēs malū sig^m ꝓnūciabis: ſꝫ hmōi ꝯ̄tra erūt bona. Et sūmarie morbi oēs in qb⁹ auget᷑ somnus mortales erūt: in qb⁹ ṽo minuit᷑ salubres. ℂ Et dixit. q̄nēs supuenerit in morbo acuto vitiū sil'e subeth ⁊ pulsus fuerit debilis ex debilitate ṽtutis erit ⁊ nō ex debilitate cerebri. ℂ In libro de morte veloci. q̄ laborat vigilia vehementi ⁊ assidua cū tussi morie᷑. ℂ Dicūt. sōnus si fuerit mult⁹ ⁊ ꝓfundus timēdū est de subeth apoplexia ⁊ silib⁹. Et si fuerit paucus timēdū est de frenesi: signat. n. raptū māe mordicatiue ad cerebrū q̄ mordicat ipm ⁊ non sinit ipm dormire. ℂ Dixit Ipo. 4° affo. In febrib⁹ ex sōnis timores aut spasmi malū: qꝛ signant malas mās intus latētes: ex qb⁹ aut ex eaꝝ vaporib⁹ pn̄t dicta accn̄tia emanare. Uerificaturqꝫ h̄ in oib⁹ febrib⁹ putridis maxi᷑ tn̄ in acutis. ℂ De motu aūt ⁊ q̄ete ⁊ accn̄tib⁹ aie satis ex dictis patere pōt. ℂ Et scito cui⁹ regimē preteritū in cibo ⁊ potu malū fuit ante casum in egritudinē mortis suspitionē facit ꝓꝑ hūorū prauitatē in eo generatoꝝ. Et eꝯ° cui⁹ regimē p̄teritū in cibo ⁊ potu bonū fuit spē salutis p̄bet. ℂ Eūo q̄qꝫ ⁊ inanitio tā an̄ morbū q̄ꝫ in ipo morbo vtroqꝫ mō magis facta malū pronunciat.

De reliq̄s rebus nō naturalibus.

ℂ De signis sumptis ab exeūtib⁹ in gn̄ali. Cap. xxiij.

ℭ Et dixit. eſt cū in epate aut in eo qō eſt corā ipſo vt meſeraicis aut vena chilis: aut ſtō vel ſplene fuerint opilatiōes. Et plerūqꝫ cōtingit ꝙ ipſaꝝ appitione fit vrina ſpiſſa ꝑpter ꝙ cū ea eaꝝ egredit mā ⁊ hꝫ talis ſpiſſitudo nō eſt pus. Ut ſi hec vrina ad nigredinē traxerit ⁊ in latere ſiniſtro fuerit dolor: erit tūc ex appitione opilationū ſplenis: ⁊ ſm hanc ꝯſiderationē ſi. ā. femur fuerit dolorans in ſumitate vētris erit tūc ex pte ſtōi nō quidē cōcauitatis eius: ſed ex vijs quibus cōicat cū meſeraicis: hꝫ tñ vrina ſepius eſt ex pte epatis ⁊ canaliū vrine: qꝛ epar eſt mēbrū in quo chimus ⁊ chilus opilationē facere pñt. Et poſt epar ſunt canales vrine propter multā ſupfluitatē que per ipſas mittitur. ℭ Dix Raſ. 10° ꝯtinen. qñ in corpore eſt apa calidū ꝑter qꝫ in inſtrumētis vrine: vrina non erit colorata ſm ꝙ exigit nā febris ⁊ exceſſus qlitatis eius. Et ꝑpter hoc inuenimus in apatibꝰ ingunū ⁊ pedū ⁊ inſoda ⁊ in hñtibus inflāmationē capitis ſup. ⁊ alijs ſimilibꝰ diſpōnibus vrinā albā: qꝛ diuertuntur māe calide ad locū doloris ⁊ apatis. nō ergo dꝫ qrū in apatibus calidis vrina colorata. ℭ Et dixit Aui.2ª 4ᵗ. qñ patiēs acutā febrē nō pōt mingere niſi parū ⁊ cum labore abſqꝫ vulnere ⁊ apate in inſtrumētis vrine: ⁊ eſt hoc cum frequētia pulſus cū debilitate ſignū eſt malū ⁊ indicatur ei nocumētum in cerebro cui cōicāt mēbra neruoſa: ⁊ ſic veſica. quare nō pōt mingere.

De vrine paucitate ⁊ exitu in voluntario.

ℭ Et dixit. cū retinet vrina in febre cōtinua cū vehemētia doloris capitis ⁊ eſt multitudo ſudoris ſignat cuꝫcizij. i. cuꝫiꝫ de inanitione: ⁊ ſimiliter cū nō retinet: ſed guttatim diſtilat cū dolore capitꝭ ⁊ multitudine ſudoris ſignat inanitionē ꝯhētē facientē cuꝫeꝫ: qꝛ cerebrū in multitudine māe qꝫ ſignat multitudo ſudoris. ſ. in capite ꝑcepto nocumēto ex dolore capitis. ſ. antenſo cōtrahit ⁊ cōtrahuntur per ipſum mēbra lacertoſa: ⁊ ſic fiet cuꝫeꝫ. ℭ Et dixit. vrina que guttatim diſtillat in febre acuta ſignificat fluxū ſanguis nariū. Ut ſi febris fuerit acuta ⁊ incenſiua ſignat diſpōnē malā aduenietē cerebro. Et ſi fuerit qeta ſignat multitudinē replōnis ⁊ debilitatē nāe in expellēdo. ℭ Notāt ꝙ febris dr̄ quieta duobꝰ modis. vno modo vē qlis eſt que de mā frigida non inductiua accñtia timoroſa: ⁊ in hac cū vrina diſtillando exit ſignat repletionē magnā ⁊ debilitatē expulſiue. Alio° nō vē: lꝫ tñ dr̄ qeta: qꝛ lꝫ ſit de febribꝰ acutis eſt de illis in qbus non accidunt accñtia ſeua maligna. Et in hac ſignat motus materierum ad ſuperiora que faciet criſim per fluxū ſanguinis nariuꝫ.

Duobus modis dr̄ febris qeta.

ℭ Et dixit Aui. ꝙ eā vrine egredientis in febribus acutis inuolūtarie eſt debilitas vtutis aut nocumētū in cerebro. Et nō fit in eo illud nocuᵐ niſi ꝑp aſcēſionē māe acute calefacte ad cerebrū q ꝑturbet rōnē eius: vñ nō ſentiūt infirmi ⁊ mingūt in lecto pter ꝙ aliqd de mingēdo indicēt. Amp. in diſtinctiōe q de vrina ꝑceſſit multa iuenies vtilia adhūc locū. ℭ In iudicādo aūt ꝑ vrinā. dixit Ypo.2° ꝑno. cauendū eſt ne veſice vitio capiaris ſupple aut renuꝫ ⁊ alioꝝ inſtrumētoꝝ vrine vt ꝙ ab illa vel illis eſt alienū diiudices.

ℭ De ſignificationibus egōnis in generali. Cap. xxvj.

Egeſtio ꝑncipaliter ſup diſpōnibꝰ ſtōi ⁊ inteſtinoꝝ ſignificationem hꝫ: ⁊ poſtea ſup diſpōnes epatis: ⁊ ſpāliter ſup ſima eius ⁊ ex cōſequēti ſignificat ſup diſpōnes reliquoꝝ mēbroꝝ. Et ipſa quidā multis modis ſignificat. ſ. ſui ſubſtātia vt vtrū ſit liqda fluida mollis an ſicca dura ſquibaloſa lapidea an ſit ſube mediocris an ſit cōiuncta lenis ⁊ eqlis an ſit diſiūcta ineqlis aſpera. Et ſignat ſuo colore an ſit vniꝰ coloris vel pluum colorū varia. Et ſi vnius coloris an ſit citrina rubea vel viridis vel nigra an liuida terrea an alba vel glauca ⁊ ſignat ſua quātitate continua an ſit multa vel pauca ꝑcipue reſpectu ciboꝝ ſūptorū. Ipſa enī nō cōpant potui. Nā lꝫ a bibitis aliqd facile in inteſtis reſidat: illud tñ eſt qd modicū ⁊ nō notabile. Et ſignat ſua qñtitate diſcreta vtrū ſemel bis ter vel plies egrediat in die vno: ⁊ ſignat hora ſue egreſſionis an in hora cōſueta an diſſuete an tarde vel velociter. Et ſignat ſuo odore an ſit pauci fetoris an multi ⁊ horribilis an ſit ꝑuata fetore. Et ſignat ex mō ſui exitus an vniformiter an difformiter egrediatur vt vna vice egrediatur liqda alia vice ſicca. Et ſignat rōne eius qō ei admiſcet de ventoſitate aut pinguedine: aut humoribus aut lūbricis aut corticibus inteſtinoꝝ ⁊ ſiliūm. ℭ Dixit Raſ. 17° ꝯti. Egeſtio laudabilis

Egō laudabil.

est q̄ neq₃ desiccata neq₃ liquida alit q̄ est lenis ⁊ coniuncta ⁊ egredit᷑ vt in tpe sanitatis: q₂.s. in hora illa ⁊ ſm q̄ntitatē assumptoꝝ. Dixit.n. Ypo.2° pnosti. ꝙ egō liquida nuc subtilis: vt dixit alia trāslatio: intelligēs per bācillā que fuerit cōiuncta medioeri sube bona est: ⁊ maxime si fuerit sine sonitu vētoso nec inordinate manauerit.i. ꝙ nō sit exit⁹ eius frequēs paulatim. nā si frequēter manauerit egrū maxie labore ac vigilijs affligit ⁊ i defectū adducit: nā cū eger cōgrue dormire nō pōt: nō pōt in eo congrua ⁊ bona fieri depdidi restauratio: cū bona digō ⁊ restauratio fiant in somno: vñ deficit: ⁊ insup deficit in sepe surgēdo ⁊ corpus suū ad sellā ferēdo mitonēs. ❡ Et subdit Ypo. vtile est stercus ſm q̄ntitatē assumptoꝝ euenire: ⁊ hoc aut bis aut ter in die ⁊ in nocte semel ⁊ prima luce.i. ꝓpe diē vt circa auroram: aut alio solito mō cōtingere. Egō.n. d₃ esse ꝓportionalis quātitati ciboꝝ ⁊ vt siqdē bis comedat hō bis assellet: ⁊ si terter: ⁊ si semel: semel assellet. ❡ Subdit Ras. vbi. s. dispō egōnis lenis ⁊ cōiūcte seu mediocris inter solidu ⁊ humidū est sufficiēs ad significādū sup bonā ciboꝝ digōnē: ⁊ maxie cū nō añcedit neq₃ postponit ꝯsuetā hora₃ exeundi. Qm̄.n. hec oia apperēt in egōne nectio digō bñ celebrata ē. Egō.n. lenis tēdēs ad medietatē significat sup bonitate₃ ⁊ fortitudinē v̄tutis digestiue: ⁊ ꝙ nutrimētū debito mō ductū est ꝑ mēbra ⁊ ꝙ non multa caliditas supflua ꝯ̄nea: ⁊ neq₃ cā apar₃ ē i ꝑtib⁹ q̄ sūt iuxta stōm. ❡ Et dixit egō ꝯiuncta eq̄lis est qñ eius ptes coadunate ꝑmixte sunt sicut vna res nā si aliq̄ ps eius eēt dura ⁊ alia mollis nō pōt esse consuictar: s₃ vna res esset diuisa ab alia. ❡ Et qñ egō est in hora ꝯsueta signū est ꝙ digō nō fit tarda: ⁊ ꝙ v̄tus retētiua ⁊ expulsiua nō sunt in aliquo impeditete: cū aūt perdit᷑ exitus egōis assuetus signatur: aut tarditas expulsionis intestinorū: aut expulsio tarda ad ea: ⁊ si precesserit horā cōsuetā denotat᷑ retētiue defectuū: ⁊ nō signat᷑ excessus expulsiue in totū. ❡ Et dixit si exitus egōnis est velox cū mordicatione denotat᷑ excitatio v̄tutis expulsiue ꝓpter mordicatione₃. Et tñ ꝑ hoc in ea nō est debilitas neq₃ superflua fortitudo. Cū aūt egō est absq₃ mordicatōe: ⁊ alio accñti i hora ꝯsueta significat᷑ ꝙ v̄tus stōi digestiua retentiua ⁊ expulsiua sunt fortes. ❡ Et dixit: qñ egō nō rñdet quātitati assūptorū aliqd de fece retentū est in orbo vel collon vel aliquo intestinoꝝ gracilū. Et est malū in quocūq₃ horū fuerit: q₂ denotatur debilitas expulsiue ⁊ ꝙ in interiorib⁹ retentū est aliqd ei⁹ qō debebat expelli. ❡ Et dixit: egō nālis cū dispōne sanitatis hēre d₃ oēs dispōnes bonas superi⁹ enumeratas. Et has duas addim⁹.s. ꝙ declinet ad citrinitatē ⁊ ꝙ nō sit multū fetēs: q₂ cū color eius est multū citrinus aut cū non declinat ad citrinitatē: sed appet in ea color assumptorum signat᷑ ꝙ nō fuit colera trāsmissa ad itestina: ⁊ si fuerit multū citrina significat᷑ ꝙ de colera fuit trāsmissu₃ plus debito. ❡ Et si egō fuerit multū crocea significat᷑ ꝙ colera rubea supflue sparsa est ꝑ vētrē. ❡ Et illa q̄ est multi fetoris: ⁊ nō est a cibo assūpto signat corruptionē ⁊ putrefactionē humorū. ❡ Et subdit. nō tñ si he.s. cōditiōes dicte bone deficiāt dicet᷑ ꝙ ꝓp h̄ non sit cōpleta digō. posse enim est ꝙ virtus stōi sit potens ⁊ salua ⁊ ꝙ digesta humiditas arefiat ⁊ desiccet᷑ ꝓpter fortē caliditatē ꝑtiū adiacentiu₃ stō. Et silr cum egō est aquosa aut subtilis aliqñ nō est talis vitio stōi nō valentis. s. digōnē assumptoꝝ: sed ex debilitate v̄tutis epatis nō trahētis nutrimētū. sup. ⁊ silr pōt esse de alijs cōditionib⁹ egōis dictis. v̄.g. egō dura cui est admixtū aliqd aquosum vel humidū multū: ⁊ silr cu₃ educit᷑ ab epate ad intestina retinere nō pñt quin misceat᷑ egōni ⁊ madefaciat ipa₃ ⁊ velociter expellat᷑. Et posse est ꝙ fluat ab epe vl' splene aliqd malū inmutās egōnē nālē ſm colorē vel odorem ⁊ multotiēs etiā addūt ad quātitatē egritudinis supfluitates q̄ educunt᷑ ad stōm. ❡ Et qñq₃ ꝓp aliquā cām nō erit egōnis exitus in hora cōsueta. ❡ Dixit Ypo.2° pnosti. bonā est egōnē colore subcitrino fieri: d₃ autē esse subcitrinā vel parū citrina. nā egō a massa ptisana a q̄ decidit᷑ ⁊ a locis ꝑ que transit recipit albedinē. Et colera nālr trāsmissa a felle ad intestina recipit citrinitatē. Et oē mixtū ex albo ⁊ citrino fit subcitrinum. Et dixit Gal. in cōmē. ꝙ color egōis est sbcitrin⁹ qñ effūdit᷑ de colā in debita quātitate ⁊ q̄litate qm̄ si plus de ea effundit᷑ color non erit subcitrinus: sed citrinus purus. Et si minus color erit albus: sicut p₃ in egōne patientium icteritiam citrinam.

Margin notes (left): De egōe velociente a naturali. — Egō velociēs a naturali non sēp significat incompletam digōnem.

❡ De signis sumptis ab egōe in spāli magis. Cap.xxvij.

Egestio innālis est duplex. vna indicans morbi fortitudinē: tñ nō est cum vehemēti timore: sicut est egō crocea dñium indicās colere rubee. Et alia est cum fortitudine morbi indicās suspitionē magnā sicut egō viridis cuius viriditas ꝓcedit: aut ꝓpter extinctionē inati caloris siue ꝓpter interioꝝ incēdiū forte ⁊ erit eius illaudabilitas: aut rōne modi sube sue: aut rōne sui caloris inālis: aut rōne sui mali coloris: aut rōne sui mali odoris: aut alterius sue male q̄litatis aut rōne mãe extranee mixte cu₃ ea. ❡ Dixit Ypo.2° pno. aquosu₃ stercus ⁊ liqdū malū est. dixit Gal. in cōmē. q₂ signat destructionē digōnis: ⁊ dixit in cōmēto v̄bi Ypo. Egō liqda ⁊c. ꝙ egō hūectata sit. aut q₂ cibus nō penetrat ex ventre ad epar: ⁊ sic remanet liqda nō penetrante humiditate ipsius per meseraicas aut q₂ effundunt᷑ ad stōm: ⁊ intestina ex epate vel ex alijs mēbris superfluitates q̄ ꝑmixte sube digōnis reddūt eā liquidā. Et dixit posse est vt sit ista expulsio laudabilis. v₃. qm̄ mūdificātur per ipsam mēbra. imo dixit ipse: nō est egō liquida illaudabilis nisi qñ nō pētrat cibus ad epar: aut res q̄ effundunt᷑ ad stōm vl' intestina signāt dispōnē malā. ❡ Et dixit distinguit᷑ inter liquidā laudabilē: ⁊ liqdā illaudabilē: q₂ in liqda laudabili nō est vox in exitu eius: nec est exitus eius frequens, has causas assignauit Auer. 17° ꝯtinen. ❡ Et dixit Ypo. viscosum stercus malū est. Et Gal. dixit in cōmē. manifestū est ꝙ eius euentus est multotiēs: q₂ vehemētior fit caliditas. ⁊ multiplicat᷑ etiā qñ fiunt humores viscosi si ꝓpter qualitatē ciboꝝ. Et dña est inter eas: q₂ qñ ꝓcedunt isti humores ex corpore ꝓpter cibaria gñalis: nam est eoꝝ quantitas pauca: sed qñ res viscosa ꝓcedit ex corpore paulatim: ⁊ est pauca talis est liquefactioni cōueniens: ⁊ in ea que est ex humoribus crudis nō est fetor sup. s₃ est in ea q̄ ex humorib co⁹rruptis. ❡ Et est egō pinguis ⁊ vnctuosa siue oleagina dicitur illa in qua apparet aliquid pinguedinis in modu₃ olei sicut vrina vnctuosa: ⁊ pōt prouenire ab extrinseco ꝓpter cibos vnctuosos assumptos: qō scitur ꝑ ipsoꝝ ꝑmissionē. Et pōt ꝓuenire ꝓpter leue₃ dissolutione₃ pinguedinis: ⁊ est cu₃ ea lenitas corporis absq₃ debilitate virtutis. Et pōt ꝓuenire ꝓpter dissolutione₃ humiditatis substantifice magis: ⁊ est cū ea corporis extenuatio absq₃ eius leuitate: ⁊ est cū debilitate virtutis. Et dixit Gal. ꝑmo de crisi: ⁊ scribitur a Rabi in 6ª ꝑticula suoꝝ affo. sic. egō pinguis ⁊ vnctuosa p̄ter ꝙ comedat aliquid pingue signat liquefactionem mēbroꝝ. Et dixit egō viscosa si nō est ex cibario sumpto signat mēbroꝝ radicaliū liquefactionē: sed egestio pinguis nō significat nisi liquefactionē adipis: viscosa v̄o ꝙ liquefiunt mēbra dura: ⁊ ista ideo est deterior illa. ❡ Dixit Aui. 1ª 4ᵗ fluxus ventris super quem est vnctuositas nō ab acceptione rei vnctuose signat liquefactionem membrorū radicaliū: ⁊ est signo mala si non est mortalis: fortasse est vnctuositas ex carne. Egō oleagina significat caliditatem ardentissimā eliquātem: aut mēbra pinguia: aut carnosa: aut membra solida. Et ſm has mēbroꝝ que liquant᷑ est eius malitia maior ⁊ minor. ❡ Dixit. Iudeus egō sicca si nō fuerit ex cibario sicco signat sup vehementē caliditatē in ventre: ⁊ erit semꝑ cū apatibus calidis in vētre. Et Auc. dixit. egō sicca fit aut ex caliditate ignea

Margin notes (right): De egōe aquosa ⁊ liquida. — De egōe viscosa. — De egōe pingui. — De egōne sicca.

aut ex lōga mora ipsiꝰ in intestinis qn̄ violēter suggerit̄ eā. Dixit Ruffus qn̄ēs fuerit cibꝰ abūdās: ⁊ egō modica exic

De egōe tarda vel veloci.

cabit̄ caliditas valde: ⁊ si fuerit eȝ° arescet corpꝰ ⁊ debilitabit̄. Et dixit paulus. egō pri° diffūctarū colerē hn̄s silēȝ rebꝰ comestis indigesta est. ¶ Dixit Aaron. Egō si tardat vltra ꝯsuetū sign̄at sup debilitatē v̄tutis expulsiue aut colera nō fluit ad intestina aut ꝙ digō sit tarda: sed q̄ velociter emittit̄ sign̄at super debilitatē retētiue: aut sup aliqd̄ cōmouēs expulsiuā vt fit ex humore descēdēte supabūdāter ad eā aut ex alia cā. Et dixit quotiēs manauerit cū egōne sicca aliq̄ res tenuis in ptibus suis erugo erit manans de epate pungēs intestina: ⁊ cū ea egredit̄ egō ⁊ fortasse egredit̄ p se tm̄: ⁊ nō cū egōne. ¶ Dixit Ruffus egō pungitiua mala erit quū sign̄at sup hūores acutos ⁊ siccos ⁊ malos qm̄ significat sup violētiā inflāmationis ⁊ sup paucitatē humiditatis.

De egōe spumosa.

¶ Dixit. G. p̄. de crisi. egō in qua est spuma fit fm̄ modū quo spuma accidit in rebus exteriorbus. s. aut propter. rē ebuliētē aut ꝓpterea ꝙ resistit vētositas grosse humiditati ⁊ p̄ma nō fit nisi caliditate superflua liquefaciente corpus. ⁊ 2ª accidit a cōmotiōe ineq̄li. Dixit Ipo. 7° affo. qbuscunqȝ spumose egōes in diaria his a capite flegma defluit. dn̄t spumosa egō spuma alba tenaci attestat̄ flegmati cū amplius nō magnis: ⁊ q̄ est fortiter cōmixta in suis ptibus denotat illā maȝ flāticā venire a pte lōginq̄ q̄ pars est frigida: ⁊ sic a cerebro: sed spuma cum ampulis albis magnis que nō est multū cōiuncta pōt venire a stō: cum in eo flegma cōtinet̄ ⁊ vētositas in intestinis spumificans. fm̄ tn̄ plm̄ spuma in egōne ꝯtingit a flegmate descēdēte a parte longinqua ꝓpter ipsius cōmotionē: ⁊ egō hn̄s spumam citrinā attestatur colere. ¶ Dixit Aui. 2ª q̄rti. Egō sup partes cuius sunt res subtiles sign̄at ꝙ est virus ex epate: ⁊ est mordicatiua, ⁊ facit exire egōnem cuȝ velocitate ⁊ fortasse egredit̄ sola ⁊ est mala. ⁊ sunt verba Aaron supra posita.

De egōe fetida.

¶ Et dixit Aui. egō fetida filis egōni infantiū est mala. Dixit. G. p̄. de crisi. ⁊ scribitur a Rabi. vbi. s. Egō supflui fetoris si fetor ille nō fuerit pp̄ cibū significat putrefactiōis vehementiā. Notā ꝙ egō fetida: aut est cum fetore ei nāliter inesse debente: non cuȝ debet egō esse omni priuata fetore ⁊ hec sign̄at super bonitatē digōnis: aut est cū fetore intensiore illo: ⁊ est duplex. Quedā est cū remisse intensiore fetore. ⁊ quedā cum intense, intensiore. Et egō remisse fetidior aut est talis ab extrinseco: aut ex cibis fetidam facientibus egōnē: aut a cibo corrupto in stō. ⁊ si est ex cibis. sicut alijs non significat malū neqȝ per viam signi neqȝ per viaȝ cāe. sed remouet illū fetorē bonitas digōnis sequēs: sed si est talis ex cibo corrupto in stō: licet nō sit semp signuȝ malū: est tn̄ semp causa mala. aut egestio remisse fetidior est talis ab intrinseco: vt a remissa putrefactione humorū: ⁊ hec licet per viā signi sit mala: q: non pōt sign̄are bonū: pōt tn̄ esse bona per viā cāe: q: pōt fieri a nā expellente mām illā corruptā. Egestio v̄o itēse fetidior semp est sigm̄ malū sign̄ans magnā humorum corruptionem: ⁊ non potest esse causa bona: q: nunq̄ vi nāe pōt fieri: sed semp vi sint homatis expellitur. Quidam tn̄ dicūt. ꝙ si post signa cōplete digōnis euenerit pōt esse bona: ⁊ facta vi nāe mām fetidissimā mūdificātis. dn̄t eniȝ simul posse stare signa digōnis p̄cessisse: ⁊ egōnem multū fetidam fore. q: non videtur inconueniēs mām esse multū putrefactā: ⁊ cū hoc esse valde expulsioni paratā: sicut de egestione nigra apparēte post signa digōnis: vt inferius patebit: dn̄t quidā. illa egō est mala que est signū malū: ⁊ est causa alicuius mali. dn̄t quidā. in stō humido egō erit maioris q̄ntitatis q̄ȝ in sicco: ⁊ q: multarum est superfluitatū que pn̄t cum egestiōe misceri: ⁊ ipsius augere q̄ntitatē: ⁊ q: cū sint hn̄ extensibiles: ⁊ fit capax multi cibi erit egestio eius multa.

Mutatio egest ōis liquide in durā: aut ecōuerso est laudabilis.

¶ Dixit Ipo. 2° ꝓnosti. ꝙ appropinquāte termino cretico bonū est stercus densari ⁊ in solidum cōmutari. Et dixit Ga. in ꝯ°. ꝙ Ipo. intellexit de egōne que ante fuit liquida. ⁊ non de ea que ante fuit solida dura. Egō autē que ante fuit liquida dȝ in solidā cōmutari: q: sic p̄cedit digestio. inducit oppositam qualitatē ei que p̄erat. Et per hoc datur intelligi etiā ꝯtrariū. s. ꝙ si egestio fuerit grossa appropinquāte crisi dȝ in liquidā cōmutari. liquida tn̄ nō dȝ in dicta cōmutatione in tantā soliditatē deuenire ꝙ fiat sicca squibalosa inobediēs euōni: sȝ ꝙ fiat cōdensata: ⁊ nō remaneat adeo liquida: vt ante fuerat. Et similiter intellige de cōmutatiōe grosse in liquidaȝ. vtraqȝ enim debet commutari in cōiunctā lenē: vt facilis sit exitus eius.

De egōe alba.

¶ Dixit Judeus. egestio alba sign̄at super icteritiā: ⁊ ꝙ n̄ speret̄ sup sanitatē vētris. Et si fuerit maioris q̄ntitatis debito sign̄at ꝙ epar omno nō sustinet aliquaȝ partē chili. Dixit Aue. 4. col. stercus album ⁊ liquidū melius in acutis febribꝰ. eo ꝙ colera ad partes supiores ascēdit: ⁊ etiā futurā significat icteritiā. Egō similis spermati ex flāte vitreo erit: ⁊ subalbus color in egestione sign̄at flā gipseum abundare: aut frigiditatē dominari. Et terreus sic luteus sign̄at priuationē aduentus colere ad intestina.

De egōne simili rei aduste.

¶ Egō similis rei aduste: sign̄at sup inflāmationeȝ epatis. Dixit Gal. p̄mo de crisi: ⁊ scribit̄ a Rabi. in 6ª particula.

De colore citrino viridi nigro: ⁊ liuido: ⁊ rubeo.

¶ Egō cuius color est citrinus purus tinctus accidit cum effundit̄ de colera citrina ad vētrē res plurima pura. ¶ Et egō viridis significat ꝙ p̄miscetur ei colera nigra que est vt erugo eris. ¶ Et egō nigra significat ꝙ p̄miscet̄ ei colera nigra: aut sanguis adustus iam illic: ⁊ si videris colorē egōnis trahētē ad offuscationē ⁊ plumbeitatē: ⁊ eger nō comederit aliqd cuiꝰ color iste sit sign̄at illud frigus ⁊ congelationē forte in mēbris interiorbus. adeo ꝙ iaȝ sunt in mortis termino ꝯstituta. ¶ Dixit Rasis. lo° ꝯtin̄. Si color egestiōis declinat ad liuiditatē plūbinā: ⁊ eger nō vtit̄ cibo cꝰ color talis sign̄at super frigiditatē ⁊ cōgelationē vehementē esse in mēbris occultis: ita ꝙ effecta sunt in termino congelationis. Color vero liuidus egōnis sign̄at mortificationē. ¶ Color viridis fit cum incipit fieri color niger: ⁊ ideo mala est egritudo in qua apparet color viridis in egestione vomitu vel vrina. sup. vel sputo vel alio quocunqȝ exeūte a corpe. Est. n. color viridis in egōnibus malus nisi sit a nā ciboꝝ. s. viridiū nō. n. hn̄t p̄dicti cibi mltū mutari in pª digōne. ⁊ iō pōt color coꝝ remanere in egōne maxime in febricitantibus quoꝝ virtus stomachi nō est fortis. ¶ Dix Ipo. 7° affo. In egritudine diurna colerice egōnes malū. Et Gal. dixit. in cōmē. ꝙ per colericas intellexit etiam rubeas: ⁊ virides: ⁊ nigras: ⁊ eruginosas: q: hec sign̄ant īflāmationē substantifice hūiditatis mēbroꝝ: ⁊ ꝓpterea putauerūt quidā ꝙ he egestiones debeāt esse vnctuose: que licȝ nō debeāt apparare vnctuose neqȝ colorate dictis coloribꝰ ex nā māe morbi cronici. ꝓpter tn̄ fixionē caliditatis preter nām: ⁊ pp̄ nimiā putrefactionē tales eueniunt. ¶ Dix Paulus. si egōnes fuerint multe citrinitatis in p̄n° morbi sign̄ant super colerā rubeā: sed si sic fuerint diminuto morbo ⁊ conualescēte egro sign̄ant sup nigredineȝ adustionis sanguinis. s. venturā. Et. A. dixit. 2ª q̄rti. Egō colerica ex p̄ncipio egritudis sign̄at dn̄iuȝ colere: ⁊ nō est bona. Et in fine eius apud declinationē sign̄at ꝙ corpus mundificat̄ ⁊ est sign̄o bona. Et dixit. qn̄ sepatur egō colerica multa: ⁊ non alleuiatur egritudo. tunc illud est sign̄o mala. ¶ Et fluxus vētris multus post signa mala ⁊ casum v̄tutis: ⁊ p̄ter ꝙ succedat leuitas est sign̄o mortis: licit ēt febris sit eradicata. i. appareat diminuta ⁊ remissa. Et fluxꝰ vētris multus p̄ter ꝙ succedat leuitas cui dominat̄ fetor in febribus acutis est mortale. ¶ Color rubeus ⁊ igneus in egōne colerā rubeā: ⁊ color croceꝰ colerā citrinā abūdanter ad intestina mandari sign̄ant.

Egōnis nigre sūt tres sp̄s siue modi ⁊ in qbus differunt.

¶ Supra in distinctione. de egōne appuit tres fore sp̄es siue modos egōnis nigre. s. fex sanguinis: ⁊ fex vini: ⁊ fel nigrū. Et inter fecē sanguinis ⁊ fecē vini ex vna pte: ⁊ fel nigꝝ ex altera pte ē dr̄ia mltiplex.

Et pma eaꝝ est:qꝛ mā illaꝝ duaꝝ est massa sanguinea in q̄
sanguis per adustionē vel mortificationem denigratur. sꝫ
mā fellis nigri est colera rubea facta fel nigrū per adustio/
nē:aut mā eius est portio meliē que subtilis exiccata est ꝛ
adusta.aut est mā eius egō nigra:sicut sanguis que dꝛ fex
sanguis facta fel nigrū per vlteriorē adustionē. ¶ Secūda
differētia est in cā efficiēte:qꝛ efficiens egōnē:sicut sanguis
est caliditas adurens vel frigiditas cōgelans. Sed efficiēs
fel nigrū est caliditas intēsior illa:ꝛ non fit nisi a caliditate
multū adurēte:ꝛ nunq̄ꝫ fit a frigiditate. ¶ Tertia differen
tia est ex pte coloris:qꝛ fel nigꝝ est nigrius nigredine illaꝝ
spēꝝ.ꝛ est eius nigredo lucida:sed fex sanguinis nō hꝫ tan
tam nigredinē:nec ita purā:sed aliquali rubori pmixtā.vn̄
quasi sanguis dꝛ. ¶ Et 4ª differentia est ex pte fetoris:qꝛ
egō feculenta:sicut sanguis est felle nigro fetidior.ꝛ hoc iō
qꝛ est corpulentior ꝛ plus retinens de humido habēte plu
res vapores ꝛ grossiores qbus fetidior reddiꝛ:ꝛ in ipso fe
tore ēt diutius pmanens est. Egō tn̄ feculenta facta per viā
adustionis multo fetidior est ea que fcā est per viaꝫ mortifi
catiōis a frido ingrossante ꝛ phibēte euaporationē. ¶ Et
5ª dfia est in mō sbē eaꝝ.qꝛ nigra vt fex sanguinis est gros
sior ꝛ spissior.fel vō nigꝝ est liqdius. ¶ Et 6ª differētia est
sumpta ex pte effectuū:qꝛ nigra feculenta nō ebullit terre
piecta:qꝛ hꝫ ptes grossiores.fel vō nigꝝ subtiliꝰ ꝛ calidiꝰ
ebullit odorē aceti tribuens a quo fugiūt musce. Et ppter
dcām causam egō feculēta existens in mēbro non corrodit
ipsum.sicut fel nigꝝ. ¶ De egōne nigra feculēta dicta fex
sanguinis.dn̄t q̄ non est absolute sic:qꝛ ipsa nō est melan/
colia nālis que pprie est fex sanguinis.sed dꝫ dici q̄ est ad
modū vel sicut fex sanguinis nigra residens:ꝛ qꝛ grossior
ēt est q̄ꝫ melia nālis.ideo dicī pōt similis feci vini rubei in
colore:ꝛ grossitudine ꝛ residētia. Qꝛ āt. A.dīx.4ª pmi.caº
de humoribus:ꝛ pma tertij.caº de epilia q̄ melia nālis est
sicut fex sanguinis:illa dictio sicut.ibi iproprie poniꝛ:cum
ipsa sit vere fex sanguinis:vel poniꝛ ad denotandū meliam
nālem nō esse veram fecē penitus a corpe expellendā:ꝫ cum
ordinata sit in certos corpis fines ꝛ vtilitates:ꝛ iuuamēta
dcā pº pmi.caº de humoribus. ¶ Scias q̄ egō que est sic
fex sanguinis:ꝛ q̄ est sicut fex vini ꝯuenīūt in hoc q̄ vtraq̄ꝫ
residet:sic mā grossa ꝛ nigra. Et differūt in hoc q̄ fex vini
est grossior ꝛ nigrior fece sanguinis:ꝛ cū hoc in sua nigre/
dine est lucida. ¶ Quidaꝫ assignāt felli nigro tres species

Fel nigrū hꝫ tres spe cies siue modos.

siue modos.s.fel nigrū sbtile acutū ex colere rubee adustio
ne generatū cuius acuitas est pp materie subtilitatē ꝛ cali/
ditatem vehementē:ꝛ in fel nigrū ponticum vel acetosuꝫ cu/
ius materia fuit fex sanguinis vlterius adusta.vel vt dn̄t q
dam ps melācolie naturalis grossa adusta cuiꝰ ponticitas
terrestreitati māe eius attestaꝛ. Et pdicte due spēs iniecte
terre nō ebulliunt:ꝛ in fel nigꝝ ꝛ acetosum ebullientē inie
ctu terre ex subtili pte melie nālis generatum p adustionē.
Et eius ebullitio:ꝛ acetositas subtili māe eius attestatur.
¶ Et scias.q̄ egestio nigra feculēta aliqn̄ sic incipit appa
rere:ꝛ sic fel nigꝝ:ꝛ aliqn̄ precedit eas alius color remissi
or vel citrinus vel rubeus:ꝛ tunc gradatim pcedit de illo
colore ad nigredinē pcedendo per colores medios iter ip/
sum ꝛ colorem nigrum:vt p viridē. ¶ Dn̄t qdaꝫ q̄ egō ni/
gra feculenta pōt intelligi p egōne quā Aui.14ª tertij.ap/
pellauit.2ᵃᵐ nigram:qꝛ nigra vt fex. Et pro nigra melanco
lia intelligiꝛ nigra vt fex sanguinis. ¶ Dixit Ypo.4º affo.
Egōnes nigre vel quasi sanguis scilꝫ non existentes tales
pp cibos vel medicinas ipsas tingentes sponte venientes ꝛ

Egestiōes nigre spō/te euacua te sūt pessi me ꝛ euā/te p farma ciā non:ꝛ quo differāt.

cum febre ꝛ sine febre siue sint tales per viam adustiōis si/
ue per viam mortificationis. In quibuscunq̄ꝫ corporibus
apparentes mortifere sunt.s.per viam signi:quia vt dixit
Gal.in cōmento.significant pessimas materias in corpore
exuberantes. Dicunꝛ autem egestiones nigre pessime:qꝛ
nulla alia est eis peior respectu significati:qꝛ significant ci/
tam mortem. ¶ Subdit Ypo.q̄ quāto plurium fuerint co
lorꝫ tāto deteriores sunt:qꝛ plures ꝛ magis lesiuas signi
ficant mās loquens de sponte egredientibus. Et iō subdit.
q̄ si tales egestiones cuꝫ farmacia educte fuerint.s.pluꝝ
colorum meliores.i.minus male sunt:qꝛ minus malam si/
gnificant mām q̄ꝫ sponte euāte:ꝛ q̄ non sint tante malitie
quāte ille apparet:qꝛ nō stimulauerūt expulsiuaꝫ ad expel
lendum eas q̄ꝫtuꝫ ille. Et subdit.quāto plures colores fue
rint in egōnibus euacuatis per farmaciā nō malum:idest
est minus malū q̄ꝫ si fuerint vnius coloris tn̄:quia maio/
rem ꝛ meliorē ostendūt corporis purgationem.nā si ex co
lorum diuersitate diuerse māe cōprehendunꝛ:indicant tn̄
mundificationē corporis ex ipsis fore factam. Dicūt tn̄ q̄
pdicta comparatio verificaꝛ solū per viam signi.nam per
viam cause tales euōnes sponte euenientes sunt meliores.
s.inquātum nocibilior per eas euāatur mā. Et intelligēduꝫ
est fm regulam Gal.ceteris paribus.nā vbi virtus nō po/
nereꝛ par posset oppositū euenire. Egōnes.n.nigre eueniē
tes sponte a virtute multum robusta ꝛ potente supra eas
possunt esse meliores q̄ꝫ eedem euacuate per farmaciaꝫ in
corpore virtutis debilis. Et predicte egestiones in febrien/
te euenientes deteriores sunt ꝛ citius inferentes mortē q̄ꝫ
in non febriente. ¶ Scias tamen ad predicta q̄ in egestio
nibus nigris plures colores dupliciter possunt accidere.
Uno modo vt plures colores comprehēdantur sub nigre/
dine:distincti tamen fm varios nigredinis gradus:ꝛ sic q̄
oēs sint nigri:sed vnus intensius:ꝛ vnus remissius. Secū
do modo vt sint alij colores a nigredine simul cum colore
nigro in egestione.verbi gratia.vt fiat vna pars egestionis
nigra:ꝛ alia alterius coloris:vt citrina vel rubea vel viri/
dis:parte tamen nigra vincente supra alias:vt eius victo/
ria tota egestio denominetur nigra. ¶ Notant q̄ egestio
nigra a farmacia euacuata:ante signa digestionis est mala:
minus tamen mala q̄ꝫ sponte eueniens ante signa digestio
nis propter causam supradictā:ꝛ que quia est minus mala
aliquando ab auctoribus appellatur bona fm quandam
cōmuneꝫ locutionem. Sed euāta sponte post cōpletam di/
gestionē est melior q̄ꝫ euacuata per farmaciam ēt post pfe/
ctam digestionem:qꝛ euō a nā facta est magis regulata q̄ꝫ
facta a farmacia:ꝛ cum hoc ēt nām potentiorem ostendit.
Euacuata tn̄ a farmacia exhibita post expectationem euō
nis nā:ꝛ que non euacuauit significat nām fuisse impoten/
tem ꝛ mām nāe inobedientē ꝛ est bona:ꝛ tn̄ egestio nigra
diuersoꝝ colorū simul facta a farmacia ante māe digestio/
nem si perseuerat est peior q̄ꝫ que non perseuerat.qꝛ mate
riam malā ampliorē significat. Et quāto est plurium colo
rum successiue eueniens tāto est minus mala:qꝛ tāto signi
ficat magis farmaciam mundificare corpus. Et notant q̄
egestio nigra diuersorum coloꝝ diuersas mās denotantiū
pōt esse minus mala q̄ꝫ egestio nigra pura inq̄ꝫtum deno/
tat nō tn̄ esse incendiū q̄ tota materia fiat nigra. ¶ Dixit
Gal.in cōmento dicti affo.q̄ egestiones nigre possunt ap

Egōes ni gre pñt ap parere in omni tpe morbi ꝛ in quo sint b tenorte.

parere in principio augmento ꝛ statu siue ante digestioneꝫ
siue post digōnem:ꝛ q̄ egestio nigra pura apparens ante
signa digestionis sub aliqua notabili quātitate peior est
egestione diuersorum colorum minus malorum sub tanta
quātitate vel minori:quia minus malam ostendit esse ma/
teriam:ꝛ significat materias:lꝫ malas habentes:tamē ad
inuicem resistentias siue repugnationes. ¶ Et dixit.q̄ ni/
gre egestiones apparentes in fine morbi significant nimi/
am incensionem vel putrefactionē:ꝛ non intellexit per ni/
miam summam ꝛ vltimatam:sed vehementem respectu alia
rum māerum solitarum superari a virtute:qn̄.s.potest cuꝫ
multa incensione ꝛ putrefactionem digerere mām:digōne
in nocitiuo que est pparare eam expulsiue:imo dicūt pos
sibile fore cum egōne nigra feculenta hypostasim in vrina
laudabilem esse.nam post est naturam potentē fore supra

ctĩm antecedẽtẽ ⁊ subtiliare ⁊ digerere eã ⁊ expellere eã p
viã vrine:⁊ mãm grossiorẽ ⁊ feculẽtiorẽ nigrã pparare ex/
pulsiõi:⁊ sic ppparatã expellere per viã egõnis q̃ erit nigra.
℄ Et pdicta egõ quãtũcũqȝ pessima sit per viã signi:vt di/
ctũ est:nõ tñ semp est mala nedũ pessima per viã cãe:põt.n.
esse bona cã mũdificãs corpus a pessimis materijs:⁊ ma/
xime qñ pdurat tpe cõpetẽti. Unde Aui.2ª q̃rti.dixit.q exi
tus multi chimi nigri pluries est bon⁹ pcipue si egreditur
post signa digõnis. Dicũt tñ q egõ nigra feculẽta eueniẽs
post corruptionẽ siue post corrosionẽ vel vlcera in substan/
tia ei⁹ semp est mala:⁊ p viã cãe:⁊ per viã signi:semp signi/
ficãs lesionẽ magnã in mẽbro pncipali:⁊ aliqñ expellitur
egõ nigra carnosa:q̃ est de suba epatis q̃ separat̃ in adustio
ne forti ei⁹ ⁊ expellit̃ ad intestina:⁊ est semp mortalis. repe
rit̃ tñ.14ª tertij.vna lr̃a q̃ dicit ipsã esse de suba stõi : s; nõ
bene vẽificatur. dixit Cõciliator. Ego respexi vrinã nigram
medicã corruscãtẽ in colore : vt cassiafistula in iuuene qnqȝ
dieb⁹ manẽtẽ:⁊ deinde redeũtẽ ad nãlẽ:⁊ in eo iã vestigia
lepre mõstrabant̃ in fine. Et dixit:talis egõ pessima est cuȝ
nõ ƀm viã fuerit purgationis. ℄ Dixit Jpo.4° affo.egritu/
dinib⁹ qbuscũqȝ icipiẽtib⁹ si fel nigrũ:aut sursuȝ aut deor/
suȝ emiserit mortale. Et h̃ siue spõte siue ab arte puenerit
q̃uis spõte veniẽs sit peius:q: nõ põt in pn° venire a nã ex
pellẽte ppter inhabilitatẽ mãe:s; puenit vi morbi pualen
tis supra naturam. ℄ Dicũt.q egõ fellis nigri in pn° mor
bi spõte veniẽs quãto est plũum colorũ tãto est deterior q̃
ipsa exito vni⁹ coloris:s; eueniẽs pluriũ colorũ a farmacia
exhibita est min⁹ mala q̃ vni⁹ coloris. Dixit Gal. in cõmẽ.
⁊ ponit̃.16° cõl.q fel nigrũ põt apparere post signa digõ/
nis:verũ tñ ƀm plurimũ fel nigrũ nõ seqtur digõnẽ ppter
mãe ĩhabilitatẽ ⁊ pessimitatẽ:s; vt plũ ante digõnẽ interfi
cit ⁊ cũ Aui.13° tertij.dixit.cap.de fluxu ventris diuum mo
dorũ q fel nigrũ apparẽs in fine morbi est mortale:nõ in/
tellexit post finẽ morbi idest post digestionẽ:s; itellexit de
apparẽte in pcessu finali morbi vel de apparente in fine.i.
in declinatione nõ vera. Dicũt q per sursuȝ intellexit Jpo:
vomitũ ⁊ sputũ. Et per deorsuȝ secessum ⁊ vrinã. ℄ Et dix̃
Jpo.eodẽ 4° affo. Quibuscũqȝ egritudinibus acutis:aut
cronicis:aut abortib⁹:aut aliter extenuatis ⁊ debilitatis:
q̃cũqȝ cã vel accidẽte vel dolore vigilijs vel abstinẽtijs ⁊ si
milib⁹:fel nigrũ aut sanguis niger exierit sequẽti die mo/
rietur:q: aut cito:aut sequenti die cretico ad plus. Et erit
hoc ƀm maiorẽ vel minorẽ debilitatẽ:⁊ ƀm materie praui/
tatem maiorem vel minorẽ. Et hoc ideo q: in talibus egri
tudinibus ⁊ dispõnibus fel nigrũ nũq̃ põt apparere post
signa digõnis:s; semp sigñat in eis mortẽ citã ppter mãȝ
pessimã cito agẽtẽ cõtra virtutẽ debilẽ:⁊ est autẽ fel nigrũ ex
mã deteriorẽ q̃ sit egõ nigra feculẽta. Et iõ q̃uis vtraqȝ si/
gnificet mortẽ fel nigrum significat mortem citiorẽȝ. Et vt
colligit̃ 16ª tertij.fel nigrũ exiẽs sursuȝ deterius est exeũte
deorsuȝ:⁊ exiẽs per sputũ deterius est exeũte per vomitũ.
Et exiẽs p vrinã deterius est exeũte per secessum. ℄ Dixit
Auc.4° collĩ.si in pncipio exierit colera nigra siue superi⁹
siue inferi⁹ mortẽ significat:eo q talis hũor cũ apparuerit
in pn° egritudinis significat:aut super abundantiã ipsius
humoris:aut super debilitatẽ virtutis:aut vtrãqȝ. ℄ Dñt.
q qñ egestio colere nigre pure similat̃ cũ appetitus defe/
ctu malũ significat. ℄ Egestio varia multis modis dr̃:aut
eniȝ est varia in mõ sube:q: .s. est subtilis liquida:aut gros/
sa spissa:aut sqbalosa:aut in colore:q: aut alba citrina ru/
bea viridis vel nigra:aut in odore:vt q: sine odore:aut pau
ci fetoris vel fetidissima:aut in quãtitate discreta:vt q: nũc
semel nũc pluries:aut in hora exitus:vt q: nũc exeat vna
hora nunc alia. Aut est varia in re sibi annexa : vt q: nunc
spumosa:nũc sine spuma:nũc pinguis:nũc sine pinguedi/
ne. Et est varietas egõnis aliqñ eueniẽs simultanea:vt qñ
plures diuerse substantie vel coloris:aut eedẽ qualitates in

Egestio nigra ñ sẽ per est mala per viã cause.

De felle nigro egrediente p egõnes ⁊ differẽt ab egõne nigra.

Egõ videtur varia multis modis.

eadẽ egestiõe egerũtur. Et aliqñ est eueniẽs successiua : vt
qñ in vna egõe vna sba vel vn⁹ color vl̃ vna alia qlitas emit
titur ⁊ in vna alia emittitur alia diuersa qualitas diuersa
ab ea q̃ prius fuerat emissa egredit̃. ℄ Dixit Jpo.2° pno/
sticoꝝ variũ stercus pductionẽ egritudinis significat:ne/
qȝ mĩn⁹ mortis signũ est q̃ q loturã pfert intestinoꝝ:aut
colorẽ pororũ:siue nigrũ. Et subdit. Cõtingit etiaȝ colores
istos simul euenire:⁊ fortasse egreditur quisqȝ eoꝝ de per
se. Egestiones aũt varie aliquando egrediuntur fecib⁹ p/
mixte:⁊ aliquando egrediuntur sine fecibus impermixte.
Dixit Gal.in cõmẽto.q egestio diuersoruȝ colorũ signifi/
cat q in corpore sunt egritudines multeque indigẽt spa/
tio lõgo:ad hoc vt digõnem suscipiant.nam qñ sunt multe
egõnes possibile est:vt quarũdam eaꝝ spatiũ sit longũ. Et
si nõ fuerint in eo egritudines longe : tunc nã pculdubio
qñ necesse est ei vt resistat inimicis multis:indiget ẽt vt re/
quirat tps lõgum in expugnãdo eos. Et hoc simultanee si/
ue successiue egreditur stercus varium. Et est adeo stercus
varium signum mortis:sicut est stercus q pfert loturã in/
testinorũ:sed istud est signum mortis:qm̃ nũnatur dissinte
riã ppter coleram manantem ad intestina ea excoriantem.
Et est istud stercus tale qualis est aqua in qua lota sunt in/
testina aialium : qm̃ pinguis est hmõi aqua. Et sunt in ea
q̃dã pellicule ⁊ rasure intestinoꝝ. Et est etiã stercus variũ
signũ mortis:sicut illud qd̃ ptendit colorẽ pororũ viridem
aut colorẽ nigrũ:qui duo colores in egestione significant
corruptionẽ humorũ. ℄ Dicũt quidam.q egestiones va/
rie:aut egerũtur in pncipio morbi:⁊ sunt significatio ma/
la:aut in pcessu post digestionem ⁊ ppe crisim:⁊ tunc sunt
significatio bona. ℄ Et dixit Jpo.2° affo. Quãto colores
magis plures fuerint egestionũ magis peius. Dixit Gal.p̃
de crisi. Egõ varia varijs possidẽri corpus dispõnibus mõ/
strat:⁊ iõ diuturna aut malitiosa est dispõ illa. Et idẽ dixit
Almã.4°. Et Hal.theorice.io. ℄ Dixit Jpo.2° affo. Jn vẽ
tris fluxib⁹ mutationes egõnũ iuuãt.i.iuuare significãt:⁊
hoc in fluxibus spõtaneis ⁊ factis a farmacia habẽte edu/
cere diuersos humores. ℄ Dixit tñ Aui. 2ª q̃rti. q diuer/
sitas coloris eius:quod egreditur in egestione est laudabi/
lis in duabus horis ⁊ non alibi:quaruȝ vna est diuersitas
cretica:⁊ in die cretico post digõnem:⁊ alia est post soluti/
uam potionem pertranseuntẽ fortẽ.significat.n.in his duo
bus significationib⁹ mundificationẽ corporis expectataȝ.
Unde 14ª.tertij dixit. Est enim in compulsione colorũ di/
uersoꝝ leuitas qñqȝ sed in alijs adustionẽ sigñat vel lique/
factionem vel multitudinẽ humoꝝ corruptoruȝ. ℄ Dixit
Auc.4° colliget. Stercus habẽs colores varios longitu/
dinẽ egritudinis significat ⁊ superabundãtiam diuersorũ
humorũ:sed si causa medicine solutiue fuerit salutẽ denũ/
ciat in qualibet egritudine. ℄ Dicũt. varietas ⁊ permuta/
tio egestionũ ante digestionẽ veniens:⁊ maxime in die nõ
cretico regulariter semper est mala. Jrregulariter tñ aliqñ
põt esse bona vel ad bonum:vt qñ pcederet a ṽtute expul/
siua multum forti expellente multuȝ aggrauata. vel aliter
stimulata a multitudine vel malitia illoꝝ humorũ corru/
ptoꝝ. Et sic pdicta varietas egestionũ:licet semper sit ma/
la per viã signi:põt tñ esse bona cã inquantũ eueniẽs vt di
ctũ est. põt esse cã maioris iuuamenti q̃ nocumenti pauci/
ficata per eam mã:sic enim Aui.16ª tertij dixit. Qui egerit
spẽs diuersas.s.colerici:⁊ spumosi spẽs pingues ⁊ non de/
bilitatur non opȝ vt ipm restringas ⁊ perducas ad egritu/
dines fraudulẽtas ppter restrictionem eius. Et hoc siue il
la egõ fiat simultanee siue vicissim ẽt cũ mediocri toleran/
tia infirmi:quoniã per eam fit euacuatio nociui. ℄ Dñt
q l; varietas egestionum veniens a farmaco habente eũa/
re diuersos humores in corpore scilicet repleto illis humo
ribus sit laudabilis ⁊ bona:veniens tñ a farmaco haben/
te educere solum vnum humorẽ est illaudabilis ⁊ mala:q:

De egõe diuersoꝝ coloꝝ siue simul siue successiue

signat effrenitatẽ illi⁹ farmaci. ¶ Subdit Ypo. nisi ad mala trāsmutent̄ ꝛ potuit itellexisse de trāsmutatiõe fctā ad id qd̄ est sl̄r malū: siue illud sit malū per viā cāe tm̄: vt si ꝑmutetur ad egestionē vnctuosā: siue ad simplr̄ malū per viā signi tm̄: sicut si ꝑmutaret̄ egestio ad fel nigruʒ. Siue ēt ad malū simplr̄ per viā cāe ꝛ signi sicut si ꝑmutaret̄ ad dissinteriā vel lienteriā vel ad egestionē epaticā: aut valde fetidā ꝛ similes. Et potuit Ypo. intellexisse de ꝑmutatiõe facta ad quātitatē cōtinuā vel discretā egredientē tolerātiā ṽtutis infirmi. nō. n. intellexit Ypo. de oi ꝑmutatiõe ad malū vel ad peius eo qd̄ eūabatur. nā posē est q̄ fiat aliq̄ ꝑmutatio ad eque malū: immo ad peius illo: q̄ ꝑmutatio erit laudabilis ꝛ bona: vt si cū eūatur aliqs humor malus eūetur post ipsuʒ humor alijs etiā peior eorū: cui⁹ tm̄ eūo ex corꝑe erat necessaria: ꝛ seq̄tur lenitas tolerante ṽtute. Et dicut: q̄ experiētia demōstrat eūonē diuersarū materierꝫ successiue factā min⁹ malā ꝛ meli⁹ supportabilē a ṽtute eē q̄ʒ simultaneā. ¶ Dixit Gal. 6° de interiorib⁹. ꝛ scribit̄ a Rabi in 6ª ꝑticula sic. superfluitates male q̄ in epate. ꝛ ēt alijs mēbris generant̄ expellunt̄ q̄n̄qꝫ fortitu^{ne} ipsius epatis ꝛ mēbrorꝫ ꝛ egrediuntur tūc egōes diuersorū colorū ꝛ odorꝫ malorꝫ: ꝛ sūt vrie. Et errāt tūc plures medici inexperti ꝛ putātꝫ tūc egrū morti ꝓximū: ꝛ he egestiões sepe fiūt post moram egritudinis absqꝫ apparitiõe signorꝫ digestionis. ¶ Dixit Ypo. 2° ꝓnosticorꝫ. aquosuʒ stercus ꝛ liquidū aut albū aut nimis citrinū: aut spumosum malū est. Et Ga. dixit. in cōmēto. aquosum stercus significat destructionē digestiõis: ꝛ albū significat q̄ colera nō mandatur ad intestina: aut sicut dixit qdā. significat abundantiā flegmatis: ꝛ stercus vehemētis citrinitatis significat aut admixtionem multe colere citrine aut melancolie: aut colere viridis: vt erugo eris. Citrinitas. n. in lingua grecorꝫ significat hos duos colores simul. s. citrinū ꝛ viridē. Et stercus spumosuʒ fortasse significat admixtionē vētositatis inflatiue in humiditate: cui⁹ separatio ab ea est difficilis: aut fortasse caliditatē superfluā: spumis. n. fit sicut in superiorib⁹ dictū est. ¶ Et dixit Ypo. ibidē modicū stercus ꝛ viscosum ꝛ lene siue albū siue citrinū: aut spumosum malū est. Et dixit Gal. in cōmēto. q̄ Ypo. noiauit duas spēs egestionis: que ambe ꝓueniūt a liquefactione corporis: ꝛ nō est differentia inter eas: nisi q̄ pauca viscosa alba aduenit ex liquefactione adipis recentis facta a caliditate ignea: que nō est magne malitie: ꝛ alia ꝓuenit ex liquefactione adipis antiqui: ꝛ est illa que est lenis trahēs ad citrinitatē: adeps enim cū antiquat̄ citrinatur: ꝛ ista est facta a caliditate maioris malitie: ꝛ q̄ per colorem citrinū potest etiā intelligi viridis: tunc etiā ipsa est mala si viriditas eius fuerit per admixtionem colere viridis vt erugo eris: ꝛ ei⁹ euētus etiam est a liquefactione vehemēti. ꝛ scias. dix. Ga. in hoc cōmento. q̄ oē quod ꝓcedit ex corpore qd̄ tu vides esse lene est tale per vnā duarꝫ ꝓprietatum. s. aut ꝓpterea q̄ ipsa recipit digestionē sm̄ equalitatem: ita q̄ nō effugit nā parte aliqua ei⁹ quā ipsa nō resilierit: aut ꝓpter liquefactionē vehemētē: ita q̄ nō sit in hoc aliqua ps eius cui non aduenerit causa liquefaciēs. Et ꝓpter hāc causam sicut meli⁹ est in omni quo fit iuuamētū: vt sit equale: similiter etiā qd̄ est malū est vehemētioris malitie: ꝛ est equale: qd̄ est q̄ primū suscepit operationē nature cum totalitate sua. Et similiter 2^{m} suscepit malitiā egritudinis cum totalitate sua. De re autem viscosa. de qua dixit Gal. in hoc cōmēto. superius etiam dictum est. ¶ Et dixit Ypo. vbi supra. pessimū ꝛ mortiferū est stercus nigrū ꝛ viscosuʒ ꝛ fetidū viride. Et Gal. dixit. in cōmeto. q̄ egestionis nigre. nigredo fit ex cōmixtione colere nigre pure. Et viriditas fit ex cōmixtione ei⁹: quādo non est pura: ꝛ eius quātitas est pauca. Et dixit. q̄ viscosum in hoc loco. Ypo. intellexit pingue: ꝛ egestio pinguis ꝓcedit a liquefactiõe adipis facta a caliditate ignea. Et fetor eius significat putrefactionē in corpore. ¶ Dicūt pessima egestio est illa que habet plura mala significata simul: vt si fuerit aquosa simul ꝛ nigra ꝛ fetens: vnde dixit. Auic. 4° colliget. stercus nigrū ꝛ viride fetens ꝛ cū pinguedine mortem significat in febribus acutis: q̄ inquātū nigra adustionē. inquantum pinguis mēbrorū liquefactionem ꝛ inquantū fetens humorū corruptionem significat. Dixit Rasi. 17°. cōtinētis. egestio cum tenasmone mala est ꝛ addit ad casum virtutis. ¶ Dixit Ypo. 2° ꝓnosticorꝫ. bonum est etiam si lumbricos admixtos habuerit. s. quando appropinquat crisis vniuersaliter versus crisim. Et Ga. dixit in cōmēto. nō laudat̄ eūo lumbricorꝫ nisi cum nā expellit eos infertius cum reliquis superfluitatibus que sunt in corpore: ꝛ non quādo expellit eos ꝛ egrediuntur sm̄ aliam cām per viā accidētis. ¶ Notant vermes aut egredi vi sinthomatis: ꝛ sic melius est eos egredi mortuos q̄ʒ viuos: quoniam si viui egrederentur hoc nō esset nisi q̄ nō possūt expectare ꝛ tolerare malitiā māe ꝛ egritudinis: sed fugiūt ab ea: ꝛ tamen anteq̄ʒ fugiendo exeant moriunt̄: aut egrediuntur vi nature: ꝛ sic melius est eos egredi viuos q̄ʒ mortuos: quia significatur fortitudo virtutis potentis eos expellere viuos. ¶ Dixit Aui. 2ª quarti. egestio super partes cuius stat res subtilis significat q̄ est veniēs ex epate ꝛ est mortalis. alīs. ꝛ melius. est mordicatiua faciens egestionem exire cum velocitate. ꝛ fortasse egreditur sola ꝛ est mala. Et dixit quando super ipsum est simile virus ꝛ emanat citrinum. Et dominatur fetor in febribus acutis est mortale. ¶ Et cū in egestione est aliquid simile corticib⁹ lupinorum in oībus egritudinibus. alī. ꝛ melius. in tota egritudine. erit hec significatio mala. ¶ Amplius in sermone 5° q̄ est de dispōnib⁹ mēbrorꝫ nutrimēti in tractatu de dispōnib⁹ intestinorum plura inuenies vtilia ad locum istum.

De lumbricis cum egestione exeuntibus.

Cū in egestione est aliqd sile corticib⁹ lupinorū.

¶ De signis sūptis ab exitu ventositatis. Cap. xxviij.

Dixit Ypo. 2° ꝓnosticorꝫ. vētositas sine sonitu melior est q̄ʒ que cū sonitu exit: q̄ que sine sonitu exit significat regionē intestinorū esse largam digestionē bonam ꝛ materiā obedientem: sed que cum sonitu exit significat oppositum. Et dixit Gal. in cōmēto. ꝛ etiā primo de crisi. ꝛ scribitur a Rabi in 8ª particula. sic egestio que vere significat q̄ illud quod egreditur est ventositas grossa cum humiditate subtili: ꝛ q̄ instrumenta ex quib⁹ egreditur sunt compressa coartata ꝛ stricta. ¶ Quod autem dixit Alm. 10. q̄ ventositas sine sonitu significat debilitatem virtutis: nō voluit per hoc q̄ sit ipsa melior absolute: sed solū in casu particulari: quod est quando existente causa vētositatis in corpore nā eam suscitauerit ꝛ euacuauerit eam cū sonitu hoc enim minus maluʒ est q̄ʒ sit calor innatus diminutus ꝛ debilis foret adeo q̄ neqꝫ sustentare ventositatem possit nec sustentatam expellere: ꝛ hoc qdē peius est q̄ʒ q̄ calor innatus posset ventositatem expellere cum sonitu. ¶ Et subdit Ypo. que vero cum sonitu emittitur melior est q̄ʒ que intercluditur ꝛ retinetur multam potens generare molestiam: ventositas tm̄ q̄ cū sonitu emittit̄ aut amentiam ꝛ lesionem rōnis: aut nimio dolore laborare patientem cogente eum ad emissionem ventositatis cum sonitu: ꝛ hec nisi voluntaria sit ipsius emissio: ꝛ cā huius habetur a Gal. in cōmēto q̄ ventositas existens cum sonitu in homine verecundo q̄ magis eligeret mori q̄ʒ emittere ventositatem cum sonitu est mala significās ipsum amentē aut fortiter in ventre dolentem. In homine vero inuerecūdo ꝛ de tali emissione non curante: ꝛ voluntarie eam cum sonitu emittente non est extimandum eā significare rem malā. ¶ Dixit Ras. 16°. continentis. ventositas si egreditur per inferiora in aliqua ornata persona vel etiam inornata que consueuerit inter familiares suos emittere eam cum sonitu non significat super aliquod horribile: ꝛ tamen si fit in persona verecunda ꝛ maxime in presentia personarum nobilium significat

super finalē dolorē aut super alienationē mētis. ¶ Et dixit
ibidem. vētositas de vētre si trāsmutat' in eructuationē me
lius est q̃ si nō trāsmutaret'. et dixit q in sano homine signi
ficat q vtit' cibis generātib⁹ ventositatē aut sup debilita
tē caliditatis innate: aut sup fortitudinē musculi ventris.

¶ De signis sumptis a vomitu. Cap. xxix.

Vomitus in suis significatiōib⁹ hȝ signi
ficare cōsilr egōni: q̃ ppter in
significando per id qd̄ euomit' recurrēdum est
ad suū capitulū: sicut in egestiōe vomitus qua
liscūq; sit per eū patiens a priori alleuietur an
gustia pōt dici bonus et laudabilis: et ecōtrario malus et in
laudabilis si post eū sequitur grauitas vel nocumētuȝ: aut
nulla saltē sequitur leuitas. ¶ Dixit Ypo. 2° pnosticorum.
quantū vomitus fuerit a simplicitate remotior tāto suspe
ctior erit non intelligens de vomitu humorū nālium et bo
norum: qm̄ talis quāto fuerit a simplicitate remotior tāto
erit melior. dixerūt. n. q laudabilis vomit⁹ est cui fuerit fle
gma admixtū cū coleris: sȝ intellexit de vomitu humoruȝ
innālium et malorū: qui quāto plures fuerint tāto deterius
erit: taliū. n. humorū vomit⁹ quāto fuerit a simplicitate re
motior tāto est suspectior et deterior. ¶ Et dixit Ypo. Vo
mitus sicut succus porri vt q est remisse viriditatis: et vo
mitus viridis. i. qui hȝ viriditatē intensam: qualis est que
erugo eris malus est: q2 significat dñiuȝ colere prassine vl'
eruginose: et per pñs adustionē et malitiaȝ magnam. ¶ Et
Ras. 17° ptinētis. addidit: aut q est niger aut alterat'. s. ad
citrinū purū vel rubeū purū. ¶ Et Auic. 1ª q̃rti. dixit. vo
mitus citrinus est malus: et est ille qui est viridis: et est sicut
succus porri: et pprie fetidior: et est sicut succus sicle viridis
et rubeus cuȝ nigredine et obscurus. Et deterior est qui est
sicut flos eris et niger. nā cū fit cū his spasmus subito eger
deficit statim nisi sit illic vtus. s. valida: et iam tunc fortasse
remanet in vita vsq; ad duos dies. ¶ Et subdit Ypo. vomi
tus plūbeus. supple: aut liuidus. malus est: q2 signat mor
tificationē caloris innati. Et dixit. vomit⁹ niger malus est:
q2 significat aut adustionē: aut mortificationē. Et dixit. si
oībus dictis colorib⁹ infectus sit morti cōtinue ppinquus
erit. s. patiēs. Et Aui. dixit. vbi supra. qn̄ euomunt' oēs isti
colores est malū valde: verūtn̄ dixit. ipse ne decipiaris in iu
dicio: opȝ vt cōsideret' ne sit tinctura illa in re comesta vel
ebibita. nā si idē fuerit color rei comeste nō significabit tūc
aliqd horribile. ¶ Et subdit Ypo. ois odor malus in quo
cūq; vomitu fuerit malus est. Et Aui. dixit. vomitus feti
dus est malus. signat eniȝ fetor corruptionē et putrefactio
nē in corpore in quocūq; exeūte a corpore inuentus fuerit.
¶ Amplius in sermone. 5°. in ca° de vomitu. multa vtilia
inuenies que poteris ad hunc locum adducere.

¶ De signationib⁹ sumptis ex sputo. Cap. xxx.

Sputum dixit Ypo. 2° pnosticorū. in om
ni acuta egritudine pulmonis
seu coste. i. panniculorū pectoris vtile est si ve
lox. i. cito in pn° apparens: et si facile sine labo
re et subrubeum sano sputo admixtum: q2. s. sa
liue: vt dicit alia translatio. valde. dixit. Gal. in cōmēto. q si
valde admixtū intelligēdū est sup cōmixtiōe sputi: et nō su
per rubedine et tale sputuȝ subrubeum accipitur in pdicta
cōmixtione: et significat q mā iam digeritur: et ideo albedi
ni appropinquat vel significat q in eo est flegma admixtū
coleris. ¶ Scias tn̄ q subrubedo et rubedo in sputo pos
sunt causari: aut a mā a qua decidit' sputum: et sic rubedo
melior est subrubedine sicut sanguis purus melior est san
guine flegmatico vel flegmati mixto cū colera rubea: aut
causat' sputū per viam digōnis: et sic subrubedo melior est
rubedine: q2 per illud qd̄ plus tendit ad albedinē plus at
testatur digōi. Cognoscitur aut sputū subrubeū existēs ta
le a decisiōe māe per eius viscositatē vel liqditatē: et cogno

Subrubedo et rubedo in sputo duas pñt habere causas.

scitur existens tale per viam digestionis: q2 bene priuatur
est viscositate: et etiā nimia liquiditate. ¶ Et dixit Ypo. spu
tū subsanguineum clarum salutem promittit in pulmonis
valitudinem in pn° apparens. Sed dixit Ypo. si hoc sputū
vsq; ad diē septimū permanserit: aut per amplius tēpus. s.
nō mutatū in colore eius: vel permanserit. i. retentum fue
rit: et non spuatur suspectum est. Nam vt dixit Gal. in cō
mēto de aptitudine tēporis: qn̄ prolōgabitur egritudo est
vt accidat error multotiens in curatione eius: aut ex infir
mo: aut ex his qui seruiunt ei: aut ex rebus extrinsecis: et
multotiens etiam ex medicis. Qz et si non accidat error ex
aliquo ipsorū: tunc tamē non fit securitas super virtutem
quin cadat et vincatur in spatio: in quo recipit mā digōneȝ
et non poterit expectare tāto tempore: bene ergo dicit alia
translatio si egritudini superueniant dies multi: et cū dispō
ne sputum fuerit: tūc fiducia tua in illa erit minor: et si spu
fortasse significant malitiā cōplexionis. Et dix̄ G. ꝙ accītia qb⁹ fit crisis noiant̄ signa ꝛ significationes ea quibus posse est scire. Greci.n.noiant signa ꝛ significationes ea qb⁹ posse est scire an infirm⁹ saluet̄ an pereat: ꝛ sunt signa q̄ significant debilitatē v̄tutū regētiū corpus ꝛ eaꝝ fortitudinē ꝛ ingrediunt̄ in ea q̄ significant digōnē ꝛ ꝯūū ei⁹. Sed ex accītib⁹ ex qb⁹ fit crisis nō est aliqd: cui⁹ dispō sit illa dispōꝛ ꝫ intellir ex eis ꝛ crisis accidit: ꝛ cū illo ēt an sit cū evōne an cū exitura: ꝛ cū illo ēt qb⁹ evōnib⁹ ꝛ qbus exituris accidit. veꝝ an crisis sit bona an mala nō ē posse vt sciat ex significationib⁹ hmōi qm̄ ꝑ eas nō inuenio istas crises ꝯuerti ad salutē plus q̄ꝫ ad mortē ꝫ scitur ex signis ꝛ significationib⁹. dixit.n. Ipo. ꝙ digō significabit velocitatē crisis ꝛ fiduciā salutis. Res aūt crude nō digerunt̄ ꝛ ꝯuertunt̄ ad exiturā malā: aut significat ꝙ nō erit crisis aut dolorē ꝛ lōgitudinē. ℭ Et dixit Ipo. ibidē adhuc significationes q̄s diximus in ethiopia ꝛ septētrione ꝛ expta.i.locis calīs ꝛ frigidis ꝛ medijs iter eos expti sum⁹. Et G. addēs in ꝯmē. dixit. In oi tpe ꝛ hora āni ꝛ i oi regiōe sig^a q̄ ex eis sūt mala significant malū. ꝛ q̄ ex eis sūt bona significant bonū semꝑ in oi regiōe. ℭ Et sbdit Ipo. nec aliq̄ te ꝑturbet: qꝛ locupleteris q̄ꝫ existimes tibi sig^{oꝝ} series arridebit: sic noiauim⁹ rōni i vigiles. Et G. dix̄ i ꝯ^{to}. qm̄ tu itelligis itellu bono v̄tutes significationū. tūc tu q̄ꝫuis nō ꝓcedas ꝛ scias semꝑ de aptitudine illud cui⁹ est vt accidat ꝺm v̄itatē: verūtn̄ cū tu iā v̄ificasti ꝛ iuenisti recte ꝺm pōm disciplinā multā nō errabis. Et. in h̄ ōndit̄ bonitas vni⁹ hois supra aliū ex eis q̄ añcedūt ꝛ iudicāt id qd̄ facturū est: qꝛ intētio preter ꝙ cadat error in illa maior est q̄ꝫ mēsura v̄tutis hois paucitas aūt erroris est de opatiōe prudētiū in arte mīre q recte iuenit ex illis in.20. vicib⁹: vice vna dn̄t nō posse errare nō pōt hoi inesse p arte ꝫ: qꝛ istud est soli⁹ dei: ꝛ est supra modū ꝛ mēsurā hois. Ars nō ponit nos vt nūq̄ꝫ erremus: ꝫ ponit in hoc ꝙ illi q habēt artē min⁹ errāt q̄ꝫ q nō habent eā: ꝛ pōt in h̄ poni ex^m de geometra ꝛ alijs mathematicis. ℭ Et dixit Ipo. neq̄ꝫ velis te ad alias egritudines ꝛ alias ꝑceptiōes diffundere: qꝛ determinant̄ q̄cūq̄ꝫ nr̄o numero dieꝝ neq̄ꝫ sunt expectāde ordine ꝑceptoꝝ. q.d. significationes q̄s diximus in egritudinibus acutis nō extēdas eas ad crōicas. ℭ Dixit G. 3° ꝓnost. sup v̄bo. apa in gutture ꝛc. oꝫ attēdere reliq̄s significationes in rectitudine ꝓnosticatiōis: in eo qd̄ est futurū. Et sit hoc ꝑceptū cōe ampli⁹ ꝛ in oib⁹ significationib⁹ ꝛ ꝓprie in illis q nō sunt in vltimo laudis nec in vltimo malitie. Et hec sunt ille de qb⁹ est de ꝯsuetudine. Ipo. ꝑcipere tibi ꝯsiderare reliq̄s ꝯsiderationes: oꝫ q̄ recte ꝓnosticari volētē ad oia supradicta attēti⁹ attēdere ꝛ fideli⁹ ꝯsiderare neq̄ꝫ nō ꝛ ad alia oia q̄cūq̄ꝫ ad ꝓnosticādū recte coadiuuāt q̄ maxi^e sūt iudicia signoꝝ bonoꝝ ꝛ maloꝝ ꝛ ꝯsidera^o rerū ꝑticularū occurrētiū. ℭ Dixit. G. p^a ad glau. febricitātiū ꝯtinue maxi^e egōnes ꝛ vrias ꝛ vniuersum ambitū corpis vidēdū ꝛ motū arteriaꝝ ꝛ q̄cūq̄ꝫ alia hmōi. dix̄. Et lōga ēt expiētia. Ipo. iussit ꝯsiderare tpa anni ꝛ regiōes ꝛ aeris ꝯstitutiōes ꝛ etates ꝛ corporū cōplones ꝛ ꝯsuetudines ꝛ p̄cedētia cāꝝ ꝛ q̄ coinuadūt egritudinib⁹ ꝛ q̄cūq̄ꝫ interim apparēt. Suasuꝫ enim est vt alicui vi p̄dicta oia ꝯsiderāti totū. f. esse ꝯsideratū qd̄ ꝯsiderādū est. Sꝫ dixit G. nō tn̄ ꝺm v̄itatē sic se hꝫ. nā qd̄ est maximū hoꝝ oium: dici v̄o paruissimū neq̄q̄ꝫ scriptū ē. Quid aūt sit h̄ q̄rēti rn̄dit q̄ꝫtitas egritudinis ad denotationē q̄dē vna denoiatiōe indigēs: ad vtilitatē v̄o maximū existēs nō est posse ꝓnosticari bn̄ absq̄ꝫ ꝙ certa q̄ꝫtitas p̄dictarū ꝑ rōciniū habeat̄. etenim siue ꝑnitiosa sit egritudo siue ꝛ qm̄ maxime posse sit mori hoiem siue ab egritudine liberari nisi oium p̄dictoꝝ quātitatē reduxeris ad duo capitula diligēter ꝯsiderās ad egritudinē. vꝫ. ꝛ egrotātis v̄tutē. neq̄q̄ꝫ poteris ꝓnosticari bn̄. nam v̄tute qdem ita forti existente: vt superet egritudinē necessariū est liberari hoiēꝫ: si v̄o ecōtrario fuerit ꝓculdubio mori. nō igit̄ q̄lis sit egritudo ꝺm spēm ꝯsideres solūꝫ ꝛ quātū magna: nō aūt hec paruo indiget exercitio cū hoc ꝙ neq̄ꝫ scribi pōt nec doceri. f. quātitas vniuscuiusq̄ꝫ: ꝛ qc qd tn̄ vtiq̄ꝫ apud nos est nō ab aliq̄ alio in tm̄ certitudinis accidit q̄ꝫ ex maxi^e exercitari: ita ꝙ quātitatis cōiectura: hoc aūt in ipsis opōnib⁹ discere posse est. ℭ Ideoq̄ꝫ dixit Gal. Ingrediētes ad infirmū primū q̄dē a maximis ꝯtēplari opꝫ ea q̄ sunt ꝺm seipsuꝫ: deinde vero ꝛ ab alijs nihil inquātū posse est ēt minimoꝝ omittētes magis aut minus indicationi q̄ ex maximis credere ex aliorū additiōe sit: ꝓcurauim⁹ eni dix̄ ipse aliqn̄ aliquos egros qbus sanus nō assueuimus nequaq̄ꝫ egro qualr̄ se hēant in colore aut habitudine aut nāli calore aut arteriarū motu ꝛ sciētes nō sufficiētes iudices vnq̄ꝫ fuimus vtiq̄ꝫ magnitudinis egritudinis eoꝝ. Inquātū eni egredit̄ a nā vnūqdq̄ꝫ in tm̄ magnitudinis accedit. quātū autē posse cognoscere. posse est soli id qd̄ ꝺm nām certissime sciēti. q̄re opꝫ: vt ea q̄ nō visa ignoramus ꝑ interrogationē discamus. ℭ Inquit Haly. io. theorice. oꝫ volētē rectā ꝓnosticationē adipisci vt ꝯtinue sit speculationis ꝛ discretionē acuat ꝛ ꝓlonget cognitionē collatione vtat̄ iter bona ꝛ mala signa: videatq̄ꝫ q plīmi sunt numeri ꝛ significatione fortiora ꝛ q̄ pauciora sunt numero ad significandū debiliora: examinet ergo signa virtutis egri noticia: ꝛ dehinc de morbo ꝛ ꝑ plā ꝛ supantia iudicet signa ꝛ fortiora. ℭ Et sciēdū qm̄ q̄ ad interitū sūt signa nō adiuuant̄ cū his q̄ ad salutis significationē sunt valida ꝛ cū hoꝝ vnūqdq̄ꝫ i extremo sit ꝯrioꝝ: ꝯria aūt vno eodēq̄ꝫ in loco nō ꝯgregant̄. Signoꝝq̄ꝫ nō imutat̄ significatio in oib⁹ regionibus etatibus ꝛ tpibus: sed q̄ laudabilia sunt bonū significant ꝛ q̄ illaudabilia malū. Iō si infirmū videas alleuiatū ꝛ qetu esse cū malis signis: nullis apparētib⁹ bonis pulsu v̄tute ꝛ anhelitu vrine digōne bona ꝛ alijs hmōi nō expedit te alleuiatoꝝ sic spē cōmēdare nec leteris in corꝫ patiētis portēde interitū. sic ꝛ si īfirmū videris in quo signa apparuerint bona vt pulsus robur ꝛ anhelit⁹ bonitas vrine digestio aliaq̄ꝫ hmōi: ꝛ accītia videris illa accidisse difficilia vt molestationē mētis alienationeꝫ fantasias visus ꝛ obstructionē p̄cordioꝝ dolorē ꝛ similia nō oportebit his turbari. hoꝝ nāq̄ꝫ accidētiū recessus velox erit ꝓpter infirmi a morbo suo salutē. Inquit enim Ipo. in affo. nō credēdū esse alleuiationi q̄ infirmo p̄ter rōnē fit: neq̄ꝫ res sunt verēde difficiles q̄ p̄ter rōnē fiunt: plura eni hmōi nō durant neq̄ꝫ plixa sunt. dixit aūt h̄ qm̄ signa bona semꝑ bonū ꝓtēdūt: ꝛ mala semꝑ malū: nec vnq̄ꝫ hec cessat regula. Et si nō est hoiem iuenire q nō fallat̄. magni nāq̄ꝫ medicoꝝ ꝛ ꝑitissimi nōnūq̄ꝫ peccauerūt. maxie in acutis morbis peccat̄ ꝑꝑ trāsit⁹ coꝝ accelerationē de vna hitudine in alias. In prolixis aūt morbis ꝛ cronicis vix incidit peccatū in ipoꝝ iudicio. Idcirco ergo. dixit Ipo. ꝙ in acutis morbis iudiciū vitet mortis ꝑfectiōis nō est in vltimo. hoc autē est ꝑꝑ māe subtilitatē ꝛ motus accelerationē ac trāsitū ab habitudine in habitudinē: sed cū medicus ꝑitus est ꝛ in libroꝝ studio diuturnus ꝛ exercitij circa infirmitates longioris ꝛ ꝓlixi tpis ꝛ eius speculatio sana est: dixit. peccabit in iudicando nisi raro. Ideo medicū opꝫ infirmos visitādos visitare ꝛ q̄ diligēter intuit⁹ fuit custodire discretionē ꝛ iudiciū acuere ꝛ collectiones optime appetere ꝛ coꝝ q̄ in nr̄o libro hoc diximus frequētare ordinationē: que si fecerint multa cita erūt dicta ꝛ facta: pauca vero peccata. ℭ Et dixit Hal. scias in morboꝝ principijs p̄mis die posse te saluādi salutē ꝓnunciare vel mortē iudicare: sed hoc est in morbis. quoꝝ q̄rto die ac septio finis occurrit. hoꝝ nāq̄ꝫ morboꝝ sig^a in p̄ncipiis patēt. quoꝝ aūt finis est in 14°. aut 20° ꝛ ꝛ q sequūtur salutē nō potes aut mortē agnoscere in p̄ncipijs: ꝫ intuenda erunt oi q̄rto die tibi signa morbiq̄ꝫ ꝯsiderabis inmutationē ꝛ motū ꝛ ad quā imutabit̄ hitudinē: hoꝝ nāq̄ꝫ morboꝝ status remotior est ꝛ motus tardus ꝑꝑ māe ipoꝝ q̄ssitiē: nec ipsoꝝ apparēt signa dieb⁹ p̄mis: sed differūt iuxta morbi lōgitudis q̄ꝫtitatē. Iōq̄ꝫ circa vnāquāq̄ꝫ spēm ipoꝝ

Sig^a bona semꝑ sunt bona ꝛ sig^a mala semper sūt mala ꝛ in oi regione ꝛ in oi tēpore.

Ars non facit vt nū q̄ꝫ errem⁹ ꝫ vt min⁹ erremus.

Oia signa ꝓnostica sunt reducenda ad duo. vꝫ. ad cōsiderationem egritudis ꝛ ad virtutis egrotātis cōsiderationem.

Sapientissimi medicoꝝ aliq̄ñ etiam fallūtur.

necẽ est hitudinẽ singulis iuestigare dieb⁹. ℭ Dixit Raſ.
16°. cti. Inqt Ipo. ille q vult pnosticari. scire dz oẽs pno/
sticatióes eq̃ rõne ppẽderet⁊ vires eaꝝ cferre in oib⁹ locis
pprie in vrina ⁊ egestione ⁊ sputo nãli ⁊ nõ nãli. ℭ Et dixͣ
Gal. Inspice in pmis vtrũ passio sit in aliquo mẽbro an in
toto corpore. deinde intuendũ est oẽs virtutes corpis vtrũ
infirment. Et perquire signões ex opationib⁹ earũ. ponẽ
do ergo ꝙ in vtute spũali nõ est passio: ⁊ cũ h adest febris:
tũc ponẽdo ꝙ in vrina a pᵃ die febris fuerint signões lau/
dabiles: dico ꝙ ipoĺe est ꝙ hic eger ex hac egritudine mo/
riat: lz in eo apparuerit aliqua signatio dubia: qm̃ ex eo si
gnatio hr per crisim: ⁊ h fit ad modũ tussis turbatiõis ani
mi imaginatiõis obscuritatis visus doloris stõi turbatio/
nis oculoꝝ vomitus egõnis male ⁊ turpis ⁊ putrefactiõis
alicui⁹ mẽbri: sz imediate post h erit mitigatio doloris ap/
petitus cibi leuitas corpis ⁊ ipsius corroboratio. vnde de
bes cferre pte vtutis pti egritudinis qm̃ ego iudicaui quẽ
dã patientẽ dormiẽtẽ aptis oculis: ꝙ h erat ei nãle: ⁊ aliuz
ꝙ planities timpoꝝ eius erat nãlis ⁊ iudicaui quãdã mu/
lierẽ cuius vn⁹ oculus erat minor alio: ꝙ hoc erat ei nãle:
vnde quotiens manifestatur tibi ꝙ egritudo caret fallacia
cũ pluribus significationib⁹ fortibus scire debes ⁊ potes
ꝙ illa signo mala accñs ei est nãlis. ℭ Dixit Alm̃. 10. signo
rũ. virtutes inter se cõferende sunt: vnũ. s. cũ alijs. vnũ nãqꝫ
signũ bonũ: cũ fuerit forte mltis malis pponderat. plerũqꝫ
ẽt signis bonis signa nõ bona cõiungũtur pessima vero si/
gna fere nũquã signis valde bonis cõmiscetur. ℭ Sũt aũt
ea q̃ pnosticator in mẽte hre dz ⁊ fideliter cſiderare ad de/
cẽ signationũ modos reducta: q̃ ab Ipo. ex serie sui libri p
nosticoꝝ sumunt. ℭ Et pmus modus est fortitudo infirmi
morbũ suũ faciliter tolerãtis: cui⁹ oppositũ est debilitas in
firmi morbũ suũ pati nequeuntis. ℭ Secũdus est leuitas
ifirmi facilr se mouẽtis hincinde: cui⁹ oppositũ est ad mo/
tũ ipsius grauitas tãqꝫ pigri vel multo tpe pssi in eũdo: vel
se voluẽdo ⁊ sustinẽdo sua membra caput brachia ⁊ crura
aut in sustinẽdo indumẽta sua vel pãnos lecti aut papsidẽ
vel cifuz in manu sua. ℭ Tertia est effigies mẽbroꝝ sibi
effigiei sui sani: ⁊ pcipue faciei: cui⁹ oppositũ est effigies si/
bi sano dissilis. ℭ Quart⁹ est bonitas mẽtis cũ bonitate ⁊
facilitate appetitus: cuius oppositũ est mẽtis pturbatio ⁊
deficiẽtia cũ difficultate appetit⁹. ℭ Quintus est bonitas
sõni debito tpe facti egrũ iuuãtis ⁊ cõfortãtis: cui⁹ opposi
tũ est malitia sõni nõ cõgruo tpe facti egrũ grauãtis leden
tis vel nõ iuuãtis. ℭ Sextus est sanitas ⁊ bonitas anheli/
tus: cui⁹ oppositũ est anhelit⁹ angustia ⁊ isuauitas. ℭ Se
ptim⁹ est eq̃litas ⁊ ordinatio pulsus: cui⁹ oppositũ est in/
eq̃litas siue diuersitas ⁊ inordinatio. ℭ Octauus est for/
titudo vtutũ nãliũ: cui⁹ oppoᵐ est ipsaꝝ debilitas. ℭ No
nus est laudabilis purgatio in vrina sudore egõne ⁊ alijs:
cui⁹ oppoᵐ est illaudabilis supfluitatũ euo. ℭ Et decimus
est mãe morbi dilatabilis exitus in suba q̃litate ⁊ q̃titate
sine dolore: cui⁹ oppoᵐ est ipsius cstrictio exit⁹ ⁊ egressio
eius in nõ bona suba q̃litate ⁊ q̃titate ⁊ cũ dolore.

Decẽ sũt ea q̃ pnosticator in mẽte habere dz ⁊ fideliter cſiderare.

ℭ De causis mortis. Cap. lij.

Auicẽna sc̃da quarti. dixit. Iã sciuisti ho/
ras egritudinũ ⁊ sciuisti ꝙ mo/
tus i piodis qñqꝫ fit addẽdo i labore ⁊ signat
statũ: ⁊ qñqꝫ fit minuẽdo signat declinationẽ
⁊ ꝙ vehemẽtiores siũt motus egritudinum ⁊
accñtia eaꝝ in nocte pp vehemẽtiã occupationis nãe in di/
gerẽdo mãm: tũc ab oi re. i. ab oi mõ quo peccat ipsa mã:
pp qd mã cõmouet ⁊ ab ea vapores mali eleuant q sũt cã
taliũ accñtiũ maiorũ: vt pz ẽt tpe crisis. ℭ Et dixit ꝙ mors
fit aut a cã q̃ corrũpit cõplo cordis: aut pp cãz qua resolui
tur virtus q̃re extinguit. Et facta pp cãm q̃ corrumpit cõ/
plo cordis aut est dolor vehemẽs aut q̃litas supflua de q̃li
tatibus notis. i. pmis: aut est q̃litas extranea venenosa: aut
retentio materiei anhelitus: ⁊ pp h opz vt dimittant respi/
rari: ⁊ ne pmittant guttura eoꝝ exiccari. Triplr eni cõtin
git mori in aliquo tẽpore morbi. p rõne q̃titatis mãe suffo
cãtis. Scdo rõne excessus suaꝝ qualitatũ pmaꝝ: vt intensi
caloris vel frigoris. Et tertio rõne occulte dispõnis siue ve/
nenositatis vt in pestilentia in qua nõ est alicuius manife/
ste qualitatis mãe vehemẽtia. In pncipio tñ morbi cõpato
augmẽto ⁊ statu plus ctingit mori ex quãtitate mãe. In
augmẽto tñ ⁊ statu plus tñ in statu ctingit mori ex mali/
tia mãe. Dixͣ. n. Aaron. ꝙ pl'es morbi interficiũt in augmẽ
to eoꝝ. ℭ De spẽb⁹ tñ mortis q̃ accidit in horis febriũ. dixͣ
Aui. 1ᵃ. 4. de illis est mors q̃ accidit illis in pn° paroxismi
febris ⁊ augmẽto ei⁹ aut resolõne ⁊ reuolutiõe. alr. releua
tione. Et plm ei⁹ est in febrib⁹ apetũ intrinsecoꝝ vbi effun
ditur ad ipsa supfluitas subito ⁊ in egritudinib⁹ malignis
a qbus supat nã in pmis cũ mouet cũ fortitudine: pcipue
si fuerit debilitas ⁊ ad sũmũ est sicut pfocãs ⁊ sicut extin/
ctio ignis a multis lignis. Et de illis est mors in statu po/
rismoꝝ febris pp ter supationẽ febris ab egritudine. Et 3ᵃ
est mors facta in declinatione: ⁊ est pauca ⁊ rara: ⁊ pluri/
mũ eius est in declinatiõe particulari nõ vli. Et cã in ea est:
q: nã est sicut secura ⁊ expanditur caliditas ⁊ patit ⁊ disp
nit necessitas aliter retentio q̃ est necessaria in horis pnci/
pij. Et pl'es coꝝ moriunt cũ sincopi subito: ⁊ qdã eoꝝ mo
riunt gradatim. Et fortasse declinatio est declinatio q̃ est
facta mollificatiõe vtutis ⁊ resolutione caliditatis inate: ⁊
q̃re existimat ꝙ sit decl'o eius. Et pulsus quidẽ diuersificã
tur in vtrisqꝫ decl'onibus. Ipse enim in vera cfortatur ⁊ in
falsa mollificat ⁊ i vera eq̃tur ⁊ in falsa diuersificat ⁊ egre/
ditur ab ordine. In decl'one aũt totali nõ morit aliqs nisi
pp ter cãs laboris de foris q̃ supueniũt infirmo: ⁊ est de il/
lis sicut motus ⁊ eleuatio ad sellã aut ira ⁊ silia. Et qñqꝫ q̃/
dẽ accidit huic ⁊ prime ⁊ hmõi ꝙ morti añcedit sudor pau
cus viscosus: ⁊ morit multotiẽs aliqs in variolis in decl'o
ne. s. nõ va: sed facta p reditũ mãe ad interiora: ⁊ multo/
tiẽs añcedit cũ sudor ieq̃lis ad frigus decliuis ⁊ fortasse est
in capite ⁊ collo tñ ⁊ fortasse est in pectore tñ: ⁊ qñ cutis
in aliquo fuerit spissa densa sicca nõ erit tunc mors per su/
dorẽ ⁊ cũ eius cõtrio erit cũ sudore. ℭ Dixit eni Raſ. 16° cõ/
tiñ. Quotiẽs cognoueris ꝙ patiẽs moriturus est sm sigᵃ
⁊ in cute eius fuerit mollities aut lenitudo moriet cũ sudo
re pcedẽte mortẽ eius. sed cũ in ea fuerit siccitas aut rigidi
tas: absqꝫ sudore moriet. ℭ Dixit Iudeus. in quo morit ⁊
soluit venter moriet absqꝫ dolore: ⁊ in q̃ fuerit vẽter siccus
tẽpestatẽ patiet vehemẽtẽ valde. ℭ Dixit Aui. plz mortis
fit in egritudinib⁹ mortalib⁹ ex modo aliq in hora in q̃ fit
cris bona in egritudib⁹ salutis. Et egri°. i. mor⁹ egritudinis
erit in parib⁹: ⁊ si erit in iparib⁹ mors erit iparibus. dixͣ. n.
Alm̃. x°. Si in die tertia mã febris visa fuerit furere scias
egrũ nõ euasurũ in septima maxime si non apparuerint si/
gna digõnis in vria neqꝫ in egõne: ⁊ si in quarta febris fu/
rere ceperit ⁊ digõnis signa apparuerint ⁊ videbit febris
quasi esse occulta nullo modo manifesta scias febrẽ longã
esse ⁊ maxime si facies egri non macrescit ⁊ nõ fit tornati/
lis: ⁊ si in die q̃rto fortior facta fuerit febris ⁊ digestio nõ
apparuerit: scias eũ moriturum in septima. ℭ Et dixͣ Aui.
scias ꝙ causon ⁊ q̃ sunt ei silẽs attrahunt mortem in statu
paroxismi: ⁊ accidũt cũ ea accñtia mala de pmixtiõe rõnis
in vehementia angustie ⁊ pfunditate somni dicunt qdã. i.
impotentia vigilãdi ⁊ debilitate tolerantie febris: deinde
accidũt dolor capitis ⁊ tenebrositas oculoꝝ ⁊ dolor oris
stõi ⁊ ingetudo ⁊ febris flãtica attrahit mortẽ in pn° poᵐⁱ: ⁊
⁊ tunc est frigus longũ ⁊ non calefit: ⁊ pulsus puus valde
sicut vermicularis ⁊ vehemẽs fit pfundatio sõni ⁊ pigritia
⁊ ad somnũ vnaqueqꝫ attrahit mortez in hora in qua ipsa
fit vehemẽtior sup infirmũ plus siue fit in pn°: siue in au/
gmento ⁊ statu. ⁊ mors qdez in augmento apparẽte fit in

Tripliciter cõtingit mori.

Quõ in declinatione cõtingit mori.

paucis siue parū accidit. Et cū ita consideras signa mortis in hora quā diximus ꝛ nō inueneris eā tūc existima q̄ erit mors. Si aūt ꝯsecutus fuerit illud aliqđ maloꝝ signoꝝ ꝑdictoꝝ tūc iudica ḿʒ plʒ si fuerit poxīmi ipares q̄ ip̄e morieť in 7°:ꝛ si fuerint pares morieť in ꝑmo p̄cipue si fuerit egritudo velocis motus:ꝛ h̄ idem dixit Gal. pulchre 3° de crisi:ꝛ dixit 2° regiminis acu. mors subita cāťur ex passionibus cordis ꝛ cerebri:vt pʒ in sincopi ꝛ apate cordis ꝛ ep̄ia forti.

Signa mortis absq̄ crisi

ℭ Significatiōes mortis absq̄ crisi de illis sūt. dixit Aui. 1ª 4ᵗ. debilitas v̄tutis ꝛ defect⁹ eius ad resistendū egritudini. Et de illis est tarditas signoꝝ digōnis. dio. Et de illis est v̄tus egritudis cū tarditate motus ipsius: ꝛ qñq̄ aggreganť oia ista:ꝛ est magis pnitiosuʒ. s. absq̄ crisi. dicūt q̄ si sunt duo gemelli sil'concepti:ꝛ eodē tēpe nati eiusdēq̄ cōpl'onis cōpōnis ꝛ hitudinis ꝛ eadē dieta nutriti ꝛ in eadē regiōe ꝛ in eodē aere si egrotāt eadē egritudine de eadē mā ꝛ eodē tpe ꝛ eodē regie reganť ꝛ eodē medico: ꝛ oia ēt alia pticularia ꝯcurrāt silia:qđ pos'e est:tūc vī per illud p̄suppositūʒ pos'e q̄ si vnus eoꝝ euadit ab egritudie q̄ alter silr̄ euadat ab egritudine:ꝛ si vnus moriť ex ea morieť ꝛ alter. Cuius oppositū G. in de creticis dixit:ꝛ voluit q̄ alter possit euadere ꝛ alter mori:ꝛ sic experientia docet. Et h̄ est q2 sicut fulgur cadēs de celo cadit in vno loco ita q̄ nō in alio. ꝛ qñq̄ nō tāgit locū sibi ꝯtinuū: ita corpa celestia influūt virtutē in vno loco quā nō influūt in alio etiā sibi ꝯtinuo vel vicino. Ita vnus duoꝝ gemelloꝝ pōt recipere influētiā in sua ꝯceptiōe ꝛ in sua natiuitate ꝛ in egritudinib⁹ suis ēt aliā quā nō recipit alter:qm̄ ḿʒ diuersos hoies sūt diuersi circuit⁹ capitis in celo. diuersoꝝ itaq̄ capitū diuerse pn̄t eē i'fluentie a corpib⁹ celestibus:ꝛ sic de illis duobus gemellis:vnus pōt creticare ad bonū ꝛ alter ad malū: iterūq̄ p̄t h̄ ꝯtingere ex p̄te ꝯpl'onis:q2 lʒ possint eē de eadē ꝯpl'one ḿm latitudinē ꝛ ḿm sensum:tñ ḿm cōpl'onē propriā ꝛ punctualē non sibi simul approximari. Dixit. Auic. ꝑma p̄ᵉ cap° de cōpl'onibus est impos'e. qm̄ ḿm diuersos situs corpoꝝ superiorū ꝛ ḿm diuersas influētias ipsoꝝ que ꝯtinue fiunt diuersi erūt cōcursus elemētoꝝ ad mixtū causandū:ꝛ sic diuerse cōpl'ones pūctuales:ꝛ sic est de illis gemellis. q̄re vnus eoꝝ pōt euadere:ꝛ alter mori.

ℭ De signis salutis ꝛ mortis. Cap̄.liij.

Quinto dinamidiaꝝ scribiť sic. quisq̄ die mēsis ꝑ in infirmitatē ceciderit 3ª dies sequēs timēda est quā si trāsierit ifirmus vsq̄ ad trigita dies euadet. Qui vero scđa die egrotauerit. 14ª dies timēda est quā si trāsierit euadet:quāuis diu sit egrotās. Qui autē 3ª die inciderit in morbū sine molestia liberať in ꝑximo. Qui v̄o q̄rta die ceciderit grauiter vsq̄ ad 2ᵒᵐ erit: quam si effugerit euadet. Quinta aūt die egrotās:lʒ grauiter patiať euadet. Et 6ª die egrotās lʒ sanari videať. 5ª tñ die alterius mēsis morietur. Qui 7ª die deciderit absq̄ molestia liberabiť. 8ª die decidēs si nō fuerit factus sanus vsq̄ ad 12ᵐ diē morieť. 9ª aūt die egrotās cū sūma molestia euadet. decima v̄o egrotans die ꝑculdubio. morieť. Et ixª decidēs die liberabiť in ꝑximo. 12ª die q decideriť nisi liberat⁹ fuerit infra. 15. dies morieť. 13ª die q decubuerit erit infirmus. vsq̄ ad. 18. quā si trāsierit euadet. 15ª die ꝛ nisi infra diē cōualuerit morieť. 14ª die decidēs manebit vsq̄ ad. 15. diē ꝛ euadet. 16ª die decidēs lʒ p. 28. dies molesteť euadet. 17ª die decidēs infirmus erit vsq̄ ad 18ª. ꝛ euadet. 18ª die decidens cito liberabiť. 19ª die decidēs silr̄ euadet. 20ª die decidēs in. 5. die euadet: ſʒ tñ in sequēti die morieť. 21ª die egrotās nisi piculū mortis incurrat infra. 10. diē alterius mēsis liberabiť. 22ª die qui infirmať:lʒ decē diebus grauiter egrotet liberabiť. 23ª die q infirmať quāuis sit cū molestia altero tñ mēse liberabiť. 24ª die decidēs in. 22. liberabiť:attñ i sequēti mēse morieť. 25ª die decidēs:lʒ vsq̄ ad aliquātulū patiať euadet. 26ª die decidēs:lʒ vsq̄ ad exitū patiať:tñ altero mēse liberabiť. 27ª die decidēs nō morieť ꝛ. 28ª mortē innuit in. 20. Et alr̄ di 27ª die mortē minať. ꝛ. 28ª mortē innuit in. 20. 29ª decidens die paulatim in altero mense liberabiť. In. 30ª die decidēs dubiū est vtrū euadat. Et silr̄ q. 31ª die infirmať vtruʒ euadat ignorať.

ℭ Dicūt vrīcā de vrina infirmi infunde:ꝛ si sequēti die viridis fuerit viuet:si nō:nō. ℭ Et dicūt q̄ de lardone pedes egroti a calcaneo vsq̄ ad policem inunge ꝛ iacta ip̄m cani quē si comederit ꝛ nō retinuerit moriť. si aūt collegerit ꝛ nō eiecerit viuet. ℭ Et dn̄t si infirmus nō dormierit succū iusquiami ꝛ mēte sil' mixtū induc fronti: ꝛ si dormierit viuet:ꝛ nō morieť. ℭ Dixit Guido de aretio: si vis inuestigare mortē vel vitā cuiuscūq̄ egri. Accipe vrinā ei⁹ ꝛ lac mulieris masculū lactātis:ꝛ sil' misce ꝛ si se adinuicem coadunauerint viuet:si āt nō:nō:si vnū ab altero separabitur morieť. ℭ Dixit Albertus magn⁹ q infirmanť in ꝑn° mēsis lunaris eoꝝ corpa erūt ad expellēdū egritudinē fortiora ꝛ in fine mēsis erūt eꝯ. ℭ Dixit Mirach scotus hoc idē. Et subdit. ideo in initio noue lune si corpus cadit in infirmitatē nisi sit maxima culpa ledētis vel egri lʒ dubia vl' grauis videať infirmitas nō pōt prolōgari magis q̄ʒ ad mediocritatē:ꝛ postea incipit paulatiʒ meliorare donec est sanus sicut ifirmitas incepit paulatim augeri. In inceptiōe v̄o diminutiōis lune ꝛ in vacuitate aliqñ solēt nasci infirmitates diuerse. i. cōmixtiōe multoꝝ humoruʒ:ꝛ ideo sunt duriores ꝛ tardiores ad sanandū ꝛ ad bene ꝯsulēdū.

ℭ De signis lōgitudīs ꝛ breuitatis egritudinis. Ca.liiij.

Longitudo ꝛ breuitas egritudinū cognosciť ex signis sumptis a trib⁹ gñib⁹ reꝝ. s. nāliū nō nāliū ꝛ p̄ter nāʒ. Et signa sūpta a reb⁹ nālib⁹ sic hēnť:nā cōpl'o nālis vel acq̄sita frida egritudines lōgas efficit max̄ª māles pp̄ ipotētiā caloris nālis in resoluēdo ꝛ cōsumēdo mās egritudinē faciētes. Et ꝯpl'o hūida ex multitudine hūiditatū facit egriᵗᵘᵈⁱⁿᵉᵐ saluā fore longā:q2 multū tp̄s exigiť in ꝯsumptiōe illaꝝ:egriᵗᵘᵈⁱⁿᵉᵐ āt mortalē breuiat q2 ibi v̄tus morbo succūbit:sic i mortali succūbit egritudinē humiditates multe grauāt sup nāni:vñ citius suffocanť. Cōpl'o āt calida ac ēt ꝯpl'o sicca pp̄ ꝯ̄rias cās sunt cā breuitatis morbi. ℭ Cōpositio siue habitudo corpis dēsa ꝛ stricta est cā lōgitudinis morbi ꝓhibēdo citā resol'onē supfluitatū:rara vero ꝛ lata corpis textura morbos breuiat pp̄ ꝯ̄riā cām. ℭ Humor grossus viscosus ꝛ crudus ꝛ multus ꝛ frigidus cā est ꝓlōgationis morbi sicut hūor subtilis fluidus digestus paucus ꝛ calidus breuitatis eius pp̄ facilitatē citē ꝯsumptiōis ꝛ resolutionis ipsius. ℭ Mēbrū egrotās in ꝓfundo corpis sitū cā est longitudinis morbi sicut positūʒ in sup̄ficie est cā breuitatis ipsius pp̄ aptitudinē ad resol'onē māeꝝ in ipso ꝯtētaꝝ ꝛ habilitatē recipiēdi bn̄ficia medicinaꝝ sup appositaꝝ. Itē mēbrū egrū sitū in longinquo a mēbris ꝑncipalib⁹ ꝛ fonte caloris nālis est cā prolongationis morbi sicut sitū in ꝓximo est cā breuitatis ei⁹. Item mēbruʒ ignobile egritudinē suā ꝓlongat:nobile vero abbreuiat. ℭ Uirtus fortis cū suo calore ꝛ spiritu egritudies salubres abbreuiat:mortales v̄o sicut virtus debilis econtrario facit:dicunt q̄ lʒ in morbo salubri de per se virt⁹ debilis sit causa ꝓlongationis eius:non tñ est cā semp minoris seuitatis accītiū:ſʒ vtplurimū maioris:q2 pluʒ potest seuere morbus hmōi virtute ente debili q̄ʒ ea ente forti. Et dicūt q̄ v̄tute ente forti potest cāri aliqñ morbus salubris minus acutus ꝛ minus breuis q̄ʒ v̄tute ente debili qđ ꝯtingere pōt ꝓpter disproportionē māe aut ꝓportionē conat⁹ nāe ad depellēdū morbū. Et dicūt q̄ v̄tute ente forti morbus salubris:vt dictū est:est breuior saltē ḿm plim:ſʒ tñ cōtingēs est ipsum esse seuiorē:q2 ea ente forti ꝯtingēs est vehemētius agitari māʒ:vnde maior seuitas accītiū ꝯtingit: h̄ q2 cū virtute forti aliqñ intēsior putrefactio iueniť:q2 cū

v̄tute forti maior erit cā ad inducēdū putrefactionē. Et di/
cūt ꝙ in morbo salubri de mā eq̄li v̄tus fortis breuiat mor
bū. vt voluit. Gal. circa finē secūdi libri de dif. feb. v̄tus aūt
debilis nō. Et rō est: qꝛ plus pōt v̄tus fortis sup equalem
morbū breuiādū q̄ȝ v̄tus debilis sup ipsum stante eq̄litate
morbi: sȝ nō stāte morboꝝ eq̄litate salubriuȝ pōt eque cito
curari morb⁹ salubris: imo citi⁹ cū v̄tute debili si sit morb⁹
tāto leuior aut plus quāto v̄tus fortior est potētior debili.
In morbo aūt mortali eq̄li virtus fortior est cā ꝓlōgatiōis:
qꝛ idē morb⁹ pōt citi⁹ supare v̄tutē debilē q̄ȝ fortē: sed stāte
disparitate morboꝝ mortaliū pōt eq̄ ꝓlōgari morbus cuȝ
v̄tute debili q̄ȝ cū forti vel etiā magis: vt apparet si suppona
tur morbus mortalis tāto minor aut ampli⁹ cōiungat̄ cuȝ
v̄tute debili quāto v̄tus fortior est potētior debili. ¶ Etas
iuuētutis ꝑꝑ fortitudinē suaꝝ virtutū ꝛ humoꝝ subtilita/
tē in ea abūdātiū egritudiēs breues facit: senectus v̄o ꝓlō/
gat: ꝛ etas pueritie mediuȝ tȝ. ¶ Et sexus virilis ꝑꝑ silem
cām egritudiēs breuiat: muliebris v̄o ꝓlōgat. ¶ Dix G. 3°
ꝓno. in ꝯ¹°. verbi qb⁹ febris ꝑmanet ꝛc̄. Qꝫ cāe lōgitudis
febris sunt tres: q̄rū vna est mēbrū in q̄ est egritudo qn̄ ei⁹
sanatio est difficilis: scd̄a est hūores grossi ꝛ crudi q nō di/
gerunt̄: ꝛ 3ᵃ est error accn̄s in curatiōe. Et ista 3ᵃ est vna de
causis nō n̄alibus. opȝ. n. vt nō sit error sup ifirmū ex seipo
neqꝫ ex medico neqꝫ ex ministris: aut extrinsecus sic̄ ē error
ex hora p̄nti ꝛ regiōe ꝛ dispōne aeris ꝛ ex loco in quo est in
firm⁹ qn̄ est malus: aut ex nocu¹° quo ledit̄ a tedio vel tri/
stitia: tūc eni remanet vt sit cā lōgitudinis febris: ꝛ eꝯrio cū
nō accidit error in curatiōe ex pte p̄dictoꝝ egritudo breuia
tur. ¶ Dixit Ipo. 1° ꝓno. Estiue quartane vtplīm sunt bre/
ues: autūnales v̄o lōge ꝛ maxie q̄ ad hyemē cōuertunt̄: ꝛ
silr̄ est de alijs egritudinibus: ꝛ h̄ qd̄ dix̄. maxi° q̄ ad hye/
mē ꝯuertunt̄: pōt exponi duplr̄. vno mō ꝙ voluit ꝙ egritu
dines autūni sunt lōge: ꝛ de autūnalib⁹ maxie sūt lōge ille
q̄ ad hyemē cōiungunt̄: alio° vt fiat cōparatio estiuaꝝ au/
tūnaliū ꝛ hyemaliū ꝛ sint estatis breues ꝛ autūnales lōge:
ꝛ maxie si in lōgitudine sint q̄ ad hyemē ꝯuertunt̄: ꝛ h̄ siue
sint facte in hyeme siue in tp̄e p̄cedēti ad hyemē reseruate.
Ipse eni sunt maxie lōgitudinis. Et dixit Ga. in cōmē. cām
breuitatis egritudīs in estate eē subtilē māȝ q̄ tūc tp̄is dn̄a
tur ꝛ citā resolōnē ei⁹. Et nō solū verificat̄ de morbo salu/
bri: sȝ ēt de mortali. Sbdit eni G. ꝙ si v̄tus est debilis ꝛ mor
bus sit mortalis citi⁹ iterficit: qꝛ mā in estate est magis mo
bilis. ¶ Et scias ꝙ qn̄ Ipo. 3° affo. dixit. ꝙ egritudines au
tūnales sunt magis acute q̄ȝ estiue ꝑ acuitatē intellexit pe/
riculositatē: sunt eni ꝑiculosiores magis q̄ȝ estiue ꝑꝑ mās
in autūno esse magis eterogeneas. ꝛ v̄ificat̄ affoŕismus. ꝙ
fiat cōparatio egritudinū eiusdē spēi ꝛ nō diuersaꝝ: ꝛ sup/
posito ꝙ egritudo sit m̄alis n̄a ꝛ si de im̄alibus possit in q/
busdā v̄ificari: vt cōplexiōe frida ꝛ hūida: nō tn̄ in vltimis:
ꝛ cū h̄ oȝ vt supponat̄ ꝑitas ceteroꝝ: q̄ nō supposita possȝ
affo. hre fallaciā. Dixit aūt Ipo. ƒm plīn ꝑꝑ multa ꝯtingē/
tia q̄ possent occurrere in estate q̄ facerēt egritudinē lōgā.
de se aūt dix̄ Ipo. in affo. ꝙ estas breuiat egritudiēs: hyēs
v̄o ꝓlōgat: ꝛ qd̄ dictū est de tp̄e anni. idē intelligēdū est de
ꝯstitutiōe aeris ꝛ regiōe. ¶ Et scias ꝙ cū dictū est ꝙ cete/
ra sint paria. ita ꝙ etiā v̄tus itelligat̄ de fortitudine vel de/
bilitate v̄tutis cōparate ad morbū ꝛ in re¹¹ ad ipsuȝ. hoc. n.
est qd̄ sufficiet nō. n. intellr̄ ꝙ virtus in se sit semp eq̄lis cuȝ
semp sit debilior in estate. ¶ Multa vite ociositas ꝛ somni
supfluitas ꝛ pigritia cāe sūt lōgitudinis morbi: sicut cā bre
uitatis ei⁹ sunt exercitiū ꝛ vigilia nisi supfluāt ꝛ deijciāt v̄/
tutē: aut resoluāt qd̄ est in corpe de materijs subtile ꝛ relin
quāt grossuȝ. ¶ Multa ēt repletio ꝛ ciboꝝ crudoꝝ indi/
gestibiliū multa comestio cā est lōgitudinis morbi: sic̄ die/
ta mediocris ꝛ eūatio supfluoꝝ cā est breuitatꝭ ei⁹: ꝛ inani/
tio insup nisi supfluat ꝛ v̄tutē ꝓsternat: ꝛ oīa accn̄tia v̄tutē
ꝓsternētia cā sunt lōgitudis morbi. ꝛ ꝯ̄ria his sunt cā bre/

Cāe lōgi/
tudis fe/
bris sunt
tres.

uitatis ei⁹. ¶ De signis aūt sūptis a rebus p̄ter nāȝ. scien/
dū est ꝙ oīs morbus fortis indicatiōe sūpta ab intēsiōe ei⁹
rōne sue infestatiōis est breuior morbo debili: qꝛ talr̄ indi/
cādo morb⁹ fortis supat citi⁹ aut citi⁹ supat̄. Cū eni morb⁹
fuērit fortior v̄tute cū vt sic sit: agēs forte cito supat eā: ac ēt
morbo exn̄te ifestatiori si v̄tus poterit supra eū citi⁹ termi/
nabit̄. ¶ Mēbrū nobile: ꝛ max° p̄ncipale nō pōt pati mor
bū fortē ꝛ ꝑiculosuȝ tp̄e lōgo. nā n̄alr̄ sollicitāte de eo: ꝛ de
expulsiōe sui nocumenti: tn̄ dicūt ꝙ absolute loquēdo non
oīs morb⁹ fortis est breuior debili: vt pȝ in causone ꝛ ethi.
Indicatiōe aūt sūpta a cā seu mā morbi: morbi m̄ales for/
tes rōne m̄ale de se intēdentis morbū ꝛ accn̄tiuȝ eius sunt
cite terminatiōis: qꝛ tales morbi sunt de m̄aebus calis sub
tilib⁹ inclinatis ad citā resolutionē. ¶ Dicunt ꝙ febris de
mā mixta ex colera ꝛ flāte rōne māe ceteris pibus: quātū/
cūqꝫ colera sit seruās nām colere: ꝛ quātūcūqꝫ flā sit seruāȝ
nām flātis: semp est minor ꝛ breuior in tp̄ibus vlib⁹ ꝛ pti/
cularibus q̄ȝ sit febris flātica facta de flāte silī flāti ꝑmixto
cū illa colera: qꝛ oīs colera quātūcūqꝫ grossa in sua spē sim
plex existēs semp est sbtilior quocūqꝫ flāte quātūcūqꝫ sub/
tili in sua spē: ꝛ ꝑꝑ subtilitatē colere ipsa reddit̄ apta illud
flā incidere ꝛ subtiliare: q̄ incisio ꝛ subtiliatio rōne māe est
cā breuitatis febris illi⁹: cū velociorē reddat ipsius resolu
tionē. hȝ aūt febris flātica pura plures species siue causas
ex pte māe ꝯcurrētis ad lōgitudinē ꝛ tarditatē ei⁹ q̄ȝ mixta
ex ipso flāte ꝛ colera. vt Gal. dix̄ p̄ de diff. fe. ac ēt qꝛ febris
mixta ex flāte ꝛ colera rōne sūpta a mā tȝ mediū iter febreȝ
colericā ꝛ flāticāȝ: sȝ sic est qꝛ colica est breuior: flātica lōgior
q̄re mixta erit inter illas media. s. lōgior colerica ꝛ breuior
flātica. sȝ tn̄ febris mixta ex colera ꝛ flāte rōne sūpta a vir/
tute patiētis eā lōgior est q̄ȝ pura flātica de flāte illi ꝯsilī flā
ti qd̄ est ꝑmixtū cū colera. rō est: qꝛ difficili⁹ v̄tus agit ꝯtra
duos hūores ꝯ̄rios q̄ȝ ꝯ̄ vnū simplicē. agit. n. v̄tus vnico
instr̄o qd̄ meli⁹ ꝛ facili⁹ dirigit̄ ꝯ̄ vnū opp^m qd̄cūqꝫ sit āllō
q̄ȝ ꝯ̄ duo sil̄. Insuper virtuȝ plus grauat̄ a duobus ꝯ̄rijs ꝛ
plus resoluit̄ ab eis de spū instr̄o ei⁹ q̄ȝ vno tm̄: vn̄ virtus
reddit̄ min⁹ potēs in resistēdo duob⁹ ꝯ̄rijs q̄ȝ vni tm̄. Et ꝙ
plus grauet̄ a duob⁹ ꝯ̄rijs apparet recte ꝯsiderāti: qꝛ in ta
li casu est dup¹ pugna. vna est ipsorū hūoꝝ ꝯ̄rioꝝ inter se:
in q̄ pugnat: ꝛ si v̄tus nihil opat̄ adhuc de spū fieret resolō
ꝛ v̄tutis grauatio. 2ᵃ est pugna v̄tutis ad illos hūores ꝯ̄/
rios: in q̄ ēt de spū multū resoluit̄: ita ꝙ adhuc si hūoreȝ nō
pugnarēt iter se ex ipsa pugna v̄tus grauaret̄. In febre āt
simplici nō ē nisi vna pugna: ꝛ est flā solū ꝑ se min⁹ pugna
accidit siue magis mite. vn̄ grauat min⁹ v̄tutē ꝛ minuȝ re
soluit̄ de spū in ipsa q̄ȝ si flā eēt mixtuȝ colere a q̄ acuit̄. Ex
dictis pȝ ꝙ in febre de dc̄is materijs mixtis mixtio fac̄ ad
debilitatē: ꝛ debilitas v̄tutis ad ꝓlōgatiōeȝ. Si ḡ q̄rat̄ que
istaꝝ cārū ꝑualet in h̄ nō pōt dari absoluta r̄nsio: sȝ erit ƒm
ꝯtingētiā caꝝ. ꝛ silr̄ si q̄rat̄ ex quo mā mixta iuuat ad bre/
uitatē: ꝛ plusq̄ȝ simplex: sȝ plus grauat v̄tuteȝ ꝛ mā simp¹
plus facit ad ꝓlōgationē: sȝ minus grauat v̄tutē: ꝛ sic vbi
iuuat v̄t⁹ ipedit mā ꝛ eꝯ̄rio. qs ḡ porism⁹ erit lōgior dōm
silr̄ ꝙ nō pōt dari r̄nsio absoluta: itellīs tn̄ p̄t imaginari ꝙ
vbi v̄t⁹ fuerit fortis sicut in hoīe tp̄ato vel paꝝ lapso pluȝ iu
uat v̄t⁹ in resoluēdo q̄ȝ ꝓhibeat mā a resolōne: ꝛ eꝯ̄rio vbi
eēt v̄tus debilis. Idcirco ꝯtingēs ē ꝙ porism⁹ tertiane no
the durat 40. hcris qꝛ ꝯtingēs est ꝙ mixtio sit talis ꝛ tā/
te quātitatis ꝙ disponet mēbra ad reaggregādū tm̄ ꝺ mā
ꝙ faciet porismū. 40. hoꝛarū vel plium. verūtn̄ qn̄ mixtio
est eq̄lis ꝛ flā mixtū est eq̄le flāti febris simplicis: q̄ȝuis ex
pte māe eēt minus illo: sȝ quāuis ex pte mixtiōis porism⁹
debeat eē breuior siue succedat vn⁹ porismus alteri siue sil̄
coincidāt. tn̄ rōe v̄tutis p̄t eē lōgior: sȝ tn̄ nō ponent̄ cete/
ra paria: ꝛ tc̄ ꝯtingēs est lōgiorē eē febrē mixtā ex colera ꝛ
ꝛ flāte q̄ȝ purā flāticā: nā poss̄ ē i aliq̄ casu flā eē paucū sbti
le ꝛ benignū: māȝ v̄o mixtā ex colera ꝛ flāte poss̄ ē eē mal/

re quãtitatis ⁊ de colera grossa:vñ ꝯtingẽs est illã febrẽ flã ticã esse breuẽ:hãc vero longã. Et possent ẽt dici alia q̃ di/ mitto:q꜡ sunt pauce vtilitatis. Si aũt q̃rat in quo tpe mor bi ꝯcurrit ista ꝓlongatio q̃ põt ꝑuenire in dcã febre mixta respectu simplicis flãtice:dico ꝙ in declinatiõe tã vl̃i q̃ ꝑti/ culari ita ꝙ illud ꝓꝑ ꝙ morbus ille ꝓlongat̃ siue poxismꝰ ...us est q꜡ declinatio eiꝰ est multũ lõga:⁊ nõ:q꜡ alia tria tẽ pora nõ sint lõga:ſ꜡ breuiora q̃ declinatio q̃ est longior eis tñ ꝙ reddit totũ morbũ lõgũ:⁊ sil̃r eiꝰ poxismus. Vñ Ga. 2° de dif.fe.dixit.ꝙ statꝰ cimitei ⁊ est tẽpestuosior ⁊ vehe mẽtior statu pure flãtice. Et Aui.dixit.ꝙ status eiꝰ in oĩbꝰ horis ꝑticularibꝰ ⁊ vl̃ibus est ante statũ illiꝰ : q꜡ colericus hũor corrigit pigritiã flãtis:⁊ apparet in h̃ de declinatiõe vl̃i per rõnẽ:nã l꜡ in oĩ febre:⁊ maxĩe in febre flãtica a ꝑnº vsq꜡ ad finẽ status ꝯtinue plus ⁊ plus de mã aggregatur ꝓꝑ maiorẽ dispõnẽ in mẽbris iductã in reaggregãdo : ⁊ ꝙ vsq꜡ in finẽ statꝰ ṽtus fuerit magis ⁊ magis debilitata ita vt cũ succedit declinatio inueniat mãm in vltia q̃ntitate ⁊ ṽtutẽ in mĩta debilitate:⁊ ꝑ ꝯñs tã rõne mãe q̃ etiã ṽtutis d̃clinaº õbeat eẽ lõgior:tñ ṽtꝰ i simplici flãtica nõ ꝑcedit tñ debilitata quãtũ i mã mixta:⁊ ꝓpea mã nõ fuit in tñ reag/ gregata. Cuiꝰ etiã ꝓlõgationẽ adiuuat ẽt mixtio mãe nõ rõne mixtiõis:q꜡ vt sic adiuuat ad breuiãdũ:ſ꜡ q꜡ ṽtutẽ ma gis aggrauat q̃ mã simplex. ¶ Dixit Alm̃.io.egritudinis breuitas ex fortitudine sui nocumẽti qd̃ efficit cognoscit̃. Impoĩe eni q̃slib꜡ egritudĩes q̃ vehemẽter nocẽt ⁊ ipediũt diu ꝑmanere:ſ꜡ aut cito ꝑnitiẽ afferũt:aut cito a nã cũ crisi expellunt̃. Et h̃ est intẽtio cui est initẽdũ.s. ꝙ egritudo ma gni nocumẽti durare nõ põt ⁊ egritudo ẽt ꝑue lesionis ⁊ q̃ ꝑuũ infert nocuꝰm:⁊ dẽ eiꝰ durare nõ põt. Et dixit.ad morã breuiãdũ egritudĩs adiuuat tp̃s cal꜡ ⁊ regio cal'a:⁊ regia paucitas.s.dieta subtilis:⁊ vt corpꝰ mollẽ carnẽ hẽat ⁊ pau/ cã:⁊ ꝙ cutis sit lapsa ⁊ nõ plena:⁊ postremo oĩa q̃ corpus calefaciũt. Ad ꝓlõgãdũ aut ipoꝝ morã horũ ꝯ̃ria faciunt. Et dixit.vehemẽtia incẽdij febris ⁊ accñtiũ eiꝰ fortitudo: ⁊ eiꝰ cõplexio tp̃s breue fore signãnt:ſ꜡ paucitas caloris:⁊ accñtiũ leuitas ipsiꝰ signãnt ꝓlixitatẽ cũ est absq꜡ manife/ sta euõne digõne:⁊ nõ fuerit febris eth̃ca. Cũ aũt contingit vt cũ digõne accessiões curãde vltimũ tãdẽ augmẽtũ egri/ tudo breuis signat̃.nã si accessiões multũ supant ꝑmã in ca loris vehemẽtia ⁊ accñtiũ fortitudĩe egritudis ꝑtenditur breuitas. Qz si supatio fuerit parua aut fuerit accessio q̃lis ꝑma egritudis demĩat̃ ꝓlixitas. De h̃ dixit Ipo. 4° affor. Quibuscũq꜡ pomĩ fuerit.sup.aut exacerbatiões in ꝯtinuis si in q̃ hora febris icepit in crastinũ.i.in die sequẽtis pomĩ vel exacerbatiõis eadẽ hora accepit discreta.i. lõge termi/ natiõis est tal' febris. Dix̃ G.i ꝯ¹º.⁊.A.ꝑª 4ᶦ.caº.de cognẽ horaꝝ vl̃iũ morbi.dix̃.ꝙ seruãs horã vnã.s.in iuasiõe suo/ rũ poꝝ siue exacerbationũ ẽ lõgi spatij:⁊ itellexerũt qñ tal' eq̃lis iuenit̃ añ signa digõnis.nã eq̃lis iuasio eueniẽs mã ente digesta signãt statũ esse:⁊ ꝑ ꝯñs morbũ i pomĩ spatio terminari. ¶ Dñt.ꝙ eq̃lis iuasio i ꝑiodicatiõibꝰ ꝓlificata siue mltotiẽs eueniẽs siue in ꝑnº in statu adueniẽs discritã egritudinẽ signãt.nã signãt ꝙ mã est fixa:⁊ ꝙ ṽtꝰ eqpotẽs nãe est:ſ꜡ nõ superãs eã nisi in lõgo spatio ⁊ eꝯº. Si.n. in ꝑnº febris pomĩ eq̃l'r iuadãt signat̃ ꝙ nã pigriter tẽtat mã ex q̃ pigra tẽtatiõe vel ẽt nõ tẽtatiõe aliq̃ signat̃ ꝙ mã gros sa ẽ ⁊ i...ota ad recipiẽdũ actionem nãe ⁊ ꝙ nã hebes est in agẽdo. Si ṽo eq̃lis iuasio fuerit i statu ꝯꝑhẽdit̃ ꝙ nã eq/ potẽter pugnat mãe... ꝙ mã est grossa stabilis vt firmiter rebellionẽ nãe faciat. ¶ Et dicũt.ꝙ q̃uis ꝑ eq̃lẽ reditũ po xismoꝝ signet̃ lõgitudo febris nõ tñ eꝯ̃rio.s.ꝙ ꝑ ieq̃lẽ redi tũ poxismoꝝ signat̃ breuitas febris:vt p꜡ in febribꝰ vagã/ tibꝰ. ¶ Et dixit Alm̃.vbi.s.egritudis q̃ spẽs sui tpis spa tiũ signãt eth̃a eni ab vno die vsq꜡ ad q̃tuor d̃finit:tertiana ṽo pura.i4.nõ trãsit diẽ ⁊ ꝭm mĩrꝰ i septẽ remouet̃ diebꝰ: aut parũ plus aut paꝝ minus:⁊ est secura:⁊ tertiana nota

De longi tudine ⁊ breuitate febriũ se cũdũ spẽs eaꝝ.

cuiꝰ accñtia accñtibꝰ flãtice admiscent̃ adeo fit mãfina ꝙ vtpl'z ꝑ q̃rtã ꝑtẽ ãni ꝑdurat aut ãplius ⁊ est febris mala ⁊ nõ secura:cũ ea.n.ẽ acuitas ⁊ digõis tarditas ⁊ visceꝝ cor/ ruptio : oẽs ꝑ̃dicte febres q̃ st̃ ꝯtinue sũt breuiores inter/ polatis.s.de eadẽ mã excepta ethica q̃ lõga est. Et q̃to ca/ lor i ethica vehemẽtior fuerit erit ꝓlixior eꝯ̃io. Cõcluse ṽo febres vehemẽtis caloris ⁊ fortis exñtes icẽdij:vt tertiana ꝯtinua ⁊ sanguica q̃s medici ꝯtinuas febres noiant ⁊ acu/ tas.i4.nõ trãseũt dies:qd̃ tñ fit cũ in vltio caloris fuerint ⁊ icẽdij. Cũ eni ad vltimũ eiꝰ deuenerit finẽ tertio aut 4° die delebunt̃:ſ꜡ si in medio coꝝ fuerit. Flãtica ṽo:⁊ q̃rtana ꝓlixe sũt.febres ẽt pestilẽtiales sũt breues triplices ṽo pro lixe. ¶ Dixit Raſ.i6° ꝯti.ex 20° epidimiaꝝ.si fuerit i mor bo acuto pulsus magnꝰ ⁊ facies piguis ⁊ hypocũdria spis sa restricta morbꝰ ꝓlixꝰ erit:cũ dissolõ pauca fiat in corpe eiꝰ. ¶ Et dixit.eiectio spmatis in sõno i morbo signat sup ꝓlixitatẽ ipsiꝰ cũ signet sup repletõe:⁊ si fuerit in fine mor bi meliꝰ erit. ¶ Dixit Ipo.4° affo.vbi in toto corpe muta/ tiões:⁊ si corpꝰ ifridat̃:aut stati calefit:aut calor alter ex al/ tero fiat lõgitudinẽ egritudinis signãt.dixit ãt. Ipo. stati꜡: q꜡ dictũ eiꝰ verificat̃ de subitis mutatiõibꝰ:nõ aũt de pau/ latine factis q̃ pñt esse ꝭm nãm:⁊ ṽificat̃ ṽtute ꝯstãte:q꜡ si esset debilis signãret̃ breuitas ⁊ mors:⁊ ṽificat̃ in illis mu tatiõibꝰ ꝑseuerãtibꝰ:⁊ nõ semel apparẽtibꝰ:⁊ maxĩe si eue/ nerint añ digõnẽ:⁊ nõ itellexit de mutatiõibꝰ frigidi ad ca lidũ vel eꝯ̃io eueniẽtibꝰ in poxismis. Et rõ dicti Ipo.ẽ ꝙ ille mutatiões signãnt ꝙ in corpe sũt mãe diuerse ⁊ multe ad q̃rũ ꝯsũptionẽ nã eget tpe lõgo. ¶ Et dixit Ipo.eodem 4° ꝙ frigidi sudores cũ molliori febre.i. remissioris calidi tatis facti lõgitudinẽ egritudinis signãnt ṽificat̃ de sudori/ bꝰ frigidis ꝑseuerãtibꝰ ⁊ ꝯstãte ṽtute:nã posset appere su/ dor fridus nõ ꝑseuerãs:q ꝯstãte ṽtute signãret breuitatem nõ lõgitudinẽ:at ẽt si ṽtꝰ esset debilis signãret breuitatem aut saltẽ mediocritatẽ inter lõgitudinẽ ⁊ breuitatem. ¶ Et dixit Ipo.ibidẽ. Febricitãtibꝰ.s.febre hũorali sudor supue niẽs.imo ẽt ꝑueniẽs vel iterueniẽs vel itercidẽs.s.copio/ sus in q̃cũq꜡ die.s.cretico vel nõ deficiẽte ex illo febre neq꜡ pomº eiꝰ:ſ꜡ potiꝰ augmẽtato malũ ẽ.ꝓlõgat̃ eni morbꝰ.s. ꝯstãte ṽtute:q꜡ humorẽ pl̃ni signãt:ꝓꝑ cꝰmltitudinẽ si ṽtꝰ eẽt d̃bilis breuiaret̃ ad mortẽ multa mã suffocãte ṽtutẽ de bilẽ. ¶ Dixit Iudeus in q̃ fuerit sudor:⁊ cũ sudore nõ tollẽ tur febris ꝑnũcia ꝙ morbꝰ erit ꝓlixus:cũ h̃ signet sup mltitudinẽ supfluitatũ. Et dixit. Vidi quẽdã sudare in ꝑnº. deiñ pati febrẽ:⁊ ꝓlixꝰ fuit morbꝰ eiꝰ ꝑ lõgũ tp̃s. ¶ Dixit Raſ.i6° ꝯti. Sudor fridus cũ febre mitigata signãt sup ꝓ/ lixitatẽ morbi cũ ipe signet ꝙ in vẽtre st̃ hũiditates supa/ bũdãtes q̃ nõ aptãtur ad calitatẽ inatã:nec calitas febris calefacit eas:postẽ tñ ẽ ꝙ saluet̃ eger:⁊ cũ postẽ sit ꝙ digerãt̃ ꝭm ꝓlixitatẽ tpis. ¶ Dix̃ G.2° ꝓno.ꝙ nebula rubea i vria signãt morbũ lõgũ nõ absolute:ſ꜡ reꝰ nebule albe:q꜡ signãt morbũ longiorẽ q̃ alba:q꜡ alba maiorẽ digõnẽ significat. ¶ Vrine limpide clare albe appẽtes i febribꝰ acutis signãnt lõgingtatẽ febris ⁊ coctiõis mãe ipsiꝰ:q꜡ signãnt lõgã di/ stãtiã a d̃bita mixtiõe sube vrie ⁊ a d̃bita coloratiõe eiꝰ. nã d̃bita mixtio sube vrie ⁊ d̃bita coloratio eiꝰ attestãt̃ digõni Signãnt aũt ꝑ̃dicta ꝓ tãto ꝓ q̃nto accedũt ad nãm simpli cis elemẽti ex ꝑte sube ⁊ coloris:⁊ sic signãnt vt q̃dã dixe/ rũt semp calitatis remissionẽ:cũ possint apparere in intense discrasia febrili. ¶ Dix̃ G.ꝑ de crisi.⁊ scribit̃ a Rabi.in. xi. ꝑticula sic. Morbi tpa lõga vel breuia his tribꝰ declarant̃ sc꜡ nã egritudis ãni tpe:⁊ eo qd̃ a corpe exit. naꝫ egritudo generata ex colera nigra:sicut q̃rtana ⁊ ex flãte sicut epilẽa dolor renũ artetica ⁊ sciatica declarãt lõgũ tp̃s principij ⁊ remotã terminationẽ. Et febris adurẽs pleuresis ꝑipleumo nia declarãt breue ꝑnᵐ ⁊ statũ ꝑimũ. Egritudo q̃nto est cũ accñtibꝰ acutis tãto magis h꜡ breue ꝑnᵐ ⁊ statum ꝑri/ mũ. Et ex tpe ãni ⁊ sibi silibꝰ signãt̃ sicut supius dcm̃ est. ⁊

Temp... vel longa no: breuia tribꝰ bi ex... rant̃ decl...

ex eoq̄ȯ erit a corpe sigñat: qꝛ si cito cū egritu° incipit apparet digestū breuis erit: ꝛ si indigestū in vltimo longa. Si accidēs qȯ superuenit febri nō diuertit ad se curā q̄ sit ꝯria febris curationi: tūc feb. illa cito curabit. si vero diuertat ad se curā ꝓlongabit. Et si fuerit tale cuius cura noceat febri: fiet febris illa lōgior ꝛ molestior ꝛ magis suspecta. ¶ Dixit hal. lo. theorice. si pulsus magn⁹ fuerit ꝛ velox ꝛ crebrior morbus acutus est: ꝛ sic breuis: ꝛ si ecōtra fuerit scz ꝑuus tardus ꝛ rarus, morb⁹ ꝓlixus erit. ¶ De breuitate ꝛ lōgitudine morbi. Dixit Aui. 2ª quarti. Scias ꝙ lōgitudo egritudinis fit ꝓꝑ grossitiē in viscerib⁹: aut ꝓꝑ ꝑmixtionē in regimine: ꝛ ꝭm oēm dispositionē debilitat in ea sbōus qñ tāgit ipm tarditas: ꝛ digō. s. tarda sigñat eā. s. lōgitudinē. aut tarditas. s. euētus sedimis pēdētis. s. in vrina: aut assiduatio sedimis rubei. itē. i. dū multis dieb⁹ in vrina appet: ꝛ nō dealbat: ꝑuitas. n. apparitiōis sedimis. s. digesti sigñat lōgitudinē egritudis: ꝛ sil' qñ est cū acuitate egritudis. pulsus magn⁹ ꝛ lat⁹ ꝛ facies tumida ꝛ hypocundria inflata: q̄ nō detumescūt sigñat paucitatē resolonis ꝛ longitudinem egritudis. ¶ Cū appet sig° crisis siue aduenīūt accñtia crisis añ digōnē ꝛ cadit vt⁹ ꝛ nō appent sig° mortis tūc egri° ꝓlōgat. ¶ Et scias ꝙ terribilitas crisis qñ nō iuuāt vel qñ adiuuant ꝛ nō nocent ꝛ dispositio remanet ꝭm dispōnē suā siue ꝭm modū suum tūc egritudo est longa. ¶ Et multitudo saltus in egritudine significat longitudinē ꝛ ꝓprie cū vehemens fit in ꝑn° rei. In fine ṽo rectus. ¶ Et qñ associant euōnibus paucis que sigñant ꝙ nā mouet mām ꝛ deficit in expulsione ei⁹ integra siue sit sudor siue fluxus sanguinis nariū. aut alia signa bona aut bonorū signorum ꝑuatio: aut malorū significat lōgitudinē. ¶ Et qñ remanet sedimē rubeū in vrina vsq₃ ad. 40. dies indicat longitudinē febris. ita vt nō speret crisis ꝛ separatio ei⁹ vsq₃ ad. 60. vel. 80. ¶ Et pollutio in ꝑn° egritudinis indicat lōgitudinē. Cū vides signa longitudinis in diebus añtibus: tūc nō est significatio eoꝝ sicut est ipsoꝝ significatio post illud. Et cum videris illud qȯ est ꝯtrariū illis signis forsitā apparere in medijs diebus: ꝛ in posterioribus eius tunc cōsidera iudiciū indicatiōis: scias ipsa in quo die iudicat ꝛ obserua ꝑdictas cōditiones in ea. Et cōsidera dispōnes v̄tutis etatis ꝛ tēporis cōplōnis ꝛ dispōnes motuum egritudinis in q̄ntitate ꝛ q̄litate sua ꝛ antecessione ꝛ postpōne sua ꝛ dispōnes horarū suarū ꝛ ꝓprie in statibus acute ꝛ longitudine eius ꝛ breuiatione ipsius an sit ad motum decliuis: fortis motus an ad quietē: ꝛ indica per q̄ntitatē eius.

¶ Cum auxilio Dei benedicti. Explicit sermo secundus Nicholai Nicoli Florentini.
De febribus ꝛ pertinentibus ad febres. Excusus Venetijs in edibus
Luceantonij Junte florētini anno salutis. 1533. Mēse decēb.

Registrum.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ
RR SS TT VV XX YY ZZ Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh
Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Omnes sunt
quaterni preter Pp Qq qui sunt terni.

